9
12 C
16

XVI. 21. 5.
I. 3. ~~XVII. N. 2. 6.~~



~~H. 26. g. 1~~
9_10_2_30

PAVLI FVSCHI EPISCOPI SARNENSIS,

DE VISITATIONE, ET REGIMINE ECCLESIARVM.

LIBRI DVO.

IN QVIBVS LATISSIME, ET EXACTISSIME DISSERuntur ſuo ordine, quæ ſint neceſſaria ad Eccleſias Viſitandas, easq; quàm optimè regendas, quouè modo Prælati, & Subditi in vnoquoque ſtatu se habere debeant, iuxta Sacros Canones Conciliorum omnium, maximè Sacri Oecumenici Generalis Concilij Tridentini, atquè Summorum Romanorum Pontificum nouiſſimas Conſtitutiones.

CVM TITVLORVM, AC SENTENTIARVM, rerumq; notabilium ampliſſimo Indice, Ordine Alphabetico digeſto.

OPVS ECCLESIASTICIS OMNIBVS, Sæcularibusque in Chriſto benè viuere cupientibus, quàm vtile, & neceſſarium.

AD S.D.N.D. GREG. XIII. PONT. OPT. MAX.



Cum Priuilegio Summi Pontificis, & Permiſſu Superiorum.

ROMAE, Ex Typographia Vincentij Accolti. M.D.LXXXI.

GREGORIVS PAPA XIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Cum ſicut accepimus, Venerabilis frater Paulus Epiſcopus Sarneñ. Vt aliis iuxta traditum ſibi a Deo talentum prodeſſe poſſet. Tractatum de Viſitatione,& Regimine Eccleſiarum in duos libros diſtinctum non ſine maximis laboribus, & vigiliis ad laudem diuini nominis, cuius ope vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ & præſertim Prælatis, & alijs perſonis eccleſiaſticis conſuluiſſe, & profeciſſe credit ſcribendo compoſuerit,& compilauerit, illumque per dilectum filium Magiſtrum Noſtri Sacri Palatij Apoſtolici reuiſum,de proximo ſuis propriis ſumptibus, & expenſis in lucem edere, & imprimi facere intendat, vereaturque ne ſi tractatus huiuſmodi per alios abſq. ſua licentia in lucem ędatur, impenſæ, ac laborum huiuſmodi iacturam faciat. Nos indemnitati dicti Pauli Epiſcopi in præmiſſis opportune conſulere volentes, ipſumq. aquibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. eccleſiaſticis ſententiis,& cenſuris, & pœnis a iure,vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes; Motu proprio,non ad dicti Pauli Epiſcopi, vel alterius pro eo nobis deſuper oblati petitionis inſtantiam, ſed ex noſtra ſcientia; Omnibus, præſertim librorum impreſſoribus, & Bibliopolis quouis nomine nuncupatis tam in Vrbe noſtra, quàm toto ſtatu eccleſiaſtico ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, a qua nullus pręterquam Romanus Pontifex abſoluere poſſit, ac quingentorum ducatorum auri de Camera,pro vna Camerę Apoſtolicæ,& altera illorum medietatibus, accuſatori, nec non amiſsionis typorum, ſiue librorum eidem Paulo Epiſcopo applicari pœnis toties ipſo facto,& ſine declaratione cuiusuis Iudicis incurrendis quoties contrauentum fuerit, diſtrictius inhibemus, ne per quindecim annos a primeua eiuſdem tractatus impreſſione computandis tractatum ipſum,ſeu illius aliquam partem,ad inſtantiam cuiuſuis alterius perſonæ cuiuſcumq. dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, pręeminentiæ, & conditionis fuerint, quouis quæſito colore, vel ingenio imprimere, aut typis excudere, ſeu imprimi, aut typis excudi facere, vel impreſſum, aut in lucem editum vendere, ſeu venalem proponere, tenere,vel habere,aut cuicunq. ex mutuo dono, precario, ſeu alio quouis titulo concedere, vel exemplum inde ſumere per, ſe vel alium, ſeu alios audeant,vel præſumant,niſi ad hoc dicti Pauli Epiſcopi expreſſus acceſſerit aſſenſus, de quo per cedulam ſua propria manu ſubſcriptam conſtare debeat. Et nihilominus vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus fratribus,Patriarchis, Archiepiſcopi ,Epiſcopis, & dilectis filiis eorum Vicariis, nec non Officialibus, ac aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica

† 2 conſti-

conſtitutis, & quacunque auctoritate fungentibus harum ſerie in virtute Sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus, vt quoties durantibus dictis quindecim annis pro parte dicti Pauli Epiſcopi fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, ſibi in præmiſsis efficacis defenſionis auxilio aſſiſtant, eaque obſeruari mandent, & faciant, ac contra inobedientes, & rebelles per prædictas, & alias eis beneuiſas ſententias, cenſuras, & pœnas, etiam illas ſępius aggrauando, appellatione remota, procedant: inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis edictis Generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non quorumcunque Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſuis Prouinciis, & illarum perſonis, ac Vniuerſitatibus, ac Collegiis ſuper imprimendi, & vendendi librorum facultate, etiam per nos, & Sedem Apoſtolicam, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, vel alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & inuocatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis mentio habenda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſquè contrarijs quibuſcunque. Cæterum quia difficile foret, præſentes litteras ad quemlibet locum, vbi opus fuerit deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis, vel exemplis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, ſeu in dicto tractatu impreſſis, plena, & eadē prorſus fides, tàm in iudicio, quam extra adhibeatur, quæ eiſdem litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VII. Iulij. M. D. LXXXI. Pont. Noſtri Anno Decimo.

Cæ. Glorierius.

SANCTISSIMO
D. GREGORIO XIII.
PONT. OPT. MAX.

PAVLVS FVSCVS EPISCOPVS SARNENSIS PERPETVAM FELICITATEM.

SAEPE mecum cogitaui, Beatiſſime Pater, quos nam fructus ex hoc agro, cuius culturæ S.V. me, licet haud ſatis idoneum præponere dignata eſt, colligere poſſem quibus, vt pauperes villici dominos ſolent, ita B.V. cui ſecundum Deum, omnia debeo, munerarer. Nam, & te, qui in terris, ſumma ſęculi noſtri felicitate, Chriſti vicem geris, diligentiſsimum eſſe in exigenda a tuis ratione, patremfamilias noueram; & nolebam illius ſerui

nequàm ſimilis eſſe, qui humi defoſſo, quod vnicum acceperat, talento meritas domino pœnas dedit. Neque tamen in vaſtiſsimam illam legum ſiluam, proptereà mihi denuò ingrediendum putaui: ſed ex eo ipſo agello, quem à S. V. acceptum colo, munuſculum tibi aliquod concinnandum. Non enim arbitror, Sanctiſsime Pater, tutum eſſe Paſtoribus, quibus oues Chriſti commiſſæ ſunt, quarum exquiſitiſsima ab eis ratio exigetur, alio vagari, & aliis cogitationibus, vt ſapientiæ huius mundi, quæ ſtultitia eſt apud Deum, animum ſuum impedire; Cum dies, noctesq. de ouibus ſuis ſolliciti eſſe debeant, nè ipſis dormientibus, intret lupus, & diſsipet gregem, eò quòd paſtores non ſint: Quod vtique, & in omnibus vitæ partibus præſtandum eſt, & in iis maximè, quę ad poſteros pro exemplis peruentura ſunt: Vt promptiores reddantur ad eorum imitationem, cum omnia, quæ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſint. Et ſic facilius inuidorum obtrectationes effugiant; de quibus tam crebrę ſunt ſancti Hieronymi conquęſtiones. Cum igitur alia multa partim ſcripſerim, partim ſcribere inſtituerim, ſelegi hoc tempore, quo maior eſt neceſſitas pro paſcendis ouibus Chriſti, libros duos, quibus tota ferè Viſitandarum, & Regendarum Eccleſiarum, vt ſalus animarum inde proueniat, ratio continetur: Quos ſanctitati Veſtrę, Pontifex Maxime, ea, qua debeo deuotione, ſupplex offero; tenue donum, ſi, aut cum Sacroſancta Maieſtate tua, aut ijs, quę tibi, & Ampliſsimę familiæ tuę debeo, conferatur: Quod tamen S. V. eo modo, quo Deus ipſe, ea, quę ſibi of-

fe-

feruntur accipit , in animum tantum offerentis intuens, accepturam eſſe confido. Valeat B. V. Sanctiſſime Pater,ad annos plurimos ,vt tanto regimine,totius Eccleſię Gaudium in dies augeatur, & vniuerſus orbis te verum Patrem, & Paſtorem ouilis Chriſti fateatur . Romę kal. Septembris. 1 5 8 1.

ILLVSTRISS^{MO} ET REVER^{MO}

DOMINO D. PHILIPPO VASTAVILLANO S. R. E. CARD. AMPLISSIMO.

Paulus Fuſcus Epiſcopus Sarnenſis. S. P.

EA eſt mea in te obſeruantia, Cardinalis Ampliſsime, vt quidquid a me præſtari poteſt, quod ſentio perexiguum eſſe, id niſi, tibi deuouero, et ad te colendum contulero, officio mihi videar defuturus. Nam, & abſoluta in omni genere virtus, quæ in te mirabiliter elucet, omnium in te conuertit oculos, & incredibilis illa comitas, ac facilitas, cum grauitate coniuncta, qua omnibus facilem ad te aditum præbes, omnes libenter audis, cum omnibus amanter colloqueris, ita tibi deuincit, ac conciliat omnium animos, vt cum in te aſpiciunt, perfundantur hilaritate, omniaq. tibi à Deo fauſta, ac proſpera votis communibus augurentur. Cumq. & Bononia vna ſit è nobiliſsimæ Italiæ ciuitatibus, & Vaſtauillanorum gens vna, ex antiquiſsimis, maximeq.

ximeq. Illuſtribus inter Bononienſes iampridem cenſeatur, vtriq. tamen eximium ex te Illuſtriſs. Principe decus accedere, omnes, & agnoſcunt, & prædicant. Qui à B.D.N.D.Gregorio XIII. Pont. Opt. Max. Auunculo tuo incredibili ſapientia prædito, maximis, & difficilibus muneribus præpoſitus, ea prudentia in eorum adminiſtratione verſaris, vt cum iiſdem, quibus ille olim, veſtigiis incedas, quo ipſe peruenit, eodem aliquando te peruenturum eſſe diuinent. Quo mihi magis gratulor, quòd te mihi Sanctiſs. Pontifex proprium, ac peculiarem dedit patronum, cuius exemplo dirigerer, authoritate tegerer? patrocinio ſubleuarer? Precor igitur te, Maxime Cardinalis, vt hos duos libros nuper à me de Viſitatione, & Regimine Eccleſiarum deſcriptos, & ipſi Beatiſs. D. N. dicatos, benignè excipias, eiq. commendes, & partem aliquam diei, ſi quod modò vnquàm tibi datur otium, eorum lectioni tribuere, nè graueris. Nam eo modò, & ceteris commendatiores erunt, & ab inuidorum morſibus tutiores. Magnum eſt, quod peto, ſed & Magni Principis eſt, magna largiri: vt ſic quem ſemel tua humanitate amare cœpiſti, benigno ſemper proſequaris fauore; et omnia, quæ à me profectura erunt, ea ſiquidem tuæ Illuſtriſſimæ Dominationi, vt debita perſoluenda erunt. Romæ Kal. Septemb. 1581.

AD LECTOREM.

ETSI,benigne Lector, hoc ſcribendi genus,ex varietate temporum, & multitudine ſcribentium, non ſolum difficile, ſed inane potius aliqui putarunt,cum ſtudioſa ſint,& prōpta hominum ingenia ad ſubuertendum ab aliis tradita: & quod in ſtudioſorum gratia eſt ſcriptum,in reprobum deduxere ſenſum, vt ferè multi exindè perterriti, quod gratis a Deo acceperant, non aliis communicauerint, ſed abſconderunt, vt demum cum morte omnia pertranſierint: Ego tamen,& vtile, & neceſſarium omnino iudicaui, vel ad perpetuam poſteritatis memoriam,vel ad doctiſſimorum ominum laudem,et gloriam,ſingulare,atq; eccellēs dignum fuiſſe ipſam ſcripturam, qua & Dei mandata, Patrumq; exempla nobis conſeruarentur, & probi viri poſteris vtiles eſſent. Sic Marcus Cicero antiquorum ſcripta percurrens multa nobis, eaq; prçclara dicta reliquit, ſic & Iuris conſulti aliorum reſponſis in vnum collectis, non ſine magna omnium vtilitate mortalibus auxiliati ſunt, vt Iuſtinianus Imperator non minori laude dignus ſit, & ſi multa omiſerit,plurima etiam reſecauerit, quem & Gratianus antiquitatis diligentiſſimus conſeruator ſequutus fuit: Quod niſi feciſſent, quis eſt, qui aperto ore non fateatur, quantum detrimenti eſſet poſteritas ipſa conſequuta? Sed, vt ſileam ceteros, venio ad noſtros. Quis fuit diſcipulus Domini? qui diuino aſpirante numine pro virili parte poſteris non proſpexerit,verbis,vita, doctrina, vel ſcribendo, corrigendo,hortando,exemplaq. proferendo, a primis inquam naſcentis eccleſiæ temporibus, Apoſtolus teſtatur ad Corinthios inquiens, Fratres ego enim accepi a domino, quod & tradidi vobis,& quæ ſequuntur. Et quis ſanę mentis neſcit non eſſe librum in quo quid boni non ſit? Quia non ſemel, ſed iterum,atque iterum proponēda nobis ſunt Chriſti merita, amor in Deum,& proximum,a quo pendent leges & Prophetę. Et ſi varietas eſt humanarum rerum, fortius eſt inſiſtendum in bonorum confirmatione, vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma, vnus Deus, & pater omnium,qui eſt ſuper omnes, & per omnia,& in omnibus nobis. Ad hoc tendunt Concilia Eccleſię, ſcripta ſanctorum Patrum, exempla ſunt in dies, & ſic oportet demonſtrari. Quare expedit ad altiora procedere, ſemper enim natura nouas edere formas ſatagit, & ſi nihil dicendum, quod prius non dictum, quia nihil ſub Sole nouum, tamen vnum pulchrius altero,vnum alio conuenientius, ex tempore naſcitur occaſio, & officium praſtat fines ſcribendi. Tempus eſt loquendi,paſtores non debent eſſe canes muti non valentes latrare: quia ſi Paſtor ſilet, venit lupus, & rapit oues. quas oues? quas Chriſtus deſcendens de patre luminum proprio ſangine redemit; de quo in pręſenti tractatu ad communem utilitatem latius diſſeritur.

diſſeritur. Vndè vanum eſt iudicium eorum, qui cum ſua quaſi natura, & ſtudio ſint ad deſtruendum prompti, in eos inuehuntur maxime, qui prodeſſe poſteritati cogitant, vt ex eorum ferè voluntate bonorum opera pendeant. Ideo in contradictione perdiderunt ſenſus, & iuxta Pſalmiſtam facti ſunt, vt ſtercus terrę, ambulantes in tenebris, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis, quàm lucem, & quia negligenter agunt opus domini. Deus enim cuius eſt terra, & plenitudo eius, & ſi oblatis noſtris non indiget, tamen non quid ſibi offeratur, ſed qua mente, quovè animo quis offerat ęſtimare ſolet: Ex quo ſi tanti ſunt graues Authores, qui eiuſmodi, & maiora etiam tradiderunt, & magna ſit multitudo librorum, facilius poterunt etiam hęc noſtra ſcripta ſub vmbra illorum verſari, illorumq; quaſi Clypeo defendi, & Boni animum noſtrum, factumq; ſimul magis commendabunt: nec omnino inutilis erit fructus, qui in menſa Domini cum aliis reponi non poſſit. Tu igitur, Candide lector, pio animo proſequere noſtrum inſtitutum annuens noſtris votis, qui nihil quærimus, niſi Chriſtum Crucifixum fidelium pectoribus inſerere, vt viuant ipſi, non ſibi, ſed Chriſto. Huc tendunt noſtri labores, noſtra vigiliæ, quia magnus eſt Dominus, & laudabilis nimis. Ad hoc ſunt vocati epiſcopi, qui percurrentes mundi partes, animas Deo ſaluas reddant, vineam Domini cuſtodientes, cuius vitis eſt ipſe Chriſtus, nos verò palmites, vt laborando vuas producat, non labruſcas, ideo niſi colatur, non producit fructus. Eccleſia eſt vinea Domini, habens torcular, & aream, turrim etiam virtutum, de hac optime colenda, vt Dominus lętetur in ſeruis ſuis, hic paſtores docentur, & quibus adiumentis id praſtari poſſit, vt exindè alij cogitent, alij ſermonizentur, ceteri etiam exequantur. Nulla ſunt anguſtiæ, nulli ſunt mærores, cum Deo adhęretur, cum Pſalmo dicentes; Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. de quo Apoſtolus; Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, vt ſtercora, vt Chriſtum lucri faciam. Hoc virtutis opus. Hic eſt labor optatus. Hic eſt dulcior fructus per multa pericula mundi ductus, vt quilibet non negligenti operario, ſed vtili agricolæ in vinea Domini comparari poſſit: qui poſtea vocatus à patre familias, vnicuiq; reddente ſecundum opera ſua denarium, hoc eſt felicitatē ęternam conſequatur. Vale, & interim boni conſulens his fruere in Domino. Romę Kal. Septembris 1581.

PAVLO FVSCO SVMMAE RELIGIONIS VIRO, SARNENSI EPIſcopo, & Domino ſuo.

CAROLVS MONTILIVS ARCHIepiſcopus Amalphitanus, & Epiſcopus Viterbienſis. S. D.

ACCEPI litteras tuas ad octauum idus Februarij ſcriptas, quas vna cum præfatione in duos de Viſitatione, & Regimine Eccleſiarum libros, ijs incluſa, eò libentius legi, quo te quotidie pro Religione Chriſtiana vtiliora, felicioraq́; comentari video. Multa (crede) quæ pro populi ſalute a te profecta ſunt, ſummoperè me delectarunt; quæq́; niſi ampliſſima, vtiliſſimaq́; eſſe prædicem, a viri probi officiò prorſus diſcedam. Sed illud in primis mirifica quadam animum meũ voluptate perfudit, quod ad Dei Optimi Maximi cultum, pietatem, & religionem conſeruandam, & illuſtrandam, ad eccleſiaſticam diſciplinam reſtituendam, ad deprauatos hominum mores per epiſcopos reformandos, adeò præclarè, ſanctèq́; a te conſtituta eſſe intelligo, vt nihil vmquàm pulchrius, nihil ſalubrius, nihil atq́; numeris omnibus abſolutum a quoquam exiſtimem, aut fingi poſſit, nè dum ſcribi, & in hominum ma-

nus

nus tradi. ſcripſiſti enim, & non niſi Deo inſpirante, ac impellente collegiſti, quæ in omnibus patrum Concilijs, in omnibus Summorum Pontificum decretis, de Eccleſiarum viſitationibus ſparſa continentur, ita, vt quod quiſq; in populum ſibi creditum paſtor præſtare debeat, ſemper in promptu eſſe valeat. Uiſitaturi autem oues ſibi commiſſas Epiſcopi hoc tuum præclarum, & ſingulare opus ſæpè ante oculos habeant, boni paſtoris exemplum, ac ſpecimen ſingulare ſibi ad imitandum propoſitum intueantur. Verè à Chriſto Domino dictum eſt Petro, paſce oues meas, paſce agnos meos, verè inquam ad ſempiternam poſteritatis memoriam, atq; vtilitatem a B. Paulo paſtoribus ſcriptum eſt. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus Sãctus regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Hoc enim eſt, verbo, doctrina, exemplo, præſentia paſcere, cum ouium nullus vſus (ait ille) ſi paſtor abſit. Hoc eſt eccleſiã regere: Hoc eſt ſibi, & gregi vniuerſo attendere? nimirum ſuper gregem inuigilare? nimirum noctis vigilias cuſtodire? nimirum frequenter viſitare, fraternè errores corrigere, & in vinea domini debitum cultum ad vberiorem fructum reſtituere. Hæ ſunt ſacrorum Antiſtitum partes, quas qui piè, ac religioſè ſuſcipit, & diligenter exequitur, is verum, & numquàm ſatis laudatum paſtoris, & patris nomen iure meretur, is demum à Spiritu Sãcto poſitus ſibi primum, tum gregi vniuerſo verè attendit, atq; inuigilat. Quæ omnia, & ſingula, qua quiſq; ratione in viſitationibus præſtare facile poſſit, tu hac noſtra tempeſtate, vnus omnibus quaſi intento digito indicas, & apertè demonſtras. Nonnulli quidem hanc eamdem ſcribendi prouintiam ſuſceperunt, ſed veluti ij mihi videntur, qui ad benè, beateq; viuendum homines adhortantur,

tantur,

tantur, illi quidem multa de moribus diſputant, multa de virtutibus comparandis diſſerunt, multa etiam, nè in aliquo peccetur, proponunt, ſed tamen nihil ipſi ſuggerunt, nullamq; rationem, quo nàm pacto hoc fieri oporteat, legentibus afferunt. Tu autem, vt ex tua præfatione facile colligi poteſt (cum ex vnguibus, vt eſt in prouerbio cognoſcatur Leo) quæ ad viſitandi munus pertinent, ita vniuerſa perſequeris, ita explicas ſingula, & quæ a paſtoribus in viſitando adminiſtrari, quaquè a populis præſtari poſsint, & debeant, ita perfectè complecteris, & quibus adiumentis, & rationibus fieri valeant, oſtendis, vt ſummam in hoc ſcribendi genere laudem, & gloriã adeptus, dignus ſis, qui meritò immortalitatis traderis, & commenderis. Quòd autem me in illis ſcripſiſti in multis, & Authorẽ appellas, pro tua humanitate hoc eſſe vis, agnoſco ſummam modeſtiam, & amabo ſemper incredibilem beneuolentiam in me tuam, quàmquàm enim, ſi rectè memini, me conſulente, & vt ſcribis hortante hæc a te ſcripta ſunt, non patiar tamen, vt non rogem, & horter, vt ex ſe ipſis in hominum manus veniãt, cum aliorum auxilio nõ egeant. Nemo enim, vel rogatus illius patrocinium ſuſcipere audet, qui ſeſe, ſua ipſe virtute defendat, & tueatur; & hoc ſemper virtuti debetur tuæ, vt niſi ea, quæ tibi ex multis præclaris viris prompta eſſe ſcio, ex me quoque ſint paratiſſima, ingratus, & inhumanus iure uidear. Vale, & me, vt facis ama. Viterbij. Calendis Martij. 1581.

PAVLI FVSCHI
EPISCOPI SARNENSIS
DE VISITATIONE, ET
Regimine Eccleſiarum,

LIBRI DVO.

PROOEMIVM.

VIRTVTES humanas cum non in corpore, ſed in animo conſiſtere dicamus, ex eo, quòd decet hominem ſcire, quæ ſunt circa animum, quod in omni philoſophia inſtruere præcipuum fuit, nec ex hoc ceſſabit finis faciendi libros, cum inueniendis inuenta non obſtent: Sumus enim à natura apti ad virtutes recipiendas, ſed niſi ex conſuetudine vacemus, nequaquàm proficiemus? Idque licet in omni ſcientia peculiare ſit, in diuinis tamen ſcripturis quàm neceſſarium? Scrutamini (inquit dominus) ſcripturas, quia ipſæ teſtimonium perhibent de me. & alibi. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, vt cuſtodias, & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam: Diuinas Scripturas ſemper in manibus, & iugiter in mente diſcurrat Chriſtianus. teſtante Propheta: In iuſtificationibus tuis meditabor., non obliuiſcar ſermones tuos, cum fide procedendo,

1.Ethic. 2.Ethic. Ioan.5. Ioſue 1. Pſal. 118. 1.Corin.

quia animalis homo, non percipit,quæ Dei ſunt:& ſi abſque ſpi-
1.Corin. 3. ritu accedere tentat, audiat Apoſtolum. Littera occidit, ſpiritus
autem viuificat. Ipſe namque petentibus tribuit affluenter, cum
Eccleſiaſt. 1. ſit ſcriptum. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Omnis
ſapientia à Domino Deo eſt, & in illo fuit ſemper,& ante æuum,
quia ipſe eſt fons, & auctor gratiarum,virtus, & ſapientia. Poſtu
Lib. 2. de libe.arb.c.9. lando in fide ſine vlla heſitatione. Nemo enim, inquit Auguſtinus, ſine ſapientia eſt beatus, quia virtus eſt effetrix vitæ beatæ,
& vbi penes quem adeſt virtus,omnia adſunt bona. ſed abſit glo
riari in nobis: niſi enim virtutes infuſæ in nobis donatæ eſſent,ne-
Auguſt.eod. lib. 2. c. 19. quaquam inuenirentur. Vnde virtus eſt bona qualitas mentis,
qua recte viuitur, & qua nemo male vtitur, quam Deus in nobis, ſine nobis operatur, largitur in baptiſmo animæ baptizatæ,
infundens theologales omnes, & morales, & ex philoſopho.
2. Ethic. Virtus eſt, quæ bonum facit habentem,& opus eius bonum reddit, ex quadam perfectione. Deo ſemper adherendo, quia non
28 q. 1 cap. omnes. 5. idem. iuuat eſſe bonum, ſi abſque Deo fiat, ſine quo imperfecta dicitur virtus, etiam in optimis moribus. ſub clypeo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ communis matris, quæ quos peperit; obliuiſci non
poteſt,& quæ effecta fuit coniux Chriſti ex vndis aquæ,& ſangui
nis profluentibus de latere Domini noſtri Ieſu Chriſti in Cruce
Ioan. 19. mortui, & qui vidit teſtimonium perhibuit,& verum eſt teſtimo
nium eius: & quæ bonos & malos vſque ad finem ſeculi portat,
Epiſto 89. quæſt. 5. vt Auguſtinus ſcribens Hilario concludit. Eſt enim eccleſia certa
conuocatio, collectio, vniuerſitas (de iſta militante loquentes)
omnium fidelium in vnione Apoſtolorum, & obedientia eorum
epiſcoporum, qui continua ſucceſſione ab eis deſcendunt, & in
vnione illa vnius Vicarij Chriſti, ſucceſſoriſque Petri perſiſtunt.
Hic namque militantis Eccleſiæ ſtatus adhuc peregrinatur in terris,tribulationibus,& preſſuris ſubditus:Alter vero dicitur Eccle
ſiæ triumphantis ſtatus perfecta pace ſecurus, ſicut Pſalmiſta di-
Pſal 123. cit:Pax ſuper Iſrael,in quo regnatur per apertam viſionem:eſtq.
ad Corin. 1. 13. ſine macula, & ruga, à qua triumphante, militans Eccleſia deri-
Apoc. 21. uatur: Chriſtus enim tamquàm caput in mēbra,& vitis in palmites in nos iuſtificatos iugiter virtutem influit,quæ virtus bona no
ſtra opera ſemper antecedit, comitatur,& ſubſequitur, effectus,
& ille

& ille ſpõſus dilectus ſuæ eccleſiæ,eiuſq́. caput, qui eo, quo ſemper ductus fuit amore, in ſua paſſione noluit ſuos relinquere orphanos, aut ſuam eccleſiam proprio ſanguine conſecrandam ſine capite deſerere, quæ per ſimilitudinem dicitur corpus Chriſti myſticum ex quattuor. Primo ex multiplicitate membrorum officialium occurrentium ad compoſitionem corporis: ſicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem, alter alterius membra. Item ex vnitate, & conformitate membrorum ad caput: Tertio ex vnitate ſpiritus, quia ſicut corpus naturale hominis vnum habet ſpiritum, viuificantem totum corpus, & vniuerſa membra regentem: ita in toto corpore eccleſiæ vnus eſt ſpiritus viuificans, & regens, qui eſt ſpiritus ſanctus. & ex alio, & quarto, quia ſicut in corpore humano caput, & membra faciunt vnum corpus, ita in eccleſia vnus homo in capite, & corpore ſuo Ieſus Chriſtus: cuius eccleſiæ corporis, ſcilicet myſtici, caput fuit Beatus Petrus, & demum ſucceſſiuo ordine omnis Romanis Pontifex Vicarius Chriſti, & Petri ſucceſſor (ſicuti hodie M.D.LXXXI. Do. Gregorius noſter Pontifex Decimus Tertius, verus Chriſti Vicarius, Beatiq. Petri legitimus ſucceſſor, Princeps admirabilis Sapientiæ, merito vigilantiſſimus Paſtor interpretatus, vt de hoc nomine dicit quædam gloſſa.) Pro neceſſario fatendo in eccleſia Dei vnum conſtitui oportere, qui aliјs præeſſet, & cui quilibet mortalis ſubditus foret, & pareret: de quo dicit Alex. de Ales, quòd Papa eſt Vicarius Chriſti, non ſolum in quantum fuit eccleſiæ Prælatus, ſed in quantum fuit totius mundi Dominus, & quòd iuſtè de ſtatu, & bonis hominum poteſt ordinare, in cuius ſubiectione eſſe, de neceſſitate ſalutis poſuit S. Thomas, & diffinitum eſt à Bonifacio Octauo in vna ſua extrauaganti conſtitutione. Quòd autem Chriſtus ſit caput eccleſiæ probatur, & ſecundum diuinitatem, & reſpectu humanitatis. ex primo Chriſtus dicitur caput eccleſiæ, quæ cœpit ab Abel iuſto, cum omnes iuſtos, qui ab Abel, vſque ad vltimum iuſtum generantur, virtute diuinitatis, & miſericordiæ ſuæ dono illuminauerit, & dicitur ab Abel iuſto habere principium actualiter, licet potentialiter à primis parentibus in innocentia creatis, quos

Ad Rom. 12.

Do. Car. de Tur. Crem. in ſum. lib. 1. c. 20. 21.

In proh. Gregorius eps, & in legẽda S. Greg.

De err. greç. conſ. 62. de maior. & obed. vnam ſanctam.

ſic Deus creauit, vt vnitatem futuram eccleſiæ deſignarent, ſed quia primi parentes fuerunt ad deſtruendum propter peccatum, dicitur ab Abel, & ſic durabit vſque ad vltimum electum, qui in fine naſciturus eſt. vnde dicimus ab Abel iuſtitiam, & fidem trahere, ſed à primis parentibus peccatum,& miſeriam,& dicit Bernardus: Duo nempe nobis in hereditatem reliquerat ille vetuſtus Adam, qui fugit à facie domini, laborem, videlicet, & dolorem; laborem in actione, dolorem in paſſione. ex humanitate etiam dicitur Chriſtus caput eccleſiæ, quia ſuper fidem humanitatis eius fundata eſt eccleſia, namq. fuit caput Abel ſecundum humanitatem, non ſimpliciter exiſtentem, ſed creditam, cum fides, quam habuerunt iuſti illi veteris teſtamenti, ſit ſupra tempus, & humanitas, quæ deſignatur in fide, communiter ſe extendit ad omne tempus. Nam quæ fides ſaluauit iuſtos antiquos, & nos ſaluat, ſcilicet mediatoris Dei, & hominum. ſic intelligitur illud euãgelij: Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauiſus eſt. ex quo concludit, & bene Aluar. Pelagius, Quòd ſi quis negaret eccleſiam eſſe vnam ab Abel, vſque ad vltimum electum, qui erit in fine mundi, conſequenter negaret Chriſtum eſſe caput eccleſiæ, aut non eſſe lapidem angularem. Inde merito eccleſia dicitur dilecta ſponſa eius: Veni de libano ſponſa mea, coronaberis, quia Chriſto indiſſolubili amoris vinculo copulata, & dubitari non poteſt, Chriſtum non eſſe caput,& corpus, ſponſum, & ſponſam, ſic ergo Chriſtus, & eccleſia duo ſunt in carne vna: Deſignato igitur Petro capite huius corporis myſtici, per illud paſce oues meas, & demum quolibet eius legitimo ſucceſſore, quia non omnibus paſcite. ad ipſum ſupremum Principem pertinet ceteris eccleſijs paſtores præficere. ſecundum venerabiles Beatorum Patrum ſanctiones, ſicut ſollicitudinem vniuerſæ eccleſiæ habet: qui paſtores deſignati, poſtea habeant paſcere oues Chriſti, confortare credentes, ne deficiant, terrena ſubſidia, ſi neceſſe eſt ſubditis prouidere, exempla virtutum præbere, peccantes corrigere, aduerſarijs obſiſtere. nec poſſunt curam animarum ſemel ſuſceptam deſerere, quod ſi fit (quod abſit) amarius eſt dolendum, dicit textus Ioannis XXII. Pontificis. Ideo hoc præceptum diuinum eſſe teſtatur generalis ſynodus Tridenti-

Margin notes: Ad Heb. c. 11. — Epiſt. 111. — Euſeb. hiſt. eccl. lib. 1. cap. 1. — Ioan. 9. — Cant. 4. — Ioan. 10. — Seſſ. 6. Cõc. Trident. de refor. cap. 1. ſeſſ. 24. de refor. gen. c. 1. §. poſtremo. — In extrauagan. execr. de præb. — Seſſ. 23. de refor. cap. 1.

dentina. & infra dicemus: cum debeant boni paſtores dormien-
tibus ſubditis peruigilare, tamquam pro animabus eorum ratio-
nem reddituri, non more mercenariorum lupo comparente fu-
gientium. In tribus enim verſatur eorum officium medendi, ſci
licet ſubditis, eos paſcendi, & induendi. primo, vt ſciant curare
vulnera, inter lepram, & lepram diſcernere, quod vtique fieri ne-
quit, niſi debita ſcientia ſint præmuniti: namque prima virtus in
prælatis eſt cognitio infirmitatis. vnde dicitur in concilio Triden- Seſs. 22. de
tino: Quòd totius familiæ ſtatus, & ordo nutabit, ſi quod requi- refor. cap. 1.
ritur in corpore, non inueniatur in capite: Hinc examinetur præ- 44. diſt. c. ſit
ponendus, ſi prudens ſit, nec ſolum in hoc primo ſcientia ſufficit prudens.
per ſe ſola, ſed & bona vita requiritur, ne obijciatur illud euange-
lij. Medice cura te ipſum. Item ſecundo paſcendo in tribus, exē- Luc. 4.
plo conuerſationis, verbo prædicationis, & fructu orationis. ſi-
cuti Chriſtus tertio dixit Petro: Paſce oues meas. Cum nihil ſit,
quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſidue inſtruat, Ead. ſeſs.
quàm eorum vita, & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedica- 22. c. 1.
runt, & plus mouent exempla, quàm verba, & quod agitur à Præ-
latis, facile trahitur à ſubditis in exemplum, vt dicit Innocentius
Tertius: Inde peccando multas animas prauis exemplis dicuntur De vot. cap.
deſtruere: quia nihil malo exemplo deterius, cum exinde ad ma- magnæ §.
los mores prouocentur alij: Item verbo prædicationis, quod præ- præterea.
cipuum eſt munus epiſcoporum, propter illud prophetæ: Cla- Seſſ. 24. cōc.
ma neceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo Trid. de refor gen. c. 8
meo ſcelera eorum. tertio per orationis ſtudium. Moyſe orante Ead Seſs. 24 cap. 4.
vincebat Iſrael contra Amalec, & Chriſtus pro nobis orauit. Ac Iſai. 58. Exod. 17.
vltimo eorum ſtudium eſt in indumentis per virtutes quibus ani- Ioan. 17.
ma induitur ad euitandum illud, nudos dimittunt homines indu- Iob. 24. Hier. tre. 4.
menta tollentes, quibus non eſt indumentum in frigore, & aliud
Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. & hoc
per medium ſacramentorum, quæ adiuuant ad virtutes, cum ad fi-
dem adiungatur baptiſmus: ſpei addatur vnctio extrema, charita
ritati Euchariſtia, prudentiæ ordo, iuſtitiæ pænitentia, temperan- Seſſ. 7 conc.
tiæ matrimonium, & fortitudini confirmatio: nec dubitandum, Trid. de ſac. c. 1. can. 1.
cum omnia ex ſe conferant gratiam, quia inſtituta ab ipſo aucto- de hær. c. ad
re gratiæ Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui dicitur auctor, & per- abolendam.

ſector omnium ſacramentorum, anathemate ligando contrarium aſſerere præſumentem: immo addunt ſupra gratiam virtutum, & donorum. Hinc iuſtiſſime fatemur ſacramenta eſſe neceſſaria ad ſalutem. ex tribus potiſſimis cauſis, quarum prima eſt ex diuina prouidentia, cui natiuum eſt, vnicuique ſecundum naturam ſuam prouidere. Item ex conditione miſeri lapſus noſtri, quo cecidimus ex innocentia, qua creati fuimus: vnde decuit antidotum morbo reſpondere, vel ut homo, qui ob ſuperbiam à Deo receſſerat, iſtis ſacramentorum elementis in ſua cõparanda ſalute ſubderetur: & denique ex ſtudio rationis humanæ, quæ præcipue delectatur in varietate ſenſibilium: ex quo præclare dixit S. Auguſtinus homines in nullum nomen, aut verum, aut falſum coagulari poſſe, niſi ſignaculorum, vel ſacramentorum viſibilium aliquo conſortio colligentur. ſigna quibus, & præteritorũ admonemur, præſentiumque, & futurorum, præteritorum quippe ſcilicet paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti, ex qua virtutem habent omnia ſacramenta: præſentiumque, gratiæ, quæ nobis ſacramenta ſumentibus confertur. & futuræ gloriæ, cuius quaſi pignora ſunt ipſa ſacramenta. cum per illa nos ad ipſam gloriam peruenturos certam ſpem concipimus. vnde bene ſancitum eſt, eſſe ad ſalutem neceſſaria, & non ſuperflua: Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua anathema ſit. corrigendo gloſſas noſtri iuris Pontificij, quæ in aliquibus aberrarunt. Eſt autem hæc animarum cura epiſcopis, & alijs præpoſitis commiſſa vigil, & oneroſa, ac ſollicita cuſtodia, vt curent, ne pereant: ſed ſaluentur, competens eis ex lege, vel commiſſione canonica, aut per conſuetudinem per ſedem Apoſtolicam non improbatã, & dicitur ars artium: ſed hoc paſtorum præcipuum munus, aliorumq. præpoſitorum in viſitationibus eccleſiarum, plebisq. commiſſæ per amplius, & perfectius dignoſcitur, cum in ipſis actibus omnis cura conſiſtat, & vigilantia verſetur, ſicut nubes peruolant terram, de quo diſſerere plenius in hoc tractatu decreuimus: ſed adhuc aliqua dicere reſtat de epiſcopis, & paſtoribus, qui non dedignentur hoc nomine vocari, cum, & Reges paſtores ſint dicti, immo & Chriſtus dominus noſter, quem imitari debemus paſtor omnium dicitur, & Princeps paſtorum. paſtor magnus, nos oues

Ex S. Tho. 2. par. q. 61. ex Vgo. de Sanct. Vict. 1. lib. 9 par. cap. 8.

Lib. 16. contra Fauſt. c. 11. D. Card. Hoſ. c. 32. in princ. de ſacram.

Ead. ſeſs. 7. de ſacr. can. 4. cõc. Trid.

In cap. quid quid. 7. q. 1. in c. veniẽs. de tranſ. in c. cum eccleſia. de ſimo. Cap. cum ſit de ætat. & qualit.

Ezech. 34. Matth. 26. Ioan. 10.

oues ipſius, & palmites vitis, qui Chriſtus ipſe eſt, qui diligens eccleſiam, ouesq. ſuas, vnum paſtorem ſuæ vniuerſæ eccleſiæ reliquit, cui paſcendas oues commiſit, & qui alios in partem ſuæ ſollicitudinis vocauit, & deſignauit. Hinc ſileant peruerſi homines, quibus audacia eſt velle ſubuertere hunc Primatum Petri, quem beatum dominus appellauit, & cui claues regni cælorum daturũ ſe promiſit: ſed ſic cor eorum Diabolus excæcauit, vt quid eorũ ſaluti expediens ſit, non iudicent. cum enim ab obedientia receſſerint, quid boni poteſt eſſe in eis? ſed potius omne malum? Nam ſi de Chriſto capite bene ſentirent, vtiq; tenerent omnia credenda de eius corpore. Prælatus itaque ad propoſitum, quiſque ſit ouis, & paſtor, vt ſe, & gregem curæ ſuæ traditum à lupis, inſidijs, morbisque, ideſt peccatis protegere poſſit: quia in eccleſia nihil melius bono paſtore, & Chriſtum gaudere de paſtore oues conſeruante ne pereant, legimus apud Lucam: Vbi de oue perdita, & dragma amiſſa verbum facit: Sic fuit ipſe bonus paſtor, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis: debet itaque ipſe Prælatus habere virgam, & baculum; virgam diſciplinæ, vt de Moyſe, cui Dominus virgam dedit, & cum qua feriantur aberrantes à recta fide ſanctæ eccleſiæ, & hoc dixit Propheta: Paſce populum in virga. Item, & baculum, quæ duo reſpexit Dauid, dicens: Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Dauid reliquit arma, & ſumpſit baculum, & lapides: contaminatores lupi ſunt arcendi baculo paſtoris. baculus contra maiores, virga ſicut diſciplina ad gregem ouium, multa enim in prælatis deſignat baculus, quæ his verſibus comprehenduntur.

Cap. 15. Ioan. 10. Mich. 7. Pſal. 22. 1. Reg. 17.

In baculi forma, Præſul datur hæc tibi norma,
Attrahe per primum, medio rege, punge per imum
Attrahe peccantes, rege iuſtos, punge vagantes.
Attrahe, ſubſtenta, ſtimula, vaga, morbida, lenta.

Glоſ. in c. vi. de ſacr. vnc.

Quæ poteſtas Prælatorum in baculo eſt à Romano Pontifice, ſicuti riuuli à fonte, & exinde factum eſt, vt in ſummitate baculus ipſorum curuatus ſit, quod non eſt in Romano Pontifice, qui à ſolo Deo poteſtatẽ accipit, ſicuti pleniſſime in alio loco dicimus: Vigilent ergo epiſcopi ad tria neceſſaria ſuper gregem, ad diſcipli

S. Thom. in 4. diſt. 14. In tract. de dignit. eccl. cap. 2.

nam propter morum correctionem, ad cuſtodiam propter diabolicam ſuggeſtionem, ad preces propter tentationum inſtantias, aliqua corrigendo per feruorem, quædam tolerando per manſuetudinem, & alia conſiderando per diſſimulationem pertranſientes, & vt boni paſtores bonam vitam agentes, quæ ad paſtorale officium pertinent, diligenter adminiſtrent, ſubditos prædicatione verbi Dei, adminiſtratione ſacramentorum, correctione, conſolatione paſcere, ab erroribus reuocare, deprauata reformare, eccleſiaſticam diſciplinam ad debitam obſeruantiam reducere. Eccleſias domos orationis, non loca profana eſſe diligenter curarare, & quid in eis inhoneſtum, indecensve erit, ad debitum cultum renouare, ex quibus ſi agantur, non dubium, quin animarum ſaluti proſpiciatur, & conſulatur, & ſic attingunt illud euangelij: Vos eſtis lux mundi, ſic conſolidatur infirmatum, ægrotum ſanatur, contribulatum colligatur, erratum reuocatur, ammiſſum inquiritur, & denique non ſint oues diſperſæ, eo quòd paſtor eſt; quia ſi aliter: ex mala vita malum præbetur exemplum, ouesque interficiuntur: Hæc eſt vita epiſcoporum, hoc eorum munus in opere, non in honore. vnde dicit Beatus Ambroſius: Nihil in hac vita difficilius, laborioſius, periculoſiusq. epiſcopi officio, qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, cum ſtatim, quòd ad plebis regimen, quis euocabatur, illico ad martyrij palmam educebatur: ò fælix ætas, cum laudabile reputabant omnes, ſi quem ad epiſcopatum aſcendere videbant, quibus dubium non erat, ad grauiora venire ſupplicia: ſi prodeſſe non cupis, fruſtra præeſſe optas? cum altitudinem gradus, reuerentiam, & honorem appetis? ſic non decet epiſcopatum deſiderare? intende rationi operis, quod eſt in ſalute proximi, & efficitur opus charitatis, vt prodeſſe, non præeſſe, & cum populi vtilitas vertitur, mortale redditur recuſare: & cum acceperit, ratio rerum dictat, vt plus noſcat ſe debere, quanto viſus eſt ſe maiora ſuſcipere, alias nimis de ſe præſumit, qui alia mente cupit ad ſacri ordinis faſtigia peruenire? & qui exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ſe ipſum ſe ducit? Namq. ſi bona eſt arbor, non poteſt fructus malos facere, quod ad actum interiorem extendimus, qui non facit fructus malos, cum bonus ſit, ſicut actus interior malus, non facit fructus bonos.

Gregor. in reg. lib. 12. de mor. pręl. fo. 15.

Matth. 13. Ezech. 34.

8. q. 1. c. qui epiſcopatu.

S. Tho. 2. 2. q. 185. Do. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 2. q. 2.

Ad Gal. 6. Matth. 13. Adr. vi. Pôt. in quodl. q. 1.

bonos & ſi voluntas eſt bona,non inde oriuntur opera mala, quia de corde exeunt cogitationis malæ. Præpara igitur foris opus tuũ, & diligenter exerce agrum tuum per laudabilem vitam, & honeſtam conuerſationem, malitijs peccantium obuiando, compatiendo tamen, cum natura humana prona ſit ad peccandum: ideo ſemper indiget auctore, & cultore ſuo, atque conſeruatore Deo, & quæ in illa integritate, in qua creata fuit, Deo non adiuuante ſeruare ſe non poterat, quomodo ſine ipſo poterit ſe reparare, dicit S. Auguſtinus. Nam bonitas, quæ à principio ineſſe præſumitur homini, qui oritur bonus, de facili recedit ab humana natura, per fomitem impellentem ad malum, qui eſt pœna peccati originalis, & malum per ſe patet, bonum nequaquam niſi per gratiam: ſed intelligimus fomitem illum in renatis, non eſſe proprie, & vere peccatum ex ſe, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat, iuxta diffinitionem ſacræ œcumenicæ generalis ſynodus Tridentinæ, & ex illa prima præuaricatione peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, quam omnes nos guſtare neceſſe eſt, velimus, aut nolimus, de qua neceſſitate dicit idem Auguſtinus: Mori neceſſe eſt, & nemo vult? nemo vult, quod neceſſe eſt? nemo vult, quod erit, velis, nolis, dura neceſſitas, nolle quod non poteſt euitari: nam ſi fieri poſſet, nollemus vtique mori: & ex ipſa neceſſitate omnibus imminente, tamq. fragili naturæ cõpatiendo, clementer ducendi ſunt ſubditi, quando induratũ non eſt cor eorum. Non poteſt epiſcopus quieſcere, aut ſine moleſtia viuere, iuxta illud Apoſtoli: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? vigilando vtique debet ſtare, in omnibus laborando, vt miniſterium acceptum impleatur, ſequẽdo normam ipſius concilij Tridentini: Exultat enim eccleſia ſollicitudinem commiſſis gregibus exhibere paſtores, cum charitate corrigendo, & ſi publice oporteat, ſic exequatur, vt nullus adſit timor. Apoſtolus enim præcipit: Peccantes coram omnibus corripe, & vt ceteri timorem habeant: de qua correctione loquitur Auguſtinus: Quod & fortius eſt exequendum, vbi correctio non accipitur, quia ſi vitium eſt malum eſſe aliquem, maius tamen vitium eſt, nolle corrigi, quia malus eſt, quod ex mala voluntatis prauitate procedit: nam dicit Poeta in illis verſibus.

Matth. 15. Prouerb. 24

12. q. 1. cap. oĩs ætas.

In epiſt. Iob in fine, De ſum. trin. c. 1. de conſ. diſt 2. c. iteratur. diſt 4. cap ſi.

Seſſ. 5. de peccat. orig. in ſi. Ad Rom. 5.

In Pſal. 30.

2. ad Cor. 11

Seſſ. 6. de refor. cap. 1.

1. ad Tim. 5.

De cor. & grat. c. 16. Orat. 5. Epiſt. lib. 1.

Nemo

Nemo adeo ferox eſt, vt non miteſcere poſſit,
Si modo culturæ patientem accomodet aurem.

1. ad Theſ. 5 Rogamus autem vos fratres corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos. Cum igitur in viſitationibus fere omnes virtutes plantentur, quia poſiti ſunt epiſcopi, ſicut ſignum ad ſagittam, ex hoc vt aliqua ad memoriã reduceremus, in hoc tractatu duximus titulum principalem De Viſitatione (quam epiſcopi, & alij prælati in ſuis eccleſijs, & populis facere tenentur) dirigere, vt non quæ ſua ſunt, ſed quæ ſunt Ieſu Chriſti quærant: vitia, defectus, inhoneſti mores deteſtentur. eſt enim inter officia epiſcoporum præcipuum, & neceſſarium munus viſitatio ipſa inſtituta ad ſalutem viſitandorum, qui ſi non recipiant monita prælatorũ, etiã de hoc à Deo punientur. Fleuit Ieſus ſuper Hieruſalem, deſcribens calamitates quibus ſubijcietur, eo quod non cognouerit tempus viſitationis ſuæ. & ſic intendere omnibus, quaſi ſingulis, & ſingulis, quaſi omnibus: Oleum & vinum infundens, iuſtitiã, cum miſericordia temperando, & filios congregare, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas. & conſequenter de regimine ipſarum eccleſiarum, vbi quæ iam deſiderantur, late diſſeruntur ea, qua Chriſtus dominus noſter dignatus eſt diligentia munire, vbi animas fieri eruditas tantum ad vitam Chriſtianam laboris fuit. Hic ſtudium paſtorum in vigilantia ſubditis dormientibus excitatur; hic epiſcoporum, & aliorum officium circa eccleſiarũ gubernationem (vt nec in minimo dehoneſtetur cultus diuinus) in multis tractatur; ſacramentorum vis explicatur, quod epiſcopi, ceterique propoſiti in eccleſijs populum inſtruere tenentur, ex præcepto concilij Tridentini, ac in quemlibet ſtatum iuſta ſanctorum Patrum admonitiones exempla traduntur, cum omnia, quæ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta teſtetur Apoſtolus. Inde eleganter dixit Plinius Iunior: Inuenio apud ſapientes honeſtiſſimum eſſe maiorum veſtigia ſequi, ſi modo recto itinere proceſſerint: Modus ipſe viſitandi, & practica diſſeritur, quod adeo difficile eſt, propter varietatem regionum, & perſonarum, quia diuerſitatem corporum, diuerſitas ſæpe ſequitur animorum: vnde non omnibus vna medicina fit ſalutaris, neque indiſtincte omni-

Margin notes: Cap. qualit. & quando. lo 2. de accuſ. Paui. 2. part. q. 10. — Luc. 19. — Luc. 10. — Matth. 23. — Seſs. 24. de refor gen. c. 7. — Ad Rom. 15 — Epiſt. 8. — De conc. lib. c. quia diuerſitatem.

omnibus æqualiter vna lex adaptari poteſt. Ideo quid, & quod in eis ſit trattandũ congeritur, quave charitate procurationes Prælati accipere debeant, in quibus eſt omnis ſubditorum dolor, & anguſtia, ac demũm, quod Metropolitani officium in ſuffraganeos eſſe debeat diſcutitur, item de eorum iuriſdictione, & quomodo procedatur, aut quando ipſi ſuffraganei officium Metropolitani eorum ſupplebunt. poſt modum in alio libro, quo ordine circa fidem, & obedientiam ſanctæ eccleſiæ cuncti ſint hortandi, & cogendi tractatur, in alijs vero libris peccata, malaq. commertia, & alia illicita reprobantur, præcepta eccleſiæ commendantur, religioſorum vita, ſtatus, regula ampliantur, pœnæ impiorum in morte, & in inferno, vt quiſque peccare abhorreat, narrantur, de officio, & præmio, fructu bonorum operum diligentium paſtorum, ac omnium Beatorum in illa cæleſti Hieruſalem in fine dici reſeruatur. In ſex partes diuiſo toto deſignato opere, qualibet duos libros continente, vt ſint ſex hydriæ poſitæ in nuptijs domini, quæ eius gratia repleri poſſint. Nec ambigimus ad ſummum apicem diſputationum exquiſitis ſenſibus non euolaſſe, quod eſt tertium dicendi genus, ſecundum quòd antiquitas prudentum ſtatuit, ſed tantum humilem gradum, & in aliquibus mediũ (qui nec magnitudine, nec breuitate terminatur, ex varietate perſonarum, variãdo, & ipſum docendi modum) attigiſſe non inuerecunde profitemur. Nec offerimus, vt ſciant auditores, ſed vt agant, quod iam agendum ſciunt, vt optime Auguſtinus, inquit, non perfectis, aut perficientibus, qui gratia ſibi conceſſa à Deo, forſan inutilia hæc ſcripta iudicabunt conſulentes, ſed incipientibus, quibus lac ſufficit, nec natura ad maiores cibos capiẽdos, & dirigendos pro nũc extenditur. vt minimus ſeruus in eccleſia Dei militans, verens coram Deo vacuus comparere (dicente ipſo non apparebis in conſpectu meo vacuus) vt ſic quos cibos poſſem, in horreum Domini offerrem: Nec mirentur benigni lectores, ſi multa nos ipſi ſcribendo cumulauimus, fatentes etiam à nobis non intellecta, namq. humiliter reſpondetur cum glorioſiſſimo Dionyſio, cum de Apocalypſi Ioannis verbum faceret (ut Euſebius in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria ſcribit.) Quæ non intelligo, non reprobo, ſed tanto magis admiror, quanto minus aſſequor, & dicit vnus doctor: Quòd etiam

[Margin notes: Ioan. 2. — Lib. 4. de doctr. Christ. cap. 12. — Exod. 23. — Hieron. in prol. ad Malac. — Lib. 8. c. 22.]

Caſſa. deciſ. 3. de reſ. in ſi. ex gl. in c. 1. de nou. ben. inu. in vſib. feud. etiam his, qui aliena ſcripſerunt gratiæ ſunt reddendæ, ex quo ſtudioſi ſolliciti redduntur ad inueſtigandam veritatem. Accipite igitur catholicæ eccleſiæ Chriſtianiſſimi Præſules Coepiſcopi veſtri Sarnenſis, minimi ſerui Dei, quale, quale ſit humillimum munus veſtra charitate ampliandum, ſuaq. dote dotandum. Vt enim ipſe potui ſicut humilis operarius in fine diei apud multos vocatus, præſens offero munuſculum: in quo totius epiſcopalis curæ officium eſt deſcriptum, quid agere, quid prohibere, cauereq; oporteat, ex decretis ſacrorum Conciliorum, & nouiſſime Tridentini, ſummorumq. Romanorum Pontificium nouiſſimis conſtitutionibus, antiquos canones non reticendo: Nec dedignamini ſi 2. ad Tim. 2 parua veſtro iudicio ſublimi iudicaueritis: namq. in domo domini omnia vaſa ſunt neceſſaria, aurea, argentea, lignea, & fictilia, & loquantur paruuli, & grandes, vnus ſpiritus in eis eſt optan 1. ad Cor. 12 dus: omnes enim ſunt diuiſiones gratiarum, idem autem ſpiritus, & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus, & diui Matth. 25. ſiones operationum ſunt idem vero Deus, qui operatur omnia, in omnibus: & ſi fuit acceptus ſeruus, qui acceptis quinq. talentis, alia quinq; ſuperlucratus eſt, non fuit repulſus, qui duo ad In proh. lib. Reg. alia duo ſuperaddidit: & cũ Hieronymo Maximo eccleſiæ Athleta pelles, & caprearum pilos offerendo in templo Dei, alijs, quibus maius datum eſt, offerentibus aurum, argentum, lapideſq; In proh. lib. Eſdr. precioſos: Defendite quæ bona ſunt in alijs corrigentes compatie mini: ceſſent contradictores, qui animo cõtradicendi ſenſus perdiderunt. ego vero ſequens ipſum Hieronymum potius bonorũ charitate prouocabor ad ſtudium quàm deterrebor illorũ detractione; ſubmittens omnia (vt fieri debet) auctoritati, & Iudicio ſacroſanctæ Rom. Eccl. communis matris, recipiens ſemper quæ recipienda mandat, & eijciens perpetuo, quæ excludenda duxerit: Ac ipſi Beatiſſimo Domino noſtro Domino Gregorio XIII. Pont. Max. quem verum Chriſti Vicarium in terris, Principiſq. Apoſtolorum indubitatum ſucceſſorem omnes fideles vna voce confitemur, Ad honorem etiam, & æternã memoriam Pij Quinti Pont. Max. ſanctæ memoriæ, qui me (licet vndiq; indignum) ſua bonitate ad paſtorale officiũ eccleſiæ Rauellenſis primũ vocauit: laus igitur ipſi Deo trino & vno per infinita ſæcula ſæculorũ. Amẽ.

PAVLI

PAVLI FVSCHI

EPISCOPI SARNENSIS
DE VISITATIONE
ET REGIMINE
ECCLESIARVM.

Liber Primus.

DE VISITATIONIS DESCRIPTIONE.
CAP. PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *DEI nomen in omnibus eſt inuocandum.*
2 *Principiũ eſt potiſſima pars cuiuslibet rei.*
3 *Diffinitio in iure eſt periculoſa.*
4 *Vnaqueq. prouincia ſuo abundat ſenſu.*
5 *Viſitatio eſt nomen æquiuocum, & quid compræhendat.*
6 *Viſitatio* Dei *eſt in bonum, & in malum in nos.*
7 *Viſitatio eſt duplex, & quę.*
8 *Viſitatio quid ſit. nu.* 10. 11.
9 *Viſitationis materiam, qui doctores ſcripſerunt.*
12 *Viſitatio quanto tempore debet finiri ex Concil. Trid.*
13 *Viſitatio quo tempore eſt inchoanda.*
14 *Epiſcopi munus eſt animarum curam ſuſcipere.*
15 *Viſitatio indiget adminiculis.*
16 *Procuratio debita pro viſitatione non præſcribitur, & quomodo ipſa ſoluenda.*

QVONIAM

QVONIAM De
Viſitatione,& Regi
mine eccleſiarum,
ſeu modo viſitādi,
& regendi eccleſias,
hic tractare propoſi
tum nobis eſt, (onus quidem etiam
Angelicis humeris formidādum, teſta
tur ſancta Synodus Tridentina. ſeſſ. 6.
de reform.c.1.in prin.) vt omnes ſciāt,
quid cuiuſque officio incumbat: niſi
enim ſciuerint, quomodo docebunt?
niſi regere inſtruātur oues commiſſas,
quomodo paſtorum nomen merebun-
tur? vt conſolidabitur infirmum, aut
ægrotum ſanabitur? Ezech.cap.34.ni-
ſi a Chriſto omnium paſtore diſcant?
qui animam ſuam poſuit pro ouibus
ſuis? Ioan. cap. 10.Ideo ad eum recur
1 rendum eſt. † Ipſum inuocando,a quo
omne datum optimum, & omne do-
num perfectum eſt. Iacob. cap. 1. qui
idem dominus omnium, diues in om-
nes,qui inuocant eum,ad Roman.cap.
10.de teſtib.cog.cap. In nomine domi
ni.1.quæſt.1. cap. cum Paulus: omnes
enim qui ſperant in eum,nō infirman-
tur 1. Machab. cap.2. Inde doctiſſime
dixit Plato in primo libro ſui Thimei.
omne opus ex Diuini nominis inuoca-
tione, principium bonum, melius me-
dium, optimumq́. finem conſequitur
ad quod excitat propheta Iona. cap. 1.
inquiens, quid tu ſopore deprimeris?
Surge inuoca Deum tuum: Cuius gra-
tia nobis adſit, vt quę ad ſui altiſſimi
nominis honorem, ſuęq́. ſanctæ eccle
ſię exaltationem pertinent, dicere poſ-
ſimus in principio, medio, & fine, &
pro ipſius dignitate efferā omnia, quę
dicturus ſum, neq; ipſe ex ore meo de-
trahāt verum ſermonem: ſic præcan-
tur omnes, qui ad alios verba facturi
ſunt. Dionyſ.in eo tract. quē de Diuin.
2 Nomin. inſcripſit.cap.1. in fine. † Sed
quia cuiuslibet rei potiſſimam partem
principium eſſe animaduertimus, ne
initijs omiſſis inconueniens quid ſe-
quatur. iuxta præceptum Gaij Iurecon
ſulti.in l 1. ff. de ori.iur.& Phil.1. Ethi.
principium videtur eſſe, pluſq́. dimi-
dium totius. multaq́. ex his,quæ quæ-
runtur, per illud fieri conſpicua, vnde
dixit Venuſinus Poëta.

Dimidium facti, qui cœpit habet.

Ideo primo eſt videndum, quid ſit
Viſitatio, vt demum terminis habitis
in reliquorum notitiam facile deuenia-
tur, Ciceronis in 1. officio. inſtitutum
ſequendo, vt de quacunque re aga-
tur ſermó, debeat a diffinitione profici
ſci, vt intelligatur, quid ſit id, de quo
diſputatur, licet in Scyllá incidere peri
culum ſit, dum Carybdin euitare quis
3 cupit: † Cum periculoſa ſit omnis dif-
finitio in iure. l. omnis diffinitio. ff. de
regu. iur. etſi ex ipſa arguatur princi-
pium demonſtrationis in omnibus re-
bus ex philoſ. in 4. Metaphy. Vnde me
rito dicitur diffinitionem de facili pati
calumniam, cum ad eam ſit facilis ar-
gumentatio. Neuiz. in ſua Sylua, lib. 1.
in verb. non eſt nubendum, folio 39.
quare potius elucidando, quid produ-
cat, quàm diffiniendo, realiter procede
mus, magis interpretationem vocis ef-
ferendo, cum quælibet Eccleſia pro-
priam habeat viſitationis formam, &
in ſingulis Synodis, maxime prouin-
cialibus, ſecundum exigentiam facti
Prælati diuerſimode ordinarunt. †
4 Abundat nempe ſuo vnaquæq; prouin
cia ſenſu. 12. diſtinct. cap. illa. de ſepult.
cap. certificari. ex quo dixit not. Andr.
in cap.

in cap.1. §. ſimiliter. nu. 5. in fi. de capit.qui cur.vendi. quòd diuerſitas perſonarum diuerſam accipit medicinã, vt ſupra in procе. circa finem eſt dictũ: & in famil. ſingul.in.l.5.nu.37.in cap. vtinam.76.diſt. & quæ in vno loco certam habuerunt interpretationem, ea ibidem obſeruentur: cap.cum dilectus de conſuet. facit text.in.l.minime.ff.de legib. Quando tamen quid cõtrarium ſaluti animarum non obſeruatur, quia recededum eſt. in extrauag. Ioan. 22.
5 prima de conſuet.† Quare pro intelligentia eſt ſciendum, quòd hoc nomen Viſitatio,eſt nomen æquiuocum,comprehendẽs inquiſitionem,& correctionem: teſtatur Bartholo. Bellenz.Rotæ Auditor in tract.de charit.ſubſid.q.11 Item eſt, & ſpecies ſeruitũtis, qua ſubeſt ſeruus Domino,ſubditus ſuperiori, qui cognoſcit per hanc viam ius ſuum ſaluum fore: dom. Mari. Frecc.de ſub feud.lib.2.anthor.35. nu. 3.ſicuti Bal. exemplificat in Domino viſitãte caſtra vaſſallorum, imminente maxime periculo, aut ſuſpicione belli.in conſ.358. vol.1.Boer.de cuſtod.clau.fol.10.Item ſignificat ius, & continet adminiſtrationem. idem Bald. conſ. 158. proponitur 3.volum.de correctione.legimus etiam in veteri teſtamento, quòd viſitauitDominus peccata populi,loquens Moyſi, Exod. c. 32. Ego autem in die vltionis viſitabo, & hoc peccatum eo-
6 rum.† Quæ Dei viſitatio interdum eſt in bonum circa nos, eodem lib.4. cap. & Luc.cap.1. Quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ: Aliquando eſt in malum, ſic exigentibus noſtris peccatis.Gloſ.Nicol.de Lyra ſuper Iſai. Affli. in l.quicunque toxicum.nu.3.de mal. & nox. medic. Pſal.88. Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.& Bernar.in ſent. Viſitat nos Deus quattuor modis,exhibitione pręcepti, aſperitate flagelli, nouitate miraculi, & inſpiratione ſubtili, viſitans humiles & ſuperbos tranſiliẽs:
7 ſed proprius accedendo:† Viſitatio eſt duplex particularis, quam ſuperiorẽs faciunt ex zelo,& charitate ad aliquam Eccleſiam, ſiue alium pium locum, ex cauſa mouente animum ſuum, de qua loquitur text.in clem. 2. §. nos igitur. de cenſib. Toties, quotieſque ſibi videbitur. etiam auctoritate apoſtolica.ſeruata tamẽ forma Sacri Conc. Trident. ſeſſ.6.de reform.cap. 4. & plenius ſeſſ. 25. de reform. gen. cap. 6. Alia eſt generalis, quam prælatus facit ex debito ſui paſtoralis officij, de qua in præſen-
8 ti agimus, & plenius tractabimus.† Quæ poteſt ſic deſcribi ſecundũ Dom. Petr. quòd eſt ſollemnis ſcrutatio, & reformatoria inſtructio paſtoralis,directa ad cõmunem vtilitatem hominũ, & eccleſiarum, animarumq; ſalutem, cui procuratio iure eſt annexa. Probatur hæc deſcriptio per cap. placuit. 10. q.1.cap.cauendum. 10. q. 3. cap. cum ex officij. de præſcr. cap. Romana. de cenſib. ſed non ſatisfacit in omnibus partibus, quia non continet genus, & differentias, vt eſt neceſſe, nec neceſſi-
9 tatem imponit, ex quo iura diſſonãt.† Vnde ex ſcriptis dom. Mar. Socc. ſen. & dom. Franc.Pauini Rotæ Auditoris in ſuis de Viſitationibus tractatibus, qui plenius, quàm alij in hac materia ſcripſerunt, vt refert Fel. in alleg cap. cum ex officij. poſt ſcripta per Specul. in tit. de Inquiſ. §. quando & qualiter, & Archiepiſ. Floren.in ſum.3.part.tit. 20. cap. 5. cum ſeq. vbi de forma viſitandi,

tandi, inquiſitioneq; facienda differit, & Dom. Petr. Epiſc.ſancti Papuli prouinc. Tholoſ. qui niſi dicta antiquorũ decurtaſſet, ordinatius ſcripſiſſet, a quibus omnibus, multis nouiſſimis additis plurima accepiſſe ingenue fatemur. Nam vt inquit Plin. ad Veſpaſia. Benignum, & plenum ingenui pudoris eſt, fateri per quos profeceris. Sed obnoxij animi,& infælicis ingenij mal le deprehendi in furto,quàm mutuum reddere. refert Ioann. Andr. in procе.
10 nouell. ſuper lib. 6. † Poteſt ergo dici, quòd viſitatio eſt munus quoddam paſtorali officio incumbens,ex iuriſdictione competens, quam prælatus facit in ſua diœceſi, reformando, & corrigendo, quę nouerit neceſſaria ꝓ exequutione ſui paſtoralis officij: ſed nec videtur ſatisfacere, quia quo ad primã patitur diminutionem, & in ſecunda continet ſuperflua (Ideo nos exprimendo modum, per quem in eſſe deducitur ipſa viſitatio, iuxta not. per mod. in ead. l. omnis diffinitio.ff.de reg. iur.licet non ſit de eſſe diffinitionis, tamen propter eius periculoſam ſubuerſionem omnia
11 ſupplentes dicimus. † Quòd viſitatio eſt officium aſtringens epiſcopum, vel alium Superiorem ſingulis annis viſitare diœceſim ſibi commiſſam, eam ad cultum diuinum reducendo,animasq; ſaluas fieri procurando, quæ ei de procurationibus reſpondere teneatur. Hęc eſt deſcriptio amplior prima, & concordat cum ſuis partibus contra ſecundam, (dictum eſt officium aſtringens) quia ad hoc ſuperior expreſſe tenetur, iuxta ſacrorum Canonum deciſionẽ, capit.conquerente. de offic. ordin.cap. placuit. cap.Epiſcopum, 11.q.1. Paul. de Viſit. prima parte q.9.& ſi omittat peccare dicitur (niſi ex cauſa iuxta ſteterit) Socc.ibid. nu. 7. verſ. 3. quæro, & nu. 19.ꝙ nullo modo poteſt omittere. Alphon.Aluar.in ſuo Speculo, cap. 11. & nouiſſime eſt decretũ in Conc. Triden. ſeſſ.7.de reform.gener. cap.3.
12 † Vbi declaratur, quòd ſi diœceſis eſt ampla,& non poſſit in anno epiſcopus finire eam viſitando,finiat ſaltem biennio, vt ſic ſe minus oneroſum viſitatis tribuat, quàm fieri poteſt, ex dictis in extrauag. Vas electionis. de cenſib. in princ. Idque ex idemptitate rationis arguitur, etiam ſi neque poteſt finiri biennio, propter ſui magnitudinem, & facta occurrentia; ſicuti in pluribus viſum eſt, vt nec ſemel id completum fuerit toto tempore prſulatus, ex multis, quæ interim occurrere poſſint, & impedimenta,quæ præſtantur,ne ſint, vt aliqui faciunt, qui viſitantes nõ epiſcopi videntur, ſed potius iſti, qui mittuntur a Principibus velociter cum litteris, quos veredarios appellamus.do. Mar.Frecc. de ſubfeu, lib.2.in tit.quis dic. dux. nu. 35.& alibi dicuntur vernaculi, per ſimilitudinem.Geneſ. cap. 14 licet text.in l. continuus. §. cum ita ſtipulatus. ff. de verb. obliga. vtatur ad hoc verbo duplomate: ſic celeriter ſe expediunt, vt ſufficiat eis, tres,& quatuor eccleſias vidiſſe in die. † Sed quo
13 tẽpore habeat epiſcopus incipere hanc viſitationem, cum non ſit in iure determinatũ, ſtatur arbitrio ſuo, ſed melius eſt in æſtate, vrgentibus tempeſtatibus in hyeme. Ex conſilio Abb. de cenſib. cap. cum nuper. reiecta mordacitate Fabij Montisleonij Calabri. in pract. quat.lit.arbitr.4. par.nu.85. auaritiam ſapere dicentis, (dictum eſt ad cultum diuinum) quia hoc epiſcopus principaliter

paliter attendere debet, cum ſuper in-
tendés ſit dictus.c.qui epiſcopatum. 8.
q.1. & ſic muneri ſibi iniuſto ſatisface-
re. iuxta dicta in Conc.Trid.ſeſſ.22.de
reform.cap.2. nam in hoc iuris canoni
ci latorum intentio fuit, quod nō prin-
cipaliter intendebat ius ciuile, ideo
propter animas attendimus ipſum ius
canonicum. cap. cum contingat. cum
14 ſua gl. de iur. iur. † epiſcopi.n. princi-
pale munus eſt animarum curam ſuſci
pere. c.cum inſtantia de cenſib.c. cum
in cunctis. in princ. de elect. ut gregē
curæ ſuæ traditum a diabolicis incur-
ſionibus protegere poſſit.ſeſſ.13.eiuſd.
Conc. de reform.cap. 1. (dictum eſt de
procurationibus, iuxta primam diffini
tionem) quia non eſt magnum ſeminā-
ti ſpiritualia metere temporalia. eod.c.
cum ex officij. & dignus eſt operarius
mercede ſua.Matt.cap.10. ad Rom.4.
1. ad Corin.9. & qui ad onus eligitur,
repelli non debet a mercede. cap. cum
ſecundum.de præb.namq. ex præmio-
rum retributione plantantur virtutes,
ex quo merentibus propter actus vir-
tuoſos debentur.l. fi.C.de ſtat.& imag.
& laboranti debetur reſtitutio præmij.
C. de re mil. l. contra rempub. lib. 12.
Andr.in l.nihil veterū.de offi.ma. iuſt.
15 in conſt.regn.† Inde dixit not.Bald.in
alleg. cap. cum ex officij. de præſcript.
nu.2. q visitatio indiget adminiculis.i.
victu, ſcilicet procurationibus,modera
te tamen, ne vltra facultates grauentur
eccleſiæ de cenſib.cap. cum Apoſtolus.
& cap.cum ſopitæ, ne potius percuſ-
ſor q̄ pater dicatur ſuperior a ſubditis,
contra decretum eiuſd.conſi.alleg.ſeſſ.
13.cap. de reform. debet enim iniqui-
tatem omnem a ſe expellere, ſicuti de
lege dicimus. l.1. in prin.C.de vet. iur.
enucl.nec excedere metam honeſtatis,
ſtante varietate humanæ naturæ, & hu
manorum actuum, vt dicunt mod. in
16 proœ. clem.† Hæ tamen procurationes
præſcribi non poſſunt.eod.c.cum offi-
cij, & c. cum inſtātia, de cenſib. per gl.
& Abb.nu.3.etiam longiſſimo tempo-
re,nec quidem pacto.eo.tit.in 6. c.per-
petuo. per Anch.Phil. Port. conſ.173.
cum inter.nu.2.vol.3.licet in modo ſe-
cus, vt ſoluantur in pecunia,non in vi-
ctualibus, ad vtilitatem viſitandorum.
Fel.in d.c.cum ex officij.c.Felicis.de cē
ſib.lib. 6.& eſt cōmunis opinio de iure
antiquo. quāuis multi cōtra. per extra-
uag. vas electionis: Canon vero Conci
lij Trid. cuius diſpoſitionē attēdimus,
in eod.c.3.ſeſſ.24.iuxta c.felicis.id per-
mittit, vt ſi conſuetum eſt, ſoluant viſi-
tandi in pecunia, vel in victualibus ad
eorum vtilitatem,& beneplacitum, ra-
tionē aſſignat gl. in d.c. felicis,in verb.
diſpendia, & ſupplet ibidē Ioan. And.
vtilem fuiſſe eandem conſtitutionem:
nec mirandum, cum propter incōmo-
ditatem recedatur ab antiqua cōſuetu-
dine, vel ex neceſſitate, aut vtilitate ec-
cleſiæ.tex. not.in cap.non debet.de cō-
ſangui. & affin. nec authoritati veterū
legum detrahitur, ſi ſecūdum qualita-
tē temporum nouum ius producitur.
l.nihil veterum.de offi. mag.iuſti.in cō-
ſti.reg.Neap.non.n.prodeſt tunc in dif
ferentiis eſſe,cum oporteat epiſcopum
eſſe in quiete mentis, & corporis, nec
in ſollicitudine temporalium eſt dare
quietem, ſecundum S. Tho. in 4.diſt.
37. arti.7. ipſiuſq. Concilij iure nouo
idem dicimus eſſe attendendum, circa
illud de præſcriptione, vt ibi ex conſue
tudine ſolitum eſt obſeruari, nihil pro
procurationibus præſtari, id etiam ob-

ſeruetur, eod. cap. 3. §. In iis vero, quod eſt notandum, ad ipſa iura: quæ autem ſpectēt ad ipſas procurationes, & quomodo, & a quibus eccleſiis, & perſonis, & quando epiſcopus commode reſidet in ſua eccleſia reſpectu eccleſiarū ciuitatenſium, & capituli. infra in 2. parte tertio libro Deo dante latius dicemus.

DE PERSONIS QVIBVS IVS viſitandi competit.

CAP. SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Viſitandi ius quibus cōpetat.*
2 *Papa gerit vices Dei in terris.*
3 *Concilium indictum ſine voluntate Papa eſt nullum.*
4 *Vicarius Papæ habet ius viſitandi, & quantum.*
5 *Cardinales poſſunt viſitare eccleſias ſuorum titulorum.*
6 *Cardinales ſunt poſiti in illuſtriſſima dignitate.*
7 *Papa Cardinalium conſilio vtitur in adminiſtratione vniuerſalis eccleſię.*
8 *Familiares Cardinalium delinquentes a quo corrigantur.*
9 *Patriarchę habent ius viſitandi.*
10 *Patriarchæ qui ſint.*
11 *Archiepiſcopi habent ius viſitādi ſuā diœceſim, & quando prouintiam de iure Conc. Trid.*
12 *Epiſcopi habent pleniſſimam poteſtatē in eorum diœceſibus.*
Epiſcopi ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum. nu. eo.
13 *Epiſcopi ſingulis annis habēt viſitare ſuam diœceſim.*
14 *Abbates, Priores, Abbatiſſæ poſſunt viſitare eorum monaſteria.*
15 *Abbatiſſæ ex quo non pñt exire clauſtra aliis cōmittunt viſitationem.*
16 *Viſitatio ſollemnis per inferiorem epiſcopo fieri non poteſt. nu. 17.*
18 *Vicarius generalis epiſcopi an poſſit viſitare.*
19 *Archidiaconus quomodo habeat ius viſitandi.*
20 *Capitulū ſede uacāte an poſſit uiſitare.*
Capitulum an poſſit concedere indulgentias. nu. eo.
21 *Poteſtas omnium prælatorum eſt a Papa.*
22 *Viſitatio in quo loco eſt facienda.*

Viſitationis deſcriptionē poſuiſſe nequaquā ſufficit. †
1 Niſi videamus quibus perſonis hoc ius viſitandi cōpetit, tam de iure, quàm de conſuetudine, cum nihil proſit conſtitutiones, & ſtatuta condere, niſi ſint, qui ea debitæ executioni demandent. l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur. cap. vbi periculum. §. præterea. de elect. in 6. cap. 1. §. & quoniam. de ſtat. regul. eod. libr. ex dicto Phil. in 6 Polit. nihil prodeſſe de rebus

rebus iuſtis iudicia & ſententias dare, niſi eſſent, qui eas executioni demandarent. Hier. Cagn. in eod. §. poſt originem. nu. 201. Prælati ſunt duces gregis. 7. q. 1. c. ſciſcitaris. immo, & patres, & paſtores. iuxta verba Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. gen. c. 3. in primis verbis.

2 † Dicendum eſt ergo ꝙ primo cōpetit ſummo Pontifici, qui vices Dei gerit in terris. ſeſ. 6. eiuſd. Conc. de reform. c. 1. do. Paui. 1. par. q. 2. ipſe. n. habet omnes animas in ſua iuriſdictione. Innoc. in c. præsbyter de ſacra. non iter. fideles & infideles. Oldrad. conſ. 71. Innocen. Abb. in c. ſuper his de vot. & Brunell. in c. 1. 4. par. nu. 11. de homic. & ſupra in proœm. latius diximus. nā ſolus inuocat concilium generale chriſtianorum, vbi fundatur vera viſitatio, & ipſius effectus. Paui. ead. q. num. 3. & per Grat. diſt. 17. per plura capita. & in bulla in d. Conc. Trid. Pauli III. ſum. Pont. §. deinde.

3 † Alias nullum eſſet Conciliū, quod ipſo non mādante celebraretur, do. Card. ar. cęl. de Cōc. Oecum. cap. 7. Ampliſſimus D meus S. R. E. Iuriumq. Diui Petri maximus defenſor. do. col. Hier. Cardinalis Albanus in trac. de poteſt. Pap. 2. par. nu. 159. gl. in cap. quod translationem de offi. leg. eiusq. Concilij ipſo mandante in dicti declarat decreta, & confirmat, patet in Conc. Tri. ſeſſ. vlt. in fine, immo limitat, & poteſt tollere. Specul. in tit. de leg. §. nūc oſtendendum. verſ. 58. & apud quem eſt tutela, & cura omnium eccleſiarum c. 1. de immun. eccl. lib. 6. & cum ſit maxima eius poteſtas dicitur omnia ſuper omnia, vt in trac. de dignit. eccl. cap. 2. pleniſſime dicimus, cui obedire omnes debēt, de neceſſitate ſalutis. in extrauag. vnam ſanctam Bonif. VIII. de maio. & obed. latiùs gloſ. optima, in clem. ad noſtrum. in verb. eccleſiæ. de hæret. quod & obſeruandum eſt, ex præſcripto ſimili Concil. Triden. ſeſſ. 25. de reform. gen. cap. 2. verſ. nec non. competit igitur principaliter ad exemplum Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui uenit viſitare Hieruſalem, quamuis noluiſſet cognoſcere dies viſitationis ſuæ. ut ip-

4 ſemet dicit. Luc. c. 19. † Item ſecundo hoc ius viſitandi competit eius do. Papæ Vicario in vrbe, & infra centeſimū miliare. quia omnia, quæ ad iuriſdictionem pertinent, dummodo nō ſint de reſeruatis, poteſt expręſse do. Paui. vbi ſupra, & in trac. de offic. & poteſt. cap. ſed. uac. par. 2. q. 10. verſ. nunc reſtat. vbi multa dicit de Vicario Papæ, & quanta ſit eius poteſtas, hinc Innoc. III. in cap. tua nobis de offic. Vic. inquit. Iuriſdictio Vicarij, quem Romanus Pōtifex in vrbe reliquit, non extenditur extra ipſam, niſi ei ſpecialiter ſit commiſſum, & de viſitatione ei ſpecialiter ſemper cōmitti videtur in litteris mandati, prout in una clem. 7. bulla, & in alia Pauli III. ſum. Rom. Pont. vidimus, & in aliis eſt obſeruatum, immo, & clerum Romanum inuocare, ſtatuta condere, prout in plurimis edictis emanatis vidimus, & legimus, per Illuſtriſſimum D. Iacobum Sabellum Romanum S. R. E. Maximum Cardinalem, qui a multis annis Vicarius Romani Pontificis fuit, (& qui nuper a Domino noſtro Domino Gregorio XIII. Pont. Max. ſummus inquiſitor in toto

5 chriſtiano orbe deſignatus eſt.) † Tertio viſitare poſſunt domini Cardinales eccleſias ſuorū titulorum. Paui. ibidē. num. 5. quæ eccleſiæ reſpectu titulorū leguntur in prouint. omn. eccl. conferūt

enim earum eccleſiarum beneficia, &
in eis habent ius epiſcopale. doct. in c.
his. qui. de maior. & obed. Aeneas de
falcon. de reſeru. 2. q. prin. nu. 10. & eſt
communis opinio, vt concludit Abb.
in cap. 2. nu. 12. verſ. nec obſtat. de cap.
pel. mon. & in Conc. Lateran. ſub Leon.
10. an. 1514. in publica ſeſſ. fuit lectũ,
Cardinales tituli ſui loca, ſi præſentes
in curia fuerint perſonaliter, ſi vero ab-
ſentes per Vicarium idoneũ ſemel ſal-
tem ſingulis annis viſitent, clericos; &
populos eccleſiarũ, titulo ſuo ſubiecta-
rum, cum diligentia inquirant, vigi-
lentq. circa cultum diuinum, & bona
dictarum eccleſiarum, moresq; in pri-
mis, & vitam clericorum, & parochia-
norum ſolerter explorẽt, eosq; omnes,
& ſingulos ad recte, honeſteq; viuen-
6 dũ paterno moneant affectu. † Quodq;
eis multa competant, conuenitq; nem-
pe. cũ ſint poſiti in illuſtriſſima digni-
tate, quod ignorauit Bald. in c. bonæ. lo
1. de poſtul. prælat. dicens cardinalatũ
eſſe officium: namq; ipſi dicũtur Car
dines eccleſiæ. capit. ſacroſancta 22. di
ſtin. vbi per Cardi. Alex. quorum cœ-
tus Roman. eccleſiæ ſenatus iudicatur.
cap. eccleſia habet. 16. q. 1. memini in
famil. ſingul. in l. c. num. 42. pars corpo
ris ſanctiſſimi Papæ 96. diſt. cap. Con-
ſtantinus. & quodammodo uiua uox
eccleſiæ. idem Bald. in c. cum in iure
peritus. de offic. deleg. quia ipſos ſpi-
ritus ſanctus præcipua membra eccle-
ſiæ conſtituit, ideo nobiliſſima pars
corporis ſummi Pontificis dicuntur;
ſic proprie loquitur Pius V. ſum. Pont.
in ſua conſtit. incip. infœlic. ſecul. 1569.
quam nota ad extenſionem decretalis
Fœlicis, de pœn. lib. 6. contra offenden
7 tes ipſos Cardinales. † Quorum con-
ſilio vniuerſæ eccleſiæ adminiſtratio a-
pud Roman. Pontifi. vertitur, ut dici-
tur in Conc. Triden. ſeſſ. 25. de refor-
ma. gen. capi. 1. in fine. cum iis virtuti-
bus inſignibus, ac viuendi diſciplina
fulgeant, vt omnium oculos ad ſe con
uertant, ideo cunctis dignitatibus poſt
Papam præferendi, dom. Card. de tur.
crem. in ſum. eccl. lib. 1. cap. 81. Vnde
ex omnibus chriſtianitatis partibus aſ-
ſumi plerumque videmus: iuxta etiam
dicta in eod. Conc. ſeſſ. 24. de reform.
gener. cap. 1. §. ea vero. & cum ſint vici
niores ſummi Pontificis, maiori ſem-
per gaudent prærogatiua, gloſſ. in ex-
trauag. Bened. 11. dudum, de ſchiſm.
vbi eos liberos primi gradus appellat,
& in extrauag. execrabilis. Ioan. 22. de
præb. enumerat nouem priuilegia, &
præcipue, eorum ſublimitas in dignita
te, moribus, & vita, vt ſic euadunt lu-
minoſæ, & ardentes lucernæ poſitæ ſu
per candelabrum in domo domini, id-
eſt in ſua eccleſia, in qua omnibus cæ-
teris præferendi ſunt, cùm ſit ordo na-
turæ eſſe maioritatis gradus, & non oẽs
eſſe æquales. gl. in ead. extrauag. execra
8 bilis. in verb. qui mendicant. † Nec ad
ipſos tantum ſua vertuntur priuilegia,
ſed ẽt ad ſuos, vt eorũ familiares delin-
quentes ad eos corrigendi remittãtur,
non ad Vicariũ Papæ, iux. not. p Cardi.
in cle. ne Romani. 7. q. de elec. quẽ re-
fert Paul. in ead. 10. q. col. 22. licet Ar-
chiepiſc. Flor. dubitauerit, dando locũ
præuẽtioni. in ſum. 3. par. tit. 19. c. 16. §.
verſ. itẽ dubitat. de quibus in eod. meo
trac. de dignit. eccl. c. 3. quod non pro-
cedit reſpectu beneficiorum, ſi quæ ha-
bent, vt ratione ipſorum, non intelligã-
tur exẽpti, ſed ſubſint ordinariis benefi
ciorũ. ex noua deciſ. eiuſd. Cõc. ſeſſ. 24.
de

de reform. gen. cap. 11. §. quæ vero. ſi-
cuti dicimus infra ſuo loco . lib. 2. cap.
9 20. nu. 16. † Quarto competit Patriar
chis. Pauin. nume. 8. ampliando ad le-
gatos, & nuntios ſedis Apoſtolicę, tam
natos, quàm miſſos, perſonaliter viſitã-
do, (ſi eſt commiſſum) de cenſib. cap.
procurationibus, qui in prouinciis de-
putatis habent maiorem poteſtatem ,
quàm alij, cũ ad eos pertineat purgare
prouintiam ſibi commiſſam malis ho-
minibus , eosq. punire, extirpando vi-
tia , & virtutes edificando . cap. ſolite ,
de maior. & obed. Ioan. de Selu. in trac.
benef. 2. part. q. 3. 5. colũ. quod proprie
fit viſitando , & dicũtur illuſtres ad In-
ſtar Regum. congerit. Conrad. Lanc. in
ſuo templo omn. iudic. lib. 2. cap. 3.
10 † Sunt autẽ Patriarchæ quatuor prin-
cipales, (quos enumerat do. Paui. alleg.
tract. de offi. & pot. cap. ſed. vac. præl.
6. ver. quarta ſedes .) Conſtantinopoli-
tanus ſcilicet, Alexandrinus, Antioche-
nus, Hieroſolymitanus, eodemque or-
dine ſedere apud Romanum Pontificẽ
ſtatuit Innocentius III . in Concil. La-
teran. anno dom. 1215. cap. 5. & Euge-
nius quartus in Conci. Flor. ſeſſ. vlt. an-
no 1439. & dicitur Patriarcha græce ,
latine vero ſummus Patrum . c. cleros.
21. di. legati autem, aut ſunt de latere,
& ſolent eſſe ſolum Cardinales cap. 1.
per doct. de offic. deleg. lib. 6. aut ſim-
plices legati, Nũtij Apoſtolici, ut in tit.
de offic. leg. tractatur. quorum poteſtas
ex commiſſionibus attenditur. de qui-
11 bus nihil modo. † Quinto tribuitur ta
le ius viſitandi Archiepiſcopis , (qui ,
& Metropolitani dicuntur. eod. cap. 3.
ſeſſ. 24.) in tota diœceſi , & prouincia.
cap. ſopitæ. cap. cum nuper. de cenſib.
cap. Romana. eod. titu. in 6. ſed de iure
nouiſſimo eiuſd. conc. cap. 3. adducto.
diœceſim tantum viſitant, prouintiam
nequaquam, niſi cauſa cognita , & ap-
probata in cõcilio Prouinciliali. ut eod.
tex. cauet. §. a Metropolitanis . per quẽ
tex. ad id, iura antiqua corriguntur, cir
ca viſitationem prouintiæ . reliqua ve-
ro, cum viſitatio permittitur in prouin
tia dicemus in alia parte, in quarto lib.
Deo concedente, annettendo aliqua ad
materiam iuriſdictionis Metropolita-
nę in ſuffraganeos, in quibus procede-
re poſſunt, & quem ordinem in proce-
dendo tenere debent archiepiſcopi iux
ta nouam deciſionem Concil. Trident.
ſeſſ. 13. de reform. cap. 1. §. in cauſis , &
ſeſſ. 24. de reform. gen. cap. 20. & quo-
modo deferre debeãt ipſis ſuffraganeis
obreuerentiam epiſcopalis dignitatis .
cap. 1. in princ. & §. fin. de offic. ordin.
12 lib. 6. † Sexto pleniſſime competit epi
ſcopis in eorum diœceſibus. c. cauendũ.
10. q. 3. c. cum apoſtolus. de cenſib. de
vtroque in eod. cap. 3. Conc. Trid. ipſi
enim in locũ apoſtolorum ſucceſſerũt ,
in eccleſia Dei poſiti a Spiritu ſancto re
gere eam. ſeſſ. 23. præfat. Conc. de ſacr.
ordin. cap. 4. §. proinde. & apud quos
ſuarum eccleſiarum eſt omnium rerũ
agendarum authoritas. ſeſſ. 25. de refor
ma. gen. cap. 6. §. epiſcopis præterea, ſci
licet reſpectu aliorum prælatorum , cũ
poteſtate inquirendi, & corrigẽdi, quæ
verba important etiam depoſitionem ,
vt infra dicetur. & not. Fel. in cap. dile-
ctus filius. nume. 2. de reſcript. & quia
diœceſis tota dicitur parochia epiſcopi
cuiuslibet. c. apoſtolicæ ſedis. de donat.
ibi in parochia ſua. gl. in clem. religioſi.
13 in verb. præsbiteri. de priuil. † Ideo ſin
gulis annis epiſcopi perſonaliter viſita-
re diœceſim tenentur, etſi impediti de-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

bent id complere per alium idoneũ potentem opere, & ſermone. c. inter cætera. de offic. ordi. c. ſi epiſcopus. eod. lib. in 6. & ſæpius memorato c. 3. etiã tamq; apoſtolica authoritate eis delegata: ex decreto eiuſdem Conc. ſeſſ. 24. de reform. gener. cap. 10. & tex. cap. ſi epiſcopus, ſecundum modernos procedit in omnibus habentibus ius viſitandi: notãdo, ꝙ ſi deputatus viſitator per epiſcopum ad viſitandum in aliquo delinquat, epiſcopus tenetur. ſic not. Archid. per text. in l. 1. ff. de inſtit. act. qui tex. procedit in ſui dicto, ex ratione aſſignata, quæ tamen non eſt in caſu præſenti, licet verum ſit in ſe dictum Ar-
14 chid. & omnes ſequuntur. † Item, & 7. competit Abbatibus, Generalibus, prioribus, miniſtris, aliiſq. præſidentibus in monaſteriis religioſorum, vel deputatis in iiſdem. de ſtat. mon. in ſingulis. & cap. ea, quæ, de quibus latiſſime infra. lib. 2. cap. 15 dicetur. ubi quę de officio, perſonis, moribus, & vita differuntur, ſic, & Abbatiſſis, & alijs mulieribus regularibus ĩ monaſteriis, in quibus degunt, & in aliis eorum iuriſdictioni ſubiectis, vt omnes habeant deuotum, & debitum virtutum Domino famulatum. clem. Attendentes poſt
15 princ. de ſtat. monac. † Quæ cũ clauſtra exire non posſint, aliis viſitationẽ mandabunt. In extrauag. val electionis. in verb. Abbates. Paui. in hoc trac. qõ. 33. Marc. Anton. cuc. In Inſtit. cano. tit. de viſit. In adminiſtratione etenim Abbati æquiperatur Abbatiſſa. Abb. in c. 2. in princ. de his, quæ fiunt a præl. nam in conuenientibus, diſpoſita de Abbatibus extenduntur ad Abbatiſſas. idem Abb. in cap. fin. num. 5. de ſtat. mo. infra lib. 2. cap. 18. num. 62. quod, & idẽ in prioriſſa dicimus procedere ex idemnitate rationis. Phil. Franc. in c. idẽnitatibus. in prin. n. 6. de elect. li. 6. ſcribit aliqua Dec. in l. fœminę. ff. de regu. iur. licet in benedictionibus plus accipiat Abbas, quàm Abbatiſſa. glo. dicit. in verb. benedicl. in eadem. clemen.
16 attendentes. † Sed iſti tamq. inferiores epiſcopo non vendicant ſibi ius faciendi ſollemnem hanc viſitationem, niſi legitima conſuetudine ex præſcriptione temporis. per cap. cum ex officij, de præſcr. in clem. 2. de cenſib. cap. dilecto. de offic. ordi. & communiter docto. (concurrente præſcriptione tam in extraneo, quàm in ſubdito ipſius epiſcopi. Abb. eod. cap. cum ex officij, vbi etiam Fel. Franc. Balb. de præſcr. 5. par. princ. 1. part. q. 16. per tot. quod fortius admittitur in odium negligentis ſuum adimplere officium. argum. tex. & glo.
17 in cap. volumus 88. diſt.) † Ratio autẽ principalis dicti eſt, quòd inferioribus epiſcopo non cõpetunt ea, quæ per epiſcopum, & ſuperiorem viſitando exerceri poſſunt, niſi quid expræsſius caueatur per approbatas conſuetudines inter religioſos, ex eorum regularibus ſtatutis. cap. Romana. in fine. de cẽſib. quia ſunt uariæ, & diuerſæ inſtitutiones ipſorum, & confirmationes ſedis Apoſtolicæ, cũ ſpecialibus priuilegiis, quæ attendi debent: per doct. tot. titu. de ſtat. mon. ſimiliter de relig. dom. ſcribit Boer. in trac. de ſtat. hær. ſed plenius Caſſan. in ſua glor. conſid. 12.
18 vſque ad finem 4. part. † Vicarius aũt Generalis epiſcopi hoc ius viſitandi nõ habet, niſi ſpecialiter eidem cõmittat. arg. c. 1. de offic. vic. lib. 6. Petr. Rebuff. in pratt. ben. in form. vicar. nu. 100. nõ .n. poteſt de criminibus cognoſcere,

niſi

niſi ei expreſſa detur poteſtas. eod.tit.
cap. fin. quia cum ipſæ cauſæ crimina-
les ad epiſcopi iudicium ſolum referan
tur. ſeſſ. 24. Conc. Trid. de refor.gen.
cap. 20. §. adhæc, non veniunt in gene
rali clauſula, quod primum eſt in viſi-
tatione, cum non ualeant eius geſta, ſi
de mandato non conſtat. doc. in alleg.
cap.fin. Bal. in c.1.§.1. in fin.ſi int. do.
& vaſſ. de inueſt.lis or.& allegat domi.
in c. 2. eod.tit. clem.ad noſtrũ.de pro-
cur. & hoc iure utimur, vt in mandato
multa ſpetialia exprimantur, quæ per
19 generale excludũtur. † Archidiaconus
ſimiliter nõ habet, licet dicatur oculus
epiſcopi. c. diaconi. cum glo. 93. di. Pa-
ui. de viſit. pri. part.q.8. nu.16. dum-
modo ex cõſuetudine non retineat. c.1.
per doct. de offic. archid. quamuis de
iure, epiſcopi Vicarius dicatur. alleg.c.
1. per Abb. & eod. cap. diaconi. nec
maiorem poteſtatem tribuimus ei, quã
vicario generali epiſcopi, vt ſupra dixi-
mus, qui maior eſt ipſo, etiam in præ-
cedendo, etiam remota conſuetudine.
Fel. in rubr. de maio. & obed. num.9.
licet de iure poſſit multa præſcribere.
Abb. in cap. Archidiaconi. de pœn. & ſic
eſt deciſum ceſſante ipſa conſuetudine
ex generali decreto eiuſdem Conc. præ-
fato cap. 3. §. Archidiaconi autem & in
20 omnibus fere videmus. † Sed dubium
ſtat de capitulo, ſi vacante ſede pontifi
cali poſſit viſitare, & videtur in arg. ꝙ
ſic, quia ſuccedit in iuriſdictione epi-
ſcopi. c. ſi epiſcopus. & cap. fi. de ſuppl.
negl. præl. latius domi. Paui. de offi. &
pot. cap. ſed. vocant. 1. par. q. 1. ſed viſita
re eſt iuriſdictionis, ergo poteſt, cũ ſuc-
cedat in his, quę generaliter competũt,
& videtur inclinare idem do. Paui. eod.
trac. q. 7. Sed contrariũ dicimus, ꝙ non
poſſit, optima glo. in clem. 1. de hæret.
Card. in clem. 2. decens. Alphõ. Aluar.
in ſuo Specul. cap. 11. & hoc item patet
deciſum ex citato canone Conci. Trid.
cap 3. §. viſitatores. in illis verbis, vbi
dicitur, capitulum ius viſitandi non ha
bet. &c. Indulgentias autem dare capi
tulum, diſcordant Docto. nam Bolog.
in tract. de Indul. nu. 40. affirmat, per
ſupradicta, ꝙ ſuccedat in iuriſdictione.
dicit eſſe glo. in c. his quæ. de maior. &
obed, & ſic reſidet. ſed Paui. in eod.
trac. de off. & pot. 1. part. q. 4. dubius ni
hil de ſuo affert, quærens concordare
opiniones, & ꝙ non poſſit. moderni
in ipſo trac. num. 374. quòd in hoc
non ſuccedat, adducẽdo alios, quia nõ
eſt authoritas tranſibilis, ſicuti nec in
Vicario generali epiſcopi in ſpirituali-
bus, niſi expræſſius concedetur. arg. c.
cũ in generali. de offi. Vic. lib. 6. & hoc
eſt verum, & ita obſeruatur communi
21 ter. † Sed illud eſt aduertendũ in præ-
dictis, & alijs hanc iuriſdictionem, quã
habent, tam in viſitationis materia, q̃
in alia, in eos, & cęteros prælatos a Pa-
pa Chriſti vero Vicario, & ſucceſſore
Beati Petri deriuari. 22. di. cap. ſacro-
ſancta. 24. q. 1. cap. loquitur, optime D.
Thom. contra gent. lib. 4. cap. 76. quia
in ipſo conſiſtit ſumma poteſtatis ple-
nitudo. do. Card. detur. Crem. in ſum.
eccl. lib. 2. cap. 69. cum ſeq. & cap. 53. in
aliosq. ſcaturit ab ipſo fonte. c. 54. Vn-
de dicitur Dominus dominantiũ. Caſ-
ſan. in ſua glo. 4. part. conſid. 7. & ſupra
hoc cap. nu. 2. & in proœ. plenius eſt di
22 ctum. † Idq́. poſtremo eſt dicendum,
ꝙ a quocunque fiat hæc viſitatio, ſem-
per debet exerceri in locis viſitandorũ,
ad quos perſonaliter viſitator debet ac-
cedere. do. Paui. de viſit. 1. part. qõ. 6. &

propriis oculis conſpicere eccleſiam : ead. part.q.7. nu. 5. & in extrauag. vas electionis. in glo. in uerb. per alios. exẽ plo Dei. Gen. cap. 18. deſcendam, & uidebo, vtrum clamorem, qui ad me peruenit, opere compleuerint. glo. adducit cap. Deus omnipotens. 2. q. 1. & in ead. extrauag. vbi idem doctor loquitur, quando viſitatio exercetur per alios, tractans de variis officialibus epiſcoporum, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, de per ſe, quàm de generalibus, & foraneis, & ꝙ cedant principali, in omnibus attendendo eorum mandata, de quibus infra ſuo loco latius dicemus.

DE QVALITATIBVS VISITANTIVM.

CAP. TERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus viſitator, ſeu alius, quas qualitates habere debet.*
2 *Auaritia eſt idolorum ſeruitus. nu. 2.*
3 *Ieſus dominus noſter, cœpit primum facere, quàm docere.*
4 *Phariſæorum mos, qui.*
5 *Epiſcopus debet eſſe benignus, & omnibus charus. nu. 6.*
7 *Familiares epiſcopi, quales eſſe debent.*
8 *Epiſcopus debet eſſe ſollicitus.*
Animarum cura laudabiliter eſt exercenda. nu. eo.
9 *Sollicitudo epiſcopi circa quæ verſetur.*
Diabolus ſemper quærit animas perdere. nu. eo.
10 *Viſitationes eccleſiarum ſunt frequentanda.*
11 *Ambitio dicitur mater furoris.*
12 *Prælatus debet eſſe vtilis cum grauitate.*
13 *Familiaritas nimia parit contemptum dignitatis.*
Exempla mala nocent. nu. eo.
14 *Conſtantis animi eſt, vultu non detegere animi motus.*
15 *Mercennarij ſunt arcendi a cura animarum.*
16 *Prælatus quando per ſui perſequutionem poſſit deſerere eccleſiam.*
17 *Virtus in medio conſiſtit.*
18 *Pietas humana requiritur in viſitatione.*
19 *Beneuolentia quantum proſit.*
20 *Philoſophia, & lex imponũtur rebus, & non verbis; vbi multa de facto.*

QVONIAM de paſtore viſitante in proœmio aliqua diximus, adhuc reſtat particulariter inquirere, quos modos, quaſue qualitates habere debeat Prælatus, de quo inquit ſancta ſynodus Trident. ſi recte uideatur. in ſeſ. 2. de mod. uiu. §. & quoniam. ex Apoſt. prim. ad Tim.
1 3. † oportet igitur primo epiſcopos eſſe inrepræhenſibiles, ſobrios, caſtos, domi ſuæ bene præpoſitos, ſeruando ſobrietatem,

brietatem,moderationem ciborum,in-
ſtruendo domeſticos,ne ſint rixoſi, im-
pudici, vinoſi, cupidi, elati, in omni-
bus actibus honeſtatem præferendo,ſi-
cuti decet miniſtros miniſteriorũ Dei.
& alio loco.ſeſs.25. de reform.gen.c.1.
Sciant epiſcopi,ſe non ad propria com-
moda, non ad diuitias,aut luxũ, ſed ad
labores, & ſolicitudines pro Dei gloria
vocatos eſſe,cum nihil magis ſit, quòd
ad pietatẽ, & Dei cultum alios aſſidue
inſtruat, q̃ eorum vita, & exemplum,
qui ſe diuino miniſterio dedicarunt.
ſeſs. 22. de reform.c.1. non venationi-
bus,aucupijs intenti. ſeſs.24. eod.tit.c.
12.86. di. c. Eſau. cum ſeq.34.di.cap.
epiſcopum,non diuitijs,quæ quandoq.
ſunt cauſa Dei relinquendi, contra quẽ
ſolent diuites recalcitrare: dicit ſum.
Pon. inextrauag.Saluator noſter. §.attẽ
dentes.de pręb.& dignitat. Ioan.xxij.li.
2 3.aut Auaritię.† Quę idolorũ eſt ſerui-
tus.ſeſs.ead.22.de eui.& obſer.in celeb.
miſs.§.cum igitur,& quæ ab ordine ec-
cleſiaſtico procul eſſe debet. ſeſs.21.de
reform.c.1. quæ alio loco dicitur cæci-
tas auaritiæ occupat animos. cap.5. de
elect.lib.6.ſed vniuerſo gregi attenden-
tes in omnibus laborent, vt miniſteriũ
ſuum impleant. ſeſs. 6.de reform.ca.1.
oues paſcere prædicatione verbi Dei,ad
miniſtratione ſacramentorũ,& bonorũ
operum exemplo.ſeſs.23. de reform.c.
1.bonumq. commune proprio pręfe-
rentes,ne ſuper gregem diſſipatores vi-
deantur, vnde faciant bonum, & illud
bene. 16.q.1.c.monachi. lo 2.gl.in cap.
3 ea quę de reg.iur.lib.6.† Ieſus enim do
minus noſter cæpit primum facere, &
poſtea docere.in actib. apoſt. cap.1. ad
Hebr.cap.9.ſi ipſi filij eius ſumus, quæ
ipſe facit, immitari debemus cap.domi-
nus. in final.verb.56.diſt. ex Io. cap.fi.
vt cęteri humilitatis exempla petere
poſſint,nihil permittendo, quod a ſan-
cto inſtituto ſit alienum.ſeſs.25. eiuſd.
Conc. de reform. gen. c.1. reſpiciendo
etiam ad exempla,vt a nobis ſequantur.
ex illo Ezech.c.47.Floren.in ſum.pri.
parte.tit.3.cap.7.§.7. vt benefacere, &
dicere,inanis non reddatur labor,abſti-
nendo in factis, & dictis non ſolum ab
omni malo,ſed ab omni, quod ſpetiem
habet mali,id enim ſpecialiter vitare de
bent viri perfecti, vt dicit tex. in clem.
exiui a Paradiſo. §. cum annuis de uer.
ſignif.in c.cum ab omni. de uit.& hon.
cler. Sed ipſorum proprium eſt facere,
4 exẽpliſq. monſtrare.† Non more Pha-
riſeorum,qui alligant onera grauia, im
ponentes ea humeris hominum,ſed di-
gito ſuo nolunt ea mouere.Matth. cap.
23. S. Bern. in fæſt. omn. ſanct. ſerm.
1.& in epiſt. memento voci tuæ dare
vocem virtutis, vt opera verbis concin-
nẽt, & verba operibus; & vt cures pri-
mum facere,quam docere. Namq. pul
cherrimus eſt ordo,& ſaluberrimus, vt
onus,quod portandũ imponis,tu prior
portes, & ex te diſcas, qualiter opor-
teat alijs moderari,vt ſic oues commiſ-
ſas arguere poſſis. cap. 2.25.diſt. vnde
de ipſis phariſeis dicit dominus. eod.c.
23.Matth.quæ dicunt facite, quæ autẽ
faciunt nolite facere.tranſumptiue. 1.q.
pri.c.omnia.Inde Iſidor: lib.3. de ſum.
bon.cap. 7.pulchre dixit,qui bene do-
cet,& male viuit,quod docet bene viuẽ
tibus proficit,quod vero male viuit,ſeip
ſum occidit, ideo patere legem, quam
ipſe tuleris de conſtit.cap. cum omnes.
5 & cap.pro illorum.de præb. † Item de-
bet eſſe Prælatus benignus,& ad benefa
ciendum paratus, dulcis eloquio, qui
cunctos

cunctos ſciet ſua mattare dulcedine, & ſi plerumq. non concedenda petantur, non ideo dure, aut aſpere reſpondendũ eſt, ſed leuiter, neq. tamen, faciendum, quod iniuſte petitur. Verbum enim dulce multiplicat amicos, & mitigat ini micos eccl. cap. 6. dom. Archiepi. Brachar. de morib. prælat. c. 2. vbi late de hac materia. & de paſtoris benignitate. & iux. decretum Conc. Trid. ſeſs. 13. de refor. cap. 1. & infra etiam cap. ſeq. & ex virtute, & probitate. Phil. 9. ethic. quare dixit Greg. li. 23. moral. §. 36. doctrina tãto vehementius elationis fugit vitium per cognitionem, quanto ardentius ſuorum verborum Iaculis magiſtrum ſequitur elationis. cap. hoc habet proprium. 45. diſt. & Princeps Apoſtolorũ ſcribens ad clementem de vniuerſis epiſcopis inquit, eccleſiarum omnium curam habentes, miſericordes, & beneuoli eſtote, in omni verbo, & opere
6 pro viribus agite. † omniſq. Pontifex ſacro criſmate perunctus, charus, & prętioſus omnibus eſſe debet, hæc eſt volũtas Dei, vt benefacientes ob muteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Pri. Petr. Sec. & Bern. In omnibus exemplo Apoſtoli honorificabitis miniſterium veſtrum, non cultu veſtiũ non fauſtu æquorum, non amplis edificijs, ſed moribus ornatis ſpiritualibus, ac bonis operibus, quibus in Deo factis expectatur, & ſperatur æterna retributio a Deo per eius miſericordiam, & Ieſu Chriſti mæritum ex diffinitione ſacri. Conc. Triden. ſeſs. 6. de Iuſtific. can. 26. ſimiliter idẽ Bern. in omnibus ſuis actibus, vel dictis, vel cogitatis, nihil ſuũ quærat epiſcopus, ſed tantum aut Dei honorem, aut proximorum, aut vtrumque, & ſcribens ad Eugenium Papam addidit. Domum epiſcopi decet ſanctitudo, decet modeſtia, honeſtas, ſacerdotes domeſtici, aut cæteris honeſtiores, aut omnibus fabula, numquam enim in honeſte viuere, eſt iocunde viuere. Ci
7 cero lib. 2. de finib. bon. & mal. † Quorum familiarum vita deſcribitur a ſanctis patribus in Conc. Tri. alle. ſeſ. 2. de mo. viu. §. familiares vero. ne ſint rixoſi, uinoſi, impudici, cupidi, elati, blaſphemi, voluptatum amatores, vitia fugiant, virtutes amplectentur, in omnibus honeſtatem præferendo. domum ſuam bene gubernando. Vnde de his cum viſitatio fit de mandato ſedis Apoſtolicæ ab aliquo deputato, vel a Metropolitano in caſu ſupradicto. cap. præced. nu. 11. fit generalis inquiſitio de domo, & familia epiſcopi, & optima ratione, ne in viſitatione, vice ſalutis animarum, de quibus tractatur, ſcandalum præbeatur ad hæc idem do. Archiepis. Brach. 1. part. ſui trac. fol. 22. niſi. enim pręlatus viſitans his virtutibus fulgeat, quomodo viſitabit eccleſias Dei; aut qua deuotione prædicabit verbum ſalutis; malos corriget; bonos hortetur; tribulatos cõfortabit, cũ omnibus debeat prodeſſe, non præeſſe, ne aliud videatur docere, & aliud facere. Namq. bene docere, & male uiuere, nihil aliud eſt, quã ſe ipsũ damnare, cum ad inrepræhenſibilem normam euangelicæ vitæ ſit vocatus. vt eod. trac. de morib. prælat. in princ. 1.
8 part. diſcurritur. † Item debet eſſe epiſcopus viſitans ſolicitus circa vtilitatẽ cultus diuini, eccleſiarũ, atq. animarũ, & circa prudentiam inde dicitur ead. c. 23. figulus ſedens ad opus ſuum in ſollicitudine poſitus eſt propter opus ſuũ. & hæc ſollicitudo ſecundum Dom. Pet. eſt in mæritum obedientiæ. & ſalutem anima-

nimarum.ex quo a ſacris Conciliis in-
uĉti ſunt actus viſitationis. 1 1.q.3.c.
piſcopum.c.placuit.& 10.q.3. cap. ca-
endum. non de illa ſollicitudine, quæ
ſt animi, & corporis conquaſſatio de
ua loquitur Tull.lib. 2. de fin. bon. &
mal. ea igitur cura animarum ſem-
er eſt exercenda laudabiliter iux. ver-
a Conc. Trid.ſeſs.7.de reform.cap.7.
cum negligitur amarius eſt dolendũ,
extrauag. execrabilis. de præb. & di-
ni.& ibi ſubdit glo. peccatum mortale
nduci contra negligentem.& Ioſue.ca.
3. eſtote ſolliciti,vt cunĉta cuſtodiatis,
uæ in libro Moyſis ſcripta ſunt.& Gre
o. ĩ regiſt.cura eſt ſollicitudinis adim-
lenda, vt ea, quę pro quiete religioſæ
onuerſationis ſunt ordinata, nec diſſi
nulatio negligere, nec valeat quędam
ræſumptio perturbare. † Sed hæc ſol-
citudo epiſcopi vertitur circa tria, vt
cribit do. Flor.in ſum.2.part.tit.1.cap.
5.§.3.erga Deum,qui vult totum ho-
inem eſſe ſollicitum ambulare corã
pſo,ne a ſollicitudinibus huius mundi
uffocetur. Luc.cap.8.cum ſpinæ ſuffo-
auerint ſemen bonum : erga ſe ipſum
auendo ab inſidiis Diaboli, ne ſenſus
ui ą bonis operibus retrahantur. pro-
terea orat eccleſia. *Reſpice in ſeruos
ıos domine, & in opera tua,& dirige
lios eorum.* Diabolus enim per om-
e viam captat,quomodo poſſit homi-
es deuorare,animas perdendo: ſeſſio.
4.Conc.Trid.de extrem.vnc.in princ.
amquam leo rugiens. ex Petr. 1. epiſt.
ap.5.vnde dicebat ſępe. dom. Carolus
Montilius Archiepiſ. Amalphitanus,
unc autem epiſcopus Viterbienſis Do
or Caſalenſis (nobis maximo amici-
æ nexu aſtriĉtus, cui nos non tantum
ebere, quantum debere velle profi-

temur ex ſua ſingulari prudentia, ma-
gnaque in nos affeĉtione, cum fere per
quinque annos in eadem ſimul prouin
tia verſati fuerimus, ipſe in Amalphi-
tana,nos in Rauellenſi cõtigua eccleſia,
qui maxima cauſa fuit; vt nos ad hæc
ſcribẽda verteremur.) loquens de homi
ne perfeĉto ex D.Hieronymo.ꝙ omnes
ſumus in minimis cauti, in magnis ve-
ro negligentes,vt bene Poeta in ſua An-
dria dicat in illo verſu.

Tantam rem, tam negligenter agere?
Item circa proximum in ſpiritualibus,
& temporalibus,ad Rom. 12. qui præ-
eſt in ſollicitudine, vt pater erga filios:
Sollicitus eſſe circa eccleſias,vt occurrat
caſibus, & ſcandalis,quæ nequeunt eo
abſente cõmode traĉtari, quod quantis
rebus prẹmatur vide ad plenum Dom.
Archiepiſ. Brachar. de morib. Prælat.
2.par.cap. 1. quæ omnia in viſitationi-
10 bus inſtruũtur.& reĉte implẽtur.† Ideo
frequentandæ ſunt viſitationes, vt dili-
genter quis cognoſcat vultum pecoris
ſui, ſuos que greges conſideret. frat.
Lud.Grana.de offic. paſtor. 2.par. cap.
8. (quod opuſculum ad iunĉtum eſt
traĉtatui dom. Archie.Brachar.de mo-
rib.prælat. ipſumq. librũ ex vrbe trans-
miſit nobis ex ſuo liberali animo. Illu-
ſtriſſimus do. meus. do. Iulius Ante-
nius ſanĉt. S.R.E. magnus Cardinalis
ſanĉt.Seuer.dictus. tit. ſancti Barth. in
inſula, qui ad ſui exemplum hortatur
verbis,& litteris omnes prẹlatos eſſe ze
lãtes cultus diuini, & paſtoralis officij,
ſicuti paulo poſt dignatus, fuit item
tranſmittere alium traĉtatum eruditi vi-
ri Laurentij Gamb.de abſt.ab ſubſcrip.
turp.poem. cum aliquibus adnotationi
bus manu ſcriptis pro magiſtris, & di-
ſcipulis in ſeminariis exiſtentibus) Nõ
cauſa

cauſa ambitionis ad prę grauandum ſu perfluis exaptionibus, cum viſitans nō debeat eſſe onerofus.ff. de offic.proc. l. obſeruare.10.quæſt.3.cap.inter cętera. ſeſs.24.eiuſd.Conc.de reform.gen.cap. 3.§.interim. ſed tantum pro ſalute animarum, quas deus creauit, vt ſaluētur, non eſt voluntas patris veſtri, vt pereat vnus de puſillis iſtis.Matth. 18.c.maiores.§.1.verſ.abſit enim.de baptiſm.glo. in cap. decet domum. de immun. eccl. lib.6. vbi enim eſt ambitio, ibi non eſt vera intentio, quia ambitio omnes torquet glo.ex Bern.in extrauag. execrabi-
11 lis Ioan.22.de præb.†Namq. ambitio eſt mater furoris, quæ ſi non eſſet? fęlix ipſa religio? nempe cum ad impudentiam (teſte B. Bern.in epiſt. 125.) prorumpit,efficaciā perdit, & cum improbus affectus ſe aperit,perit effectus.Ambitio mater hypochriſis,ſpurcum vitiū, in imo iacet, & dicitur appetitus inordinatus honoris.Floren. in ſum.2.part. tit.3.c.5.Mart.Doctor Nauar. in Man. cap.23.nu.15.ve epiſcopo, qui lucrum pecuniæ ſectatur, non Dei honorem, iam oues carnem, & lanam perdiderūt fere. hinc Chriſtus in Euang. Matth.c. 7.Attendite a falſis prophetis(ideſt malis paſtoribus) qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrenſecus autem ſunt lupi rapaces?a fructibus eorum cognoſcetis eos? nunquid colligent de ſpinis vuas; quaſi dicat non? & ſic non paſcunt exemplo bonorum operum. iux. decretum præfati Conc.Trid. ſeſs. 23.de reform.cap.1.cum nec bonæ vitę exemplo, nec ſibi, ouibuſq. conſulant: ſed per imperitiam,& negligentiam paſcunt? ſi præpoſitus male gerat officiū? ſubditi quid facient? an non dicat quiſque?ego qui ſum, an non faciam, quod ille facit? Vnde curet epiſcopus ad vnū eſſe ſemper intentus, vt populum ſibi commiſsum, ſic paſcat,vt iuſtam poſſit Deo reddere rationem.dom.Card. Auguſt. late in epiſtol. de condit. bon. & mal.prael.ad Petr. de ſot.de Inſt.ſacerd.
12 † Item Prælatus viſitans debet eſſe vtilis cum grauitate, ponderate, & vtiliter loquendo. Gregor.in paſtor. recitatus a Grat. in cap.ſit rector.43. di. cum Rector ſe ad loquēdum pręparat,ſub quātæ cautelæ ſtudio loquatur attendat, ne ſi inordinate ad loquendum rapiatur, errorum vulnere audientium corda feriantur, & cum fortaſſe ſapientem ſe videri deſiderat,virtutis compagem inſipienter abſcindat: qui enim ſapienter loqui nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur, diſcat quando debeat loqui, & quando tacere, nam; & tacere cum expedit, loqui vitioſum eſt, & male loqui peius, ad hibeat circumſtantias debitas, deſcriptas a do. Flor.1. par. ſuæ ſum.titu.2.c.4.§.4 vt dixi in alijs meis ſermonibus. ex eccl.cap.3. tempus loquendi, & tempus tacendi: modum ſeruando ſecundum exigentiam materiæ, & perſonarum, ſit prælatus grauis, non auſterus, non diſſolutus,neq; terribilis, ſed mediocritatem intendēs, dura verba non proferens,niſi diſciplinæ neceſſitas vrgeat. ut ex multis ſanctorum Patrum authoritatibus diſcurrit idem dom. Archiepiſ. Brachar. de mor. prælat. cap.2. ad quæ faciūt multum notabilia verba Imperatoris poſita in.§.deinde competens eſt in fine. in aūc. de mand. princ. dum inquit. Talē te præbebis temetipſum omnibus, & publice, & priuatim, vt terribilis quidem ſis delinquentibus, & indeuotis

circa

circa fiſcalia, manſuetiſſimus autem,& mitis,placidis,& deuotis, paternam eis exhibens prouidentiam. † Caueatque quàm plurimum, ne iraſcatur inter familiares,& inter ipſos viſitandos,ne cõtemnatur ex nimia etiam familiaritate, ex cuius æquali conuerſatione contemptus ſæpe naſcitur ipſius dignitatis. l. obſeruandum.ff.de offic. præſid. qui familiares ſępius prælatum ad multa inconuenientia ducunt, cum a recta uia recedunt, nihil profecto deterius eſt malo exẽplo. Gabriel prat.li.4.calam.noſt. temp.fol.171.& malũ exemplũ ad malos mores prouocat alios.iux.verba Cõcil. Trid. ſeſs. 24. de reform. gen. cap. 8. & ſæpe malorum conſortium corrũpit alios,etiam de ſe bonos.28.q.1. c.ſępe malorum. glo.in extrauag. Io.22.ſacroſancta.de relig. do. in verb. inceſſanter.infra.lib.2.cap.21.poſt nu.21. vnde bene inquit Augu. in lib. de hon.mult. quod ab oſtendentibus exemplum perditionis requirendæ ſunt animæ pereũtium in die iudicij, ideo tales nõ debét dici,niſi familiares inimici, qui. quantum noceant vide dom. Floren.in ſum. 2.part.tit.1. c.22.§.1.ex quo deductũ eſt cum viſitatio fit in epiſcopos nomine ſedis Apoſtolicæ, inquiratur de epiſcopo,eius vita, & domo, examinetur de familiarium vita,moribus, honeſtate,conuerſatione. ſuper eod. cap. nu.7. †Neque in ipſis viſitationibus,ſeu actus reformationis perturbationes animi demonſtret ſignis, vt præſentes habeant quid mirari (dicit Dom. Petr.) ad hoc,vt quod generale eſt, alicui cum ſcandalo particulariter, ne tribuatur a circumſtantibus: Conſtantis enim viri eſt,cuius animi motus,vultus non detegit, nam quid viro graui deformius? vt-que pertinent ad religionem proconſulum, quaſi ad auram genæ palleant? cu tis in rugas contrahatur? ſcintillent oculi? ac ſi muſto eſſet perſona plena? turbetur vultus, aut ſi ſanguinem iræ furor faciei accendat? & quaſi excutet in ſuperficiem? expumantia torqueantur labia, bracchia iactentur? ſaliant pedes? corpus trepidet? & toto geſtu non tam iratum exprimat,quam inſanum? certe talibus compatiendum eſt. Vnde vt fatui ſunt iudicandi, quia & ſi non loquẽdo, ſignis tamẽ ſuam oſtendunt fatuitatem: Bar.in trac.de teſt. Alphon. Aluar. in ſuo ſpecul. c.68.verſ. 6. per doct. de poſtul.l.ſaluo,& ſicut fatuus ille,qui ſecreta ſuá extraneis patefacit,ex quo plura poſſunt mala euenire. Petr. Berthor. ſuper moral. Bibl.lib.12.cap.19.ſit igitur diſcretus, & vtilis, ne aut tacenda proferat,aut proferenda reticeſcat, cum ſæpe rectores improuidi formidantes humanam auertere gratiam,loqui pertimeſcunt, & iux. euangelicam vocẽ, nequaquam gregis cuſtodiam paſtorum ſtudio, ſed mercennariorum more detinent, & timor plerumq; ſegniorem reddit epiſcopum ad inquirendum, & puniendum ſubditorum delicta. ſeſs. 13.eiuſd. Conc. de reformatio. cap. 6.
15 † Namq. mercennarij lupo veniente grege derelicto aufugiunt,dum ſe ſilentio abſcondunt, merito hos tales mercẽnarios a cura animarum eſſe arcendos mandat. idem Concil. Tridẽ. ead. ſeſs.6.de reformat. c. 1.& ſeſs. 23. eod. tit. cap. ſimiliter 1.ex eo qđ mercennarius eſt,ideo fugit: & Ioan. cap.10.quærens quæ ſua ſunt,non quę Ieſu Chriſti ad Phil. cap.2. & cum male quis adminiſtrat,priuatur denario diurno, quem habent bene operantes in vinea Domini.

ni. cap. ſuper ſpecula in fine. de mag. gl. in extrauag. Ioan. 22. cum ad ſacroſan- ctę. i. uerb. ſatisfiat. §. qua de re. de uerb. ſignif. vt boni, & opportuni operarij, & idonei cultores deſtinati in vinea domini. in alia extrauag. eiuſdem. Saluator noſter de præb. & dignit. ideo nulla erit excuſatio ignorantiæ paſtoris, ſi lupus oues comedit, cum, & propriç, & ouiũ ſalutis ſit immemor, eod. c. 1. & bene in
16 cap. aduerſitas. 7. quæſt. 1. † Vbi glo. ſoluit quæſtionem ſi prælatus propter ſui perſecutionem poſſit deſerere eccleſiã ſuam & qñ perſequutio eſt intrinſeca, vel extrinſeca de quo no. Inno. de renũ. cap. niſi cum pridem: quando quis cõpellitur cedere eccleſiæ, populo eũ perſequẽte. nec poteſt populus aliter acquieſcere. ubi vide de notab. diſtinctione. & gl. in Clem. 1. in verbo perſequentiũ. de foro competen. cum autem perſequentur vos in vna ciuitate fugite in aliam dicit dom. Matth. cap. 10. ſic etiã, quando communis ſatisfactio totius populi eſt contra ipſum, vt ex inde dubitetur de eorum ſalute, item de malitia plebis, vt prælatus nullo modo proficiat. eod. cap. niſi cum pridem. §. item propter malitiam. infra. lib. 2. c. 28. nu. 6. ad propoſitum modo iſtis mercenarijs de iure tribuitur alia ſignificatio, aliter Leui. cap. 19. Thob. 4. Luc. cap. 10. aliter de iure ciuili. ff. de pæn. leg. l. reſpiciendum. §. furta domeſtica. propterea dixit Gregor. ad materiam noſtram, tales, qui prçſunt ſe exhibeant, quibus ſubiecti occulta quoq; ſua prodere non erubeſcant, & cum tentationũ fluctus p uim tolerãt, ad paſtoris culmen, quaſi ad matris ſinum currant. & Ber. ne preceps eris in ſententia, nec vehemens in vindicta, non in corrigendo remiſſior, non in parcendo ſeuerior, non puſillanimis in expectando, nõn ſuperfluus in victu, neq; notandus in veſtitu, non facilis ad promittendum, nec tardus ad reddendum, ſed inter vtrumq. verſan-
17 do. † omnis namq. virtus licet non vno & eodem modo, in medio conſiſtit. vt declarat Florent. in ſum. 4. part. tit. 1. c. 2. §. 1. & tit. 2. §. 1. vbi de prudentia agit virtus humana, quæ ad perfectionem vitæ ciuilis requiritur, præcipue ad duo ordinatur. ad moderationem paſſionũ interiorum, & ad debitam operationẽ exteriorum: Namq. medium tenuere beati, & maior medijs gratia ineſt. glo. in cap. quærenti: de offic. deleg. & in ca. ſcientes. de cenſib. ſapient. c. 18. Luc. c. 24. dum ſilentium medium. in medio animalium. Abac. 4. in medio doctorũ. Luc cap. 2. & ſic Chriſtus dominus noſter in omnibus medium tenere uoluit Phil. 2. ethic. & inter vtrumq. medium tutiſſimus, ibis, medium elige, & ad ex
18 trema non cades. † Item debet eſſe pius cum bono ordine ſequendo miſericordiam. viſitando ad conſolatienem, & medelam, non ad uindictam, & excoriationem, quia ſi Deus eſt benignus, non debet ſacerdos eius eſſe auſterus, namque melius eſt per miſericordiam rationem reddere, quàm per crudelitatem. facit cap. alligant. 26. q. 7. Inde ſapienter Seneca. Verecundiam peccandi facit pietas regentis (ſed non in his temporibus) & præſtat habere famam miſericordis, benigni, humani, quàm eloquentiſſimi oratoris. dicit Chryſoſt. ſuper Matth. cap. 3. & recenſet Frat. Ludou. Gran. alleg. tract. Conc. par. 2. cap. 10. cum in epiſcopo fulgere debeat Iuſtitia, multo magis miſericordia. ex quo dicit gl. 86. diſt. c. 3. iuſtus in miſe

ricordia

ricordia corripiat, & arguat,quia non verbis aſperis ſunt homines prouocandi.45.diſt. cap. qui ſincera. & alias nimia ſæuitia præceptoris culpæ aſſignatur.ff.ad l.Aquil.l.præceptor.& ſanguinem elicit, qui nimis emungit. de reiunt.cap.niſi cum pridem.& glo.in extrauag. Ioan.22. ſi fratrum. §. quia igitur. in verb.ſalubrirer. ne ſed.vac.affert verſus.

Immoderata facit correctio deteriorem,
Sed moderata ſatis correctio gignit
amorem.

Ideo ſæpe erga corrigendos † plus agit beneuolentia,quàm auſteritas, plus exhortatio, quàm comminatio plus charitas, quàm poteſtas.ſeſs.13. Conc.Triden.de reform. cap.1. do.Flor. in ſum. .part. tit.20. cap.5. §.3. & dixit notan er Phil. Corn.conſil.196. circa primũ. .volu. quòd qui non impendit miſericordiam, dicitur negare Chriſtum.proprium etiam miſericordis dare lachrymas alienis calamitatibus, ſic ipſe Chriſtus videns miſerias humanę naturæ propter peccatũ, lachrymatus eſt. Ioan. cap, 11. Inde Stoici dixerunt miſericordiam eſſe ægritudinem ex miſeria alterius: vide etiam glo. in cap. ponderet. 50.diſt.& Auguſt. in inceſſu, ſtatu, habitu, in omnibus motis veſtris nihil fiat, quod cuiuſq. offendat aſpectum, ſed quod veſtrã decet ſanctitatem. 45. diſt. cap. licet. & in iſtis includunt omnia requiſita de prudentia, ſanctitate, fortitudine,diligentia, ſcientia, parcitate, modeſtia epiſcopi viſitantis,& ſuum gregem regentis. iux. cumulata per eũdem F.Lud.Gran. vbi ſupra, & de quibus nos ſuo loco infra diuiſim tractabimus, & ſi attentis prædictis, quis ordinate viſitauerit, facilis erit labor,& magnus fructus, prout in 6.par. 12.lib. totius operis Deo auxiliante plenius dicemus,quia niſi ordinate ꝓcedatur optatus non ſequitur fructus. cap. qualiter,
20 & quando. lo 1.de accuſat. † exinde bene dixit Seneca, quòd non eſt philoſophia populare artificium, nec obſtentationi paratum, non in verbis, ſed in rebus eſt, ſic legem factis impoſitam dicimus. l.1.in fin.verb. C.com.de leg.nã quæſtio eſt magis facti, quàm iuris.l.filius.ff.de donat. & ex facto ius oritur.l. ſi ex plagis. §. in diuo capitolino. ff. ad leg. Aquil. & magis oſtenſione facti, q̃ expreſſione alicuius ſtatuti. cap. apoſt. Sed. de donat. & Bal. in l.ſi donatione. C.de collat. ꝙ ſuper facto ius impoſitũ eſt. nec poſſunt opportuna remedia adhiberi, antequam facti ratio habeatur. l quidam.ff.de iur.codic. gl.4. in extrauagan. Eccleſię Romanæ. de maior. & obed. dom. Arnald. Albert. de agnoſc. aſſert.catho.& hæret.q.2.nu. 59.vbi vide. idque etiam conſtat de motu alicuius, vt magis facto, quàm verbo eius perſpiciamus voluntatem, Bar.in l.ſancimus. in fin.C.de teſtam.de quibus dictis non modo. vide aliqua notata per doctiſs. Alciat.lib.1.paradox. cap.ſi igitur viſitatio in ipſo actu nõ adhibetur, & in delicijs conſumatur dies, ſtudendo ocio, non poteſt conſuli, nec vacari in hora, etiam occurrentibus, grauitas ergo ordinet rationabiliter animum, formet vitam, diſponat actiones, regat tegenda, & committenda demonſtret, vt ſic animarũ ſaluti prouideatur,quod qualiter fiat,& effici poſſit,vt paſtoralis officij munus in cunctis exequatur, latiſſime in ſequentibus demonſtrabimus.

DE

DE PRACTICA VISITANDI in Generali.

CAP. QVARTVM.

SVMMARIVM.

1 Experientia facit artem, & multum prodeſt.
2 Chriſtus in viſitatione templi Iudaeorum quid primo fecerit.
3 Animalia duci per Chriſtum in Euangelio, quid denotent.
4 Epiſcopi ante viſitationem debent praenuntiare diem aduentus ſui.
5 Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorũ. vbi vide de eorum poteſtate.
6 Bonifacius Octauus nequiuit inuenire mutationem epiſcopos facere Cardinales.
7 Rectores eccleſiarum debent denuntiare populo, quando epiſcopus venit.
8 Epiſcopus viſitando clerum cum populo qualiter ſe geret, & in reliquis. num. 18.
9 Pontificatis liber eſt authenticus, & eius ritus ſunt obſeruandi.
10 Epiſcopus viſitans debet proceſſionaliter à clero recipi, ubi quę tũc dicẽda.
11 Epiſcoporum munus quod dicatur.
12 Confirmationis ſacramentum ſolum epiſcopi miniſtrant.
13 Abſolutio eſt danda defunctis tempore viſitationis.
14 Epiſcopus de quibus ſe informare debet viſitando.
15 Rector eccleſiae non debet examinari coram laicis.
16 Dies viſitationis debet eſſe ſollemnis in illa parochia.
17 Populus eſt inſtruendus in fide.
19 Epiſcopus in corrigendo debet incipere à benignitate.
20 Eccleſiae viſitandae non debent grauari ſuperfluis expenſis.
21 Viſitationis materia eſt fauorabilis, ideo conuenit frequentari.
22 Viſitationum epiſcopaliũ ſcopus quis eſſe debeat penes viſitantes.
23 Paſtoralis officij ſumma in quibus conſiſtit.
24 Paſtore bono in eccleſia melius inueniri non poteſt.
25 Praefationes proſunt ad intelligentiam materię, quae proponitur.
26 Antiquitas eſt commendanda, non contemnenda.

CVM ſcientia, & ars homini per experientiam eueniat,
1 & † experientia facit artẽ, ſed in experientia caſum, Phil. 1. metaph. vbi ordinare oportet ſapientem, non ordinari: ſcire enim quod fit, & ignorare ordinẽ faciendi; non eſt perfectae cognitionis, ſcribit Beatus Ambroſius relatus à Bal. in proœ. ff. ordinatio. nempe proportio quaedam dicitur teſte eod. Phil. 8. phiſ. & Satyricus ille poeta poſuit verſum.

Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines.

Inde

inde dicit ſummus Pont. in cap. quàm ſir. de elect. lib. 6. ꝙ experientia eſt effi‑cax rerũ magiſtra, nec quis faciliter ef‑fici poteſt artifex, ſeu magiſter ſine pra‑ctica, & experiẽtia, vt ibid. dicit Gemin. nu. 1. ideo merito ſuccedit videndum de aliquo modo, aliquave practica viſi‑tandi in generali, vt facilius ad particu‑laria, poſt modum veniamus, & quem‑admodum prælati ſequi debeant, vide‑tur deſumi poſſe per aliquã ſimilitudi‑nem exemplo Chriſti: Qui volens viſi‑tare templum Iudæorum miſit duos ex diſcipulis ſuis ad denuntiandum tẽpus ſui aduẽtus, qui mãdato Chriſti ſolue‑runt, & adduxerunt ei aſinam, & pullũ; Matth. cap. 21. quod multo prius prędi cerat per propheiã Zaccha. cap. 9. Exul‑ta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalẽ, ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſalua tor, ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſi‑nam, & ſuper pullum filium aſinæ: in quo humilitas ſaluatoris noſtri, ꝗ maxi me demonſtratur, & vt cognoſcant ſui, per quos tramites oportet ambulare, vt veſtigia eius ſequi poſſint. † Quæ duo animalia iuſſa duci per dominũ ſigni‑ficant populum Iudaicum, & Gentilẽ, vtrumq. venerat Ieſus ſaluare, & inde ad cunctas gentes miſit apoſtolos, Mat‑thæ. cap. 10. Aſina populum Iudæum, pullus vero populũ Gentilem denotat, ad quod adducitur illud Gene. c. 49. cũ Iacob antiquus Patriarcha benedicens Iudam dixit: Ligabit ad vineam pullũ ſuum, & ad vitem aſinam ſuam; nam ſi vtrumq. miſit Ieſus accipere, ſuper pul‑lum tamẽ primo reſedit, quia populus Gentilis primum ſe ſuæ maieſtati ſubie‑cit, demũ ſuper aſinam, cum fiet vnus paſtor, & vnum ouile. Ioan. c. 10. licet ad populum Iudaicum primo miſſus,

qui perierat. Matth. c. 15. non ſum miſ‑ſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael: ſed recuſauit, & morti tradidit il lum. Matth. cap. 20. & condemnabunt
4 eum morte. † ſic, & prælatus volẽs viſi‑tare ſuam diœceſim, debet prænunciare per tempus congruum diem aduentus ſui, cum litteris hortatorijs, ad hóc, vt ipſi viſitandi, ſe præparent cum ſollem‑nitate proceſſionali ad recipiendũ Chri ſti legatum: turba enim plurima cum pueris exiuit obuiam Chriſto, veſtimen ta ſua proſternendo in terram, alijs ce‑dentibus ramos oliuarum, & arborum, cantantibusq. canticum gloriæ. Matth. cap. 21. & optime deſcribit Dom. Petr. ſic, & clerus, & populus debent ſe con‑formare cum reliquijs, & ornamentis, ad accipiendum legatum Chriſti, colũ‑
5 nam eccleſiæ, cum Dei laudibus, † ſunt nempe epiſcopi ſucceſſores Apoſtolorũ illorum, qui à Domino primũ fuerunt vocati, cum ipſo vixerunt, & pro eius nomine cõfitendo corã gentibus mor‑tui ſunt: probatur in ſeſ. 23. Concil. Trid. de ſacr. ordi. cap. 4. ſupra c. 2. poſt nu. 12. maiores omnibus presbyteris. Dom. Card. de Tur. Crem. in ſum. eccl. lib. 1. cap. 79. 93. verſ. tertia concluſio, vt grauiter peccet, qui cõtrarium dixe‑rit. alleg. ſeſ. 23. cap. 7. oculi eccleſiæ D. Card. Hoſius. de fid. & ſymb. c. 24. fol. 75. ſanctiſſimi Chriſti legati, Patres ſpi rituales, quos fratres, & coepiſcopos vo cat ſum. Pontifex in clem. 1. §. ne ſuper, de pænit. Alphon. Aluar. in ſuo ſpecul. c. 13. Caſſan. in ſua gloria 4. par. conſid. 24. dicuntur enim ſereniſſimi, de elect. c. in pleriſq. & quos illuſtres, dicit Bal. in l. qui nexu. C. de decur. lib. 10. & in c. & ſi ſententia. de re iudi. lib. 6. & ſanctiſ‑ſimi appellãtur ab Imperatore, in auth,

C de ſan‑

de ſanctis epiſ. cum in eis ſit excellentior dignitas. per cap. innotuit de elect. gl. in proœ. ſexti. in verb. epiſcopus. vbi Ioan. And. & Chriſtus dominus noſter dictus eſt epiſcopus animarum noſtrarum 1. Petr. c. 2.
6 † Hinc in primitiua eccleſia epiſcopi adeo habebãtur in excellentia, vt ante Bonifacium VIII. non fiebant Cardinales. vnde dicit dom. Pauin. in hoc tract. de viſit. 1 par. q. 2. nu. 18. erubeſcat Bonifacius author ſexti, qui cum multa mutaſſet, nequiuit inuenire hanc mutationem, vt epiſcopos faceret Cardinales, & Pauinum refert Gomez. epiſcopus Sarnenſis in proœ. reg. canc. dum tractat de diminut. epiſco. dignit. quæ non in adminiſtratione conſiſtit. Abb. in cap. inter corporalia. num. 6. de transl. pręl. ſed excuſatur Bonifacius ab obiectione Pauini, nam tunc temporis adhærebat opinioni illorum, qui dicebant, epiſcopalem dignitatem maiorẽ eſſe dignitate Cardinalatus, ſicuti multi tenebant. dicit gl in extrauag. ſi fratrũ. Ioan. 22. §. quia igitur. in verb. alia, ne ſed. vacan. omittendo nunc illã quęſtionem ſi epiſcopatus ſit ordo per ſe. (diſſentientibus theologis) quod ſemper placuit, de qua q. alio loco dicimus, inueniẽtes idem amplecti iux. hanc opinionem D. Mart. Nauar. in Man. cap. 22. nu. 18. ſequendo tamen cõmun. de qua omnes in verbo ord. & per Tho. &
7 ſequaces in 4. diſt. 25 † Rectores igitur præcipue curati cathedralium, collegiatarum, matricum, parochialium eccleſiarum debent in ipſis eccleſijs denunciare populo, vt tam clerus ſi adeſt, q̃ populus ſub pęna excommunicationis vt conueniant omnes in die ſtatuta, & habentes aſinam, hoc eſt ſenſualitatem grauibus peccatis alligatam veniant ad recipiendum iudicium fori pęnitentialis, & abſolutionem in caſibus à iure reſeruatis à patre, & paſtore, adducendo pullos, id eſt pueros, ad ſuſcipiendũ ſanctum confirmationis ſacramentum, & monita patris, & paſtoris: ſaluator .n. noſter, niſi viderit animam doctrina, & moribus, ei nõ inſidet nudæ, & hoc eſt, ꝙ diſcipuli ſeſſuro domino ſuper pullum, veſtes ſuas ſubſtrauerunt, Bern. ſuper cant. ſermon. 27.
8 † Prælatus itaq. ſeu alius deputatus accedens pro viſitatione, cum ad locum viſitandum peruenerint, iuxta crucem, qua reuerẽter adoratam benedicẽdo gẽtes ingreditur locũ proceſſione præcedente, vt in lib. Pont. Ro. Eccl. habet. ipſum .n. ſignum crucis erit in cęlo cũ dñs ad iudicãdum venerit, cum in eo ſanctiſsimæ crucis ligno dñs noſter Ieſus, pro nobis mortẽ ſubire nõ dubitauit, vt crux, quę erat ſuppliciũ latronum, nunc trãſierit ad frõtes, Imperatorũ. gl. in clem. 1. de ſum. trin. & vide infra, hoc lib. cap. 9. nu. 6. adorãdoq. ita, principaliter, & maxima veneratione cunctos exhortando, vnde præſentatur prelato ingredienti, vt ſicut ipſe Chriſtus pro ouibus ſuis animam ſuam poſuit, ita & epiſcopus pro grege ſibi cõmiſſo vigilet, vt boni paſtoris nomen ſortiatur.
9 † Et notandum ꝙ idem liber Pontificalis eſt authenticus, vt dicit hic dom. Paui. 1. par. q. 5. nu. 34. per tex. cum gl. in clem. 1. §. nos eadem. de iur. iur. Conr. Laud. lib. 1. cap. 1. §. 1. nu. 18. verſ. finem, & cuius libri ordinationem, & ritus debet epiſcopus plene, & integre ſeruare, & ſic quilibet alius viſitans, circa cæremonias, preces, & abſolutiones pro defunctis, & circa modum proponendi verbum Dei, nec prætermittere, ſed ſupplere, quę in materia dicemus,

cemus,cum mutanda non ſint,quę an-
tiquam habuerunt obſeruantiam.argu.
10 l.minime.ff.de legib.†Solent etiam om
nes de clero (vt dicit & bene D.Petr. 1.
par.c.3.& obſeruatur.) in obuiam præ-
lato viſitanti canere verſus.Pax æterna,
ab æterno huic loco,pax peremnis, ver
bum patris domi locum augeat, pacem
pius conſolator pręſtet incolis,iuxta for
mam traditam in Euangelio, Matth. c.
10.In quacumque ciuitatem,vel locum
intraueritis , primum dicite , pax huic
domui: demũ tradito hyſopo, cũ aqua
benedicta ante altare maius , Prælatus
genuflexus facit orationem, & cantatur
antiphona, *Sacerdos*,& Pontifex,& vir
tutum opifex,paſtor bone in populo,ſic
placuiſti domino , intercede pro nobis.
Verſ.Ecce vir prudens. *Reſp.* Qui ædi-
ficauit domum ſupra ſirmam petram .
deinde dicitur Oratio, Deus humilium
viſitator , vt patet in eod. lib. Pont. fol.
203.benedicitq́. populo,& ſedens pro-
ponit per ſe,vel alium cauſam ſui aduẽ-
tus. Cum ipſe ex paſtorali officio,& ſa-
cris canonibus teneatur viſitare eccleſiã
& diœceſim ſuam,idq́. firmius ex Cõc.
Trid. vt ſupra eſt dictum : primum ad
abſoluẽdas animas defunctorum, quia
ſancta , & ſalubris eſt cogitatio pro de-
functis exorare,vt à peccatis ſoluantur.
2.Machab.cap.12. Item qualiter eccle-
ſia ſe habet de miniſtris , & neceſſarijs,
ꝙ vitia,& ſcelera corrigãtur, peccata eui
tentur , per quę homo priuatur gratia
11 Dei, & virtutes exerceantur. † Hoc.n.
eſt propriũ munus epiſcoporũ, ſubdito
rum oium vitia redarguere ſeſsio. 14.
Conc.Trid.de refor.c.1. ſicuti diximus
in famil.ſing.in l.e. nu. 24. & alio loco
dicitur. Pręlatus ad corrigendũ ſubdi-
torũ exceſſus, prudenter , ac diligenter
intendat. ſeſs. 6. eiuſd. Conc. de refor.
cap.3. ſeſs.24.eod.tit. cap. 3.prout etiã
in ſermone de Conc. Prouin. latius di-
ximus.vbi commendatur tex.in cap.in-
refragabili. de offic.ordin. nam ſi male
facta corrigere non feſtinauerit, alijs
viam in exceſſus facile aperiet. 35.q.9.
cap.loci, & negligit, cum poſſit pertur-
bare peruerſos, nec caret ſcrupulo ſocie
tatis occultæ.83.diſt.cap.error. cum ſi-
mil.vnde recte dicitur occultantem alie
num delictum ſuum facere, gl.in Rub.
C.de his qui latro.vel ali.crimi.reos oc-
cult.quam gloſſ. allegat. in notabili. q.
Ioan. Nicol.Arelat.de hæret.not.31. &
Bal.in l.1.C.eod.tit.& error cui non re-
ſiſtitur approbari videtur. 83. diſt.cap.
error.Item ad abſoluendum in caſibus,
à iure reſeruatis in foro pænitentiali,of
ferendo benignam aſſiſtentiam, & exer
citium clauium ſanctæ matris Eccleſię,
pænitentiamq́. ſalutarem miſericordi-
ter iniungendo : qui autem ſint iſti ca-
ſus reſeruati infra ſuo loco dicemus, &
ad ligandum,vbi ſic expediens fuerit iu
dicatum,cum , & ad vtrumq́ claues ec-
cleſiæ eſſe datas diffinitum ſit à ſynod.
Trid.ſeſſ.14.de ſanct.ſac.pænit.can.16.
Si quis dixerit claues eccleſiæ datas tan
tum ad ſoluendum,non etiam ad ligan
dum,&c. anathema ſit. Eſt enim clauis
ſpiritualis iſta eccleſiæ, ſicut clauis ma-
terialis, quæ aperit, & claudit hoſtium,
iſta cælum. Matth. cap. 16. & declarat
gloſ. in extrauag Ioan.22. quia quorũ-
dam.§.quod autem. in verſ. clauem. de
12 de verb. ſignif. † & quòd ſacramentũ
confirmationis (quod nullus alius præ-
ter epiſcopum miniſtrare poteſt, de cõ-
ſecr.diſt.5.cap.manus.ſeſsio.7.eiuſdem
Concil. de confirm. can. 3. ſeſs. 13. de
de ſacram. ordin. can. 6. & 7.) impen

dere paratus eſt, & ſi confirmandi ſint adulti, de honeſtate ſint confeſſi, ne recipiant in uaſe immundo lumen gratiæ, & donum Spiritus ſancti, præcipiens, ne alias confirmati faciant ſibi reiterari hoc ſacramentum, nec aliquis excommunicatus, aut non confirmatus teneat aliquem, & tenens deuote præſentet vnum tantum, aut duos, iuxta verba ipſius Pontific. & non plures: nec religioſi teneant, ſi ipſe licentiam non dederit, inſtruendo de viribus, & reuerentia tanti ſacramenti, vnde habuit ortum, vt infra ſuo loco de ſacramentis plenius dicemus, exercens illud cum amictu, ſtola alba, pluuiali albo, ac mitra, vel ſaltem ſupra roquetum (ſi non eſt regularis, & de mendicantibus, quia habitus eſt de ſubſtantialibus monachatus, & non mutatur. 16. quæſt. 1. cap. de monachis) cum ſtola, & mitra, ac demum ſi ornamenta aliqua ſint benedicenda, vt infra hoc lib. cap. 23. & ſi quid aliud
13 tunc expedire videbit: † & confeſtim ad abſolutiones defunctorum accedere, cum pluuiali violaceo, vel nigro, & ſimplici mitra, cum Pſalm. de profundis, ex ordine ipſius ment. Pontific. demum miſſam dicat, vel audiat: prodeſt enim multum defunctis hæc abſolutio, vt infra dicemus, & ponit Gul. in ratione. lib. 7. capit. 35. & quandoque ab excommunicatione, cum viuus ſigno pænitẽti deceſſerit, abſoluitur iuxta 34. quæſtion. 2. capit. nec quiſque. & miſſa principale ſuffragium liberandi animas à Purgatorio. in princip. ſeſſione 22. de ſacrific. miſſ. capit. 2. §. quare, & canon. 3. & ſeſſion. 25. de
14 purgator. in Concil. Trident. † Quibus peractis, ſi ante, vel poſt videbitur conuocet rectorem curatum, parrochum, plebanum, & alios, iuxta cap. Romana. de cenſib. lib. 6. quærat vitia, & defectus, quibus populus ille magis abundet, ab honeſtate vitæ declinans: ſi ſint legata pia adſoluendum, ſi ſint excommunicati, indurati, diſcordes, odioſi: ſi omnes communicauerint, ſi ſint errantes à fide, in ſortilegijs, curioſitatibus, aut peſſimis moribus additi, ſi miſſas frequentent: ſacramenta venerentur: malos increpare, & ab eccleſia deijcere. Matth. cap. 11. maxime excommunicatos. de quibus, & alijs infra cap. 29. latius diſſeritur: omnesq. defectus in ſcriptis pro memoria reducantur, cum alijs eccleſiarum, & miniſtrorum, eorumque vita, & honeſtate, & ſeruitio, examinando diligenter, ſi ſacramenta rite, & recte miniſtrentur, ſimiliter ſi libri in omni parochia detinentur deputati pro baptiſmo, matrimonijs, & de confirmatis, ac de omnibus in parochia exiſtentibus, quorum librorum qualitates, & vtilitates. videto infra lib. 2. cap. 3. nu. 24. & poſtea de vita, & moribus intelligat laicos (probos tamen, & timoratos) & data occaſione loci, & temporis, ne publice prodantur, ſi notoria nõ ſunt ipſa vitia, ſecrete corrigendo, vel in generali reprehendendo, quandoque increpando verbis duris, plerumque blandiendo. iuxta doctrinam Beati Gregor. in moral. quem refert Grat. 45. diſtinct. cap. diſciplina, non diſſimulando peccata populi, ſi mortale peccatum euitare cupit. 43. diſt. cap. ſit rector. cum ad pænitentiam cuncti corrigendi, & docendi ſint capit. 1. §. ſane de cenſibus. libr. 6. & eodem ſingul. 24. eſt dictum: ſic & Chriſtus in

viſita-

viſitatione templi fecit, tranſiens per montem Oliuarum ad dandum ſignũ dulcedinis, & notorie peccantes cum funiculis ex templo deiecit, vt oſtenderet ſignum rigoris, ſic oleum, & vinũ infundens, miſericordiam, & iudiciũ, verum præponendo miſericordiam ri-
15 gori. 1. q. 7. c. exigunt in gloſſ. † Cæterum eſt animaduertẽdum, ꝙ ipſe Rector, Curatus, Parochus, Plebanus, Vicarius, Præpoſitus, aliusve, ne odibilis fiat populo debeat ſecreto moneri, examinari, & corrigi, non autem de honeſtetur in publico. ſi.n. vitia clericorũ laicis manifeſtarentur, eis odio venirẽt, & hoc eſt verum officij paterni debitum, cum epiſcopi paſtores, non percuſſores, in ſubditos dati ſint: alleg. ſeſſ. 13. de reform. cap. 1. 3. q. 5. cap. omnes. vbi patres appellantur. 6. q. 1. cap. ſacerdotes. ſeſſ. 25. eiuſd. Conc. de reform. gen. cap. 17. Sunt nempe laici clericis in fœſti. 2. q. 7. cap. laici. cum ſimilib. hinc Bern. ſuper caut. ſerm. 23. diſcite prælati ſubditorum matres vos debere eſſe, non dominos, ſtudete, quòd correctio ſit paterna, non tyrannica, niſi cũ perſonis incorrigibilibus tractaretur, (qui vero dicantur incorrigibiles. doc. ponunt in cap. at ſi clerici. & in c. cum non ab homine, de iudic. Diaz Pract. crimin. canon. c. 56. & cap. 131. & dixit vnum verbũ Iulius clarus magnus doctor, & eccellens practicus, lib. 5. recept. ſent. §. fin. q. 36. poſt Boſſ. ſuum conciuem de for. compet. num. 132.) maxime in peccatis carnalibus debent epiſcopi velare, quantum poſſunt, ſi tamen correctio ſperetur. Paui. 1. par. q. 1. num. 50. quare autem peccata ſacerdotum, ſint dulciter, & cum manſuetudine corrigenda, & non dura reprǣhenſione, ponit dom. Card. de Tur. Crem. in cap. licet plerumque. 40. diſt. ex tribus rationibus. & Pet. in ſua canon. 1. cap. 5. recordentur prælati forma gregis eſſe, non tyrannice dominantes in clerum, in fama bona, ſubditorum cõplacendo, quàm in infamia. cap. licet de accuſat. dummodo peccatum ipſius ſacerdotis non uergat in periculum fidei; tunc enim eſſet in faciem reſiſtendum, exemplo Apoſtoli ad Gal. 2. qui reſtitit in faciem Petro, quia ibi reprǣhenſibilis erat: refert D. meus domi. Cardi. Albanus, in ſuo trac. de poteſt. Pap. 2. par. nu. 96. (& licet multi ſenſerint non fuiſſe beatum Petrum Principem Apoſtolorum, cui Paulus in faciem reſtitit, ſed aliũ eius nomine, cuius opinionis eſt beatus Dorotheus in hiſtor. 72. diſcipulorum, dicens fuiſſe Petrum vnum, ex 72. Coriæ epiſcopũ, & aſtipulatur ſanct. Hypp. in ead. deſcrip. ſed non eſt ita, quia fuit Petrus ipſe: concludit Auguſt. ſuper epiſt. ad Gal. 2. vbi notanter inquit. Rarum, & ſanctum exemplum poſteris reliquiſſe beatum Petrum, qui acquieuit correctioni Pauli, etiam ꝙ ipſe eſſet maior, & Princeps Apoſtolorum, quia multo maius, mirabilius, & laudabilius eſt libenter accipere corrigentem, quàm audacter corrigere deuiantem. & ibi vide cauſam, cur Apoſtolus Petrum arguerit, dom. Card. de Turr. Crem. in ſum. eccle. lib. 2. cap. 106. & cap. 13. in fine, ex mente S. Tho. 2. 2. q. 34. ar. 4.) aut ſi poſt correctionem nõ deſiſtatur, ſic enim quilibet ſe indignum reddit, quia non pura mẽte pęnitet ſe. de pęn. diſtin. 3. cap. inter hæc lo primo. uerſ. Iudas inquit, nam dicitur perſeuerare in continuatione actuali, ut dicit bene

Fely. in cap. teſtimonium. num. 9. de teſtib. moderatio enim Dei, ac pietas, ſolum noſtrum reditũ quærit, ac nos cupit, (longa bonitate ſua) ſaluari. ſi nõ conuertimur, ſi duri corde ſumus, ſi in peccatis uſque ad mortem illicite perduramus, aſſidue peccantium, non miſeretur Deus. cap. diaconi ſunt. in final. verb. 93. diſtinct. & ſiue delectatione peccati, ſiue deſperatione veniæ vſque ad mortem quis in peccato perſeueret, iuſtum eſt, vt ſine fine puniatur, qui ſine fine peccauerit. c. ſi ſacerdos.
16 in fine. de pœn. diſtin. 1. † Verum eo tẽpore viſitationis, omnes laici conuenire debent, vbi eccleſia eſt cum populo, nempe dies illa, in qua tractatur de ſalute gregis debet eſſe ſolemnis in tota illa parochia, in qua tractatur de ſalute gregis, tanquã feria repentina; vbi vnuſquiſque ſuæ animæ mederi poteſt, quæ pretioſior cunctis rebus debet haberi; cap. cum infirmitas de pœniten. & remiſſ. l. ſancimus. C. de ſacr. ſanct. eccle. Inde euitari debet plus perditio vnius animæ, quàm mille corporum. cap. ſi habes. 24. quæſtio. 3. Ideo viſitans prælatus quàm maxime occurrere debet animarum periculis. in extrauag. Ioan. 22. de elect. cap. ex debito paſtoralis: ne propter quod apparet bonum momentaneum, perdatur bonum æternum: quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ patiatur detrimẽtum, aut quam dabit homo commutationẽ pro anima ſua Matth. cap. 16. eccleſ. cap. 2. Fili in manſuetudine cõſerua animam tuam, & Deuteronom. cap. 4. non adhærendo mundo, qui decipit, nec de rebus mũdanis naturaliter anima, quæ eſt ſpiritualis ſatiari poteſt. gloſſ. in extrauagan. exectabilis, de præbend. In
17 in princ. lib. 3. † Conueniens igitur populus ad viſitationem epiſcopi debet ab ipſo moneri circa Symbolum Apoſtolorum, & uim ſacramentorum, ſanctæ Eucharistiæ, & Miſſarum frequentationem, virtutibus præpoſitis, uitijs deteſtatis; & mandari debet, vt ſingulis diebus dominicis, & feſtiuis ad eccleſias proprias conueniant, vbi parochi informare in fide habent omnes, maxime pueros, & ſimplices ex decreto, & doctrina Concil. Trident. ſeſſio. 24. de reform. gen. cap. 4. in fin. ſic etiam circa adorationem imaginũ: ſeſſio. 25. ſubtit. de inuoc. & uenerat. infra hoc lib. cap. 9. nume. 10. cum ſeq. Vnde mittant parentes ſuos filios ad parochiales eccleſias iiſdem diebus, vt faciliter doceantur fidei rudimenta, & vitam chriſtianam, alias compellat eos epiſcopus, per cenſuras eccleſiaſticas. eod. cap. 4. §. ijdem, mandando Archipræsbiteris, & plebanis, & cæteris curatas eccleſias habentibus ſaltem dominicis diebus, per ſe, vel alios idoneos, ſemper plebem commiſſam ſalutaribus verbis inſtruere, exequendo aliud decretum eiuſd. Conc. ſeſſio. 5. cap. 2. §. Archipræsbiteri quoque, vt infra, lib. 2. cap. 3. num. 10. cum trib. ſequen. dicetur. Item etiam, & omnes tempore debito recipiant ſanctam communionem, miſſam maxime tempore feſtiuo cum attentione audiant: nam cum ex præcepto teneantur, aliter non ſatisfaciunt, de quo Marti. Nauar. in ſuo Manual. lat. cap. 21. nume. 6. & hoc cum eccleſia habet populum, &
18 curam ipſius. † Sin vero viſitantur eccleſiæ, collegia, capitula, ſimpliciaque beneficia, in quibus nulla adeſt cura

ra animarum , præmiſſis obſeruatis extra laicos , benedicit , & abſoluit tractans,quæ ad capitularem locum pertinent,vt infra 2.lib. de vnoquoque loco dicemus: ſed nunc in generali. ſi eccleſiæ patiuntur defectum , vel monaſteria, collegia , & in eis debita obſequia exerceantur. iuxt. mentem ipſius ſacr. Conc.Trid.ſeſſ.21.de reform.c.8. reuocando,ſi quæ adſunt detrimenta,vt omnino ad cõgruam diſciplinam eccleſiaſticæ vitæ reducantur. ſeſs. 25. præfat. Conc.de regul.cap.21. fructuoſam vitã in collegijs ſuadendo, defenſionem diuini obſequij , & pauperum commendando, illicita prorſus abijciantur,corrigendo, & reformãdo in ſpiritualibus, & temporalibus : Vbi enim eſt multiplex conſilium, ibi eſt ſalus, iux. tritum prouerbium. tex.eſt in cap.cum prudẽtiam. de offic. deleg. & ſi quæ mala inſurgere cœperint , eradicentur, alias ex vno malo, ad alia faciliter deuenitur inconuenientia.l.ex diuerſo. §. 1.ff. de rei vendi. & ſic prouidendo. iux.c.ea quę de ſtat.reg. & ſi,moniales ſint, clauſurã quarumcũque ſtricte obſeruari faciat , etiam ꝙ ſint monaſteria exẽpta, in hoc *Apoſtolicæ Sedis* auctoritate delegata , ex antiqua conſtitut. *Boniſ.VIII.* incip. periculoſo. de ſtat. mon.lib.6. & ex decreto innouante eam Concil. Trid.ſeſs. 25.de regul.& mon.cap.5.& de quibus multa ſunt tractanda infra. lib. 2. c.18. vadens cum perſonis probis , & honeſtis, duobus, vel tribus ex ſuis , vt dicit Florent.in 3.tit.19.cap.6.§.4.& §.2. ex clem.attẽdentes.§. ipſos autem. de ſtat. monach. vbi forma viſitandi traditur , & do.Petr. eod. c.3. vel ſi viſitauerit eccleſias rurales,hoſpitalia,confraternitates laicorum,aliaue pia loca,iux. cap.epiſcopi.ſeſs.22.de reform.in Conc.Trid. quęrat de reparatione locorum,vt ſi eccleſiæ ſint collapſæ propter paupertatẽ. ſeſs.21. eiuſd. Conc. de reform. cap.7. reparentur, ſi bona cõuertantur in vſus deſtinatos.maxime pauperum iux.c.de. quia contigit. de relig. domib. c. de xenodochijs. & cap. ſeq. eo. tit. omnium enim curam , & regimen epiſcopi eſſe dicimus. cap.quidam.18.q.2.& ipſorũ locorum ſolum epiſcopo ratio reddenda eſt,& vbi aliter ex fundatione,vel dotatione eſt cautum , adhuc adhibeatur vnus per epiſcopum. eod. c.8.& ſeq. & ſeſſ.7. de refor. cap.ſi.ſeſſ.25. de refor. cap.8.in quibus iuribus ipſa clem.innouatur. laicos deterrendo ab occupatione bonorum eccleſiæ, & ſi mali abuſus irrepſerint deleantur,à benignitate ſemper incipiendo , vt amor retrahat pri-
19 mum. deuiantes. † Hoc vtique faciat Prælatus ex generali decreto ipſius Cõcil. Trid. vt à benignitate ſit procedendum,& vbi grauitas morbi poſtulat, ad grauiora remedia deuenire. ſeſs.23. de reform. cap.1.de quo plenius infra ſuo loco tractabimus, ſicut Chriſtus dominus noſter miſericors, & iuſtus eſt,Ber. ſuper Cant.ſerm.55. in prin. Namque miſericordia nõ eſt ſine iudicio, nec iudicium ſine miſericordia, vt colligitur ſuccincte de vtroque ex ipſo Pſalm. 34. incip. Iudica domine nocentes me. vnde Hieron. vide benignum dominum, miſericordiam cum ſeueritate miſcentem , & ipſius pœnæ modum iuſta , & clementi deliberatione penſantem. cap. vide. de pænit.diſt.1. & in extrauag.Boniſ.VIII.debent de offic.ordin. ex ea ratione,quia cui ineſt maior miſeria, maior eſt adhibenda miſericordia, ſed natura humana, cum naſcatur filia iræ, &

ex peccato ſit debilis, dicitur ei ineſſe miſeria, ergo miſericordia impendenda eſt, ideo dicimus quòd benignitas eſt fructus Spiritus ſancti, ex Apoſtol. ſcrib. ad Gal. c. 5. & exponit Flor. in 4. tit. 5.cap.21. col.penult. cum temperamento,vt ſicut ne multa aſperitate exulcerentur ſubditi, ſic ne nimia benignitate ſoluantur. Gregor.lib. 2.moral.quē refert Grat.45. diſt. c.diſciplina. quod ſit cum prælatus vtitur iudicio rationis, quæ eſt potentia nobilior corporis, q̄ ſenſus,ſiue imaginatio, vel ex amore,& odio,quę peruertunt prælatum vera iudicare volentem, aut ex nimia paſſione animi, nec cum ira procedendo: nam, inquit ſapiens Cato.

Impedit ira animum, ne poſſit diſcernere verum.

Obſtat ira animi iudicio,rationiſq. opera perturbat, & bene Cic. pręſente ira nihil recte fieri poteſt. & Pſal.26. Deſine ab ira, & derelinque furorem: ſed in virtute procedēdo, moderando paſſiones, cum memoria,quia pater ad filios,
20 & medicus ad infirmos venit. † Non grauando ſubditos ſuperfluis perſonis ad obſtentationem,& pauperem rectorum, ſed honeſto,& neceſſario comitatu refrenans domeſticos ſuos; Notariumq́. publicum pro ſcribendis actis ſecum habeat,qui ſcribat defectus adiacentes, bona exiſtentia, præcepta, & reformationes domini viſitatoris, & circa eius ſalarium, ne viſitandi in aliquo grauentur, cum ad Prælatum pertineat & in ceteros obſeruare decretum Cōc. Trident.ſeſs.21.de refor.cap.1. & vtile eſt,cum ſemper notarij in exigendo ſalario metas rationis excedant, vt teſtatur Bonif.VIII.in cap.ſtatutum.§.nota-
21 rium vero. de reſcr. lib. 6. † Eſt enim adeò fauorabilis hæc viſitationis materia, vbi de diſciplina eccleſiaſtica reformanda,& correctione morum agitur, vt per quamcumque appellationem interpoſitam exequtio non impediatur, ex decreto eiuſd.Conc Trid.ſeſs.24. de reform. gen. cap. 10. verſ. nec ex his.ex conſtitutione Innoc III. Sum. Pont.de offic. ordin.cap. irrefragabili, & notab. tex.dicunt doct. remota quacumq; cōſuetudine, quæ contra honeſtatem non tenet.cap.cum decorem. de vit. & hon. cler.Abb. eo.c. irrefragabili.in princip. quia dicitur inductiua peccati, cum honeſtatem non inducat, ſed delicta; ideo reijciēda.4.diſt. cap.denique. per Abb. in cap. nam concupiſcentiam.in fin. de conſt.& quę dicitur corruptela.ſeſs.23. Conc.Trid.de reform.c.1.§.quod ſi. & ſeſs.24.de reform.matr.cap.1. §.præte-
22 rea. † Quæ cum vera ſint,omnia, id tamen eſt attēdendum à quolibet epiſcopo,ſeu alio viſitante, vt epiſcopalium viſitationum ſcopus præcipuus ſit, ſanā, orthodoxamq́. doctrinam expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus,& admonitionibus ad religionē, pacem, & innocentiam accendere, cetera, prout locus, tempus, & occaſio ferent, ex viſitantium prudentia ad fidelium fructum conſtituere, vt in ſacro Conc.Trid. (cuius hæc ſunt verba) legitur ead.ſeſs.24 de reform. gen.c.3.§. viſitationum autem. & §.ſane.cap.1.de cenſib. decet nempe prudentiam ſingularis præſati, & paſtoris diligenter gregem ſibi commiſſum cribrare.1.ad Timot.3. pulchre ſcribit Phil. Port. conſ. 4.n.5.lib. 1. curam animarum ſuſcipere, exequendo ius diuinum, & humanum, ordinem in omnibus tenens,ſine

quo

quo nihil fieri debet. 1. ad Corin. 14. ad exemplum ipſius Apoſtoli, qui (teſte Auguſtino lib. 1. de prædeſt. ſanct.) in ſuis epiſtolis nihil quærit, niſi, ut humi
23 lietur homo, & exaltetur Deus, †Eius igitur paſtoralis officij ſumma ex Diu. Bern. in epiſt. 201. conſiſtit in duobus mandatis, docere verbo, & exemplo, addendo tertium, ſtudioque orationis, ad complementum trinæ illius vocationis, & repetitionis euangelicæ de paſcẽdis ouibus. Ioan. cap. 21. paſcendo uerbo, & exemplo, & apertos fontes aperire, & aquam puram, innoxiamq́ ſitiẽtibus ouibus miniſtrare, quod in viſitationibus fieri apertum documentum eſt, vt ſupra in proœm. eſt dictum. quẽadmodum operoſi, vigilis q̃ paſtoris ſolertia oues ſuæ cuſtodiæ deputatas curat a ferarum præſeruare incurſibus, & ad ſtatum proſperum fętu multiplicato producere, ita, & ipſe procurare, & extrauag. Sixti IIII. cap. 4. de pœnit. & remiſſ. non negligendo, quia circa curam animarum negligentia peccatum mortale inducit, in cap. dictum. 81. diſtinc. gl. in extrauag. execrabilis. Ioan. 22. de præb. & digni; vnde vidẽda ſunt quæ dicit Bernar. ſuper cant.
24 ſerm. 76. cum ſeq. †Nam paſtore equidem bono, nihil in eccleſia melius, nihil prætioſius, nihil charius apud homines, inde gl. ſuper Ezech. 28. inquit: debet paſtor ſubtili examine bona, malaq́. diſcernere, quæ, vel quibus, quando, vel qualiter, & ſtudioſius cogitare, nihil proprium quærere, ſed ſua cõmoda propinquorum bona deputare, &c. & hæc ſunt in generali dicta: pro ſtudiis, & præludijs ipſius viſitationis, nunc autem ad particularia accedẽtes, ſigillatim de omnibus dicemus. iuxta ſententiam Philoſ. 1. Phiſ. ex vniuerſalibus ad ſingularia deueniendo, & per
25 doct. in rub. ff. de orig. iur. † Præfationes enim ipſæ libenter auditores ad lectionem propoſitæ materiæ producũt, & cum eo deuentum fuerit eius euidẽtiorem præſtant intellectum. l. 1. ff. de orig. iur. Bath. in 1. conſt. C. immo ex ipſis multum arguimus de materia. Alex. conſi. 7. attentis, num. 9. volu. 7. remiſſiue in famil. ſing. in l. 1. nu. 107. & teſtatur Affl. in proœ. conſt. regn. vt ſic periti viri ordinent profeſſionem, etiam multa variata recenſentes, quæ primum fieri debebant ex mutatione,
26 creſcente hominum audacia. † Vt nihil tamẽ ipſius antiquitatis ignoretur, ex prioribus Conciliis, & regulis, cum nequaquã damnanda ſit antiquitas, iuxta verba ſynod. Trid. ſeſſ. 21. de com. ſub vtr. ſpet. c. 4. prout in eiſd. famil. ſing. dixi in l. A. nu. 7. quia præteritorũ iocunda eſt recordatio. Phil. 9. Ethico. cap. 4. quid denique nouiſſime decretum inſerendo, ipſorum epiſcoporũ, & viſitantium iudicio relinquẽtes, quę in facto nouerint magis expedire, iuxta quod magnam cuilibet in viſitando poteſtatem tribuit eadem ſynod. Trid. ſeſſ. 22. de reforma. cap. 1. verſ. nec appellatio. & ſeſſ. 24. de reform. gen. cap. 10. cum ſimil. vt ſup. nu. 21. &c.

DE

DE CVSTODIA SANCTISSIMAE *Euchariſtiæ.*

CAP. QVINTVM.

SVMMARIVM.

1 Euchariſtiæ ſacramentum eſt inſtitutũ a Chriſto, & quando.

2 Epiſcopus viſitans ſacramentum Euchariſtię quæ debet inſtruere fideles. num. 7.

3 Euchariſtia qualiter cuſtodienda, & retinenda ſit. nu. 5.

4 Euchariſtiam incaute remittens, qualiter puniatur.

6 Lampas debet ſemper eſſe ardens ante ſacramentum Euchariſtiæ.

8 Euchariſtia adoranda eſt cultu latrię.

9 Euchariſtia ex antiquo conſeruatur in ſacrario; ad infirmos ducitur. 10.

11 Decreta de ſacramento Euchariſtiæ in Conc. Tri. edita ab oĩbus ſunt tenẽda.

12 Fides initium noſtræ ſalutis, & fundamentum.

13 Diabolus ſemper quærit perdere animas.

14 Diabolus, quare inuidet hominibus, & vtitur libero arbitrio, ſed ad malum ibid.

15 Diabolus per ſuperbiam, & inuidiam factus pater mendacij.

16 Euchariſtia eſt ſpiritualis cibus animarum.

17 Ritus ſanctæ eccleſiæ ab omnibus ſunt ſeruandi.

1 Saluator noſter Ieſus Chriſtus diſceſſurus ex hoc mũdo ad patrem † ſanctiſſimum ſacramentum Euchariſtiæ inſtituit, in quo diuitias diuini ſui erga homines amoris velut effudit, memoriã faciens ſuorum mirabilium, & illius ſumptione colere nos ſui memoriam præcepit: ſuamq. annuntiare mortem, donec ipſe ad iudicandum mundum venerit, ſumendo hoc ſacramentũ tamquam ſpiritualem cibum animarum, quo alantur, & confortentur vita illius, qui dixit, qui mãducat me, & ipſe viuet propter me; ſunt verba ſanctæ ſynod. Triden. ſeſſ. 13. de ſanct. Euchariſt. ſacr. c. 2. nobis ſaluberrimum ſacramentũ, quo maius beneficium optare non potuiſſemus, quàm, ꝙ Chriſtus Ieſus dominus noſter de Virgine natus, cruci affixus, & in gloriam aſſumptus, ſe nobis totum ita largiatur, ut etiam nunc corpus eius, ſanguinemq. vere ſumamus: illiq. per hoc diuinum ſacramentum prorſus incorporemur, ex Augu. de fid. ad Petr. cap. 19. per quod a malo retrahimur, & in bono confortamur, & ad virtutum, & gratiarum proficimus incrementa, in quo profecto proficimus ipſius corporali præſentia ſaluatoris. clem. ſi dominum. in princ. de relig. & uen. ſanct. † Anteq; igitur 2

epiſcopus

epiſcopus uiſitet hoc ſacramentum, in
quo diligens debet eſſe ſua præſcruta-
tio, hortari cunctos debet, de tam ue-
nerabili,& diuino Euchariſtiæ ſacramẽ
to,ſincerã illam doctrinam tenere, quã
ſemper catholica eccleſia. ab ipſo do-
mino Ieſu Chriſto, & eius Apoſtolis
erudita, atq; a Spiritu ſancto illi omnẽ
veritatem in dies ſuggerente edocta re-
tinuit,& ad finem uſq; ſęculi conſerua
bit. ead. ſeſſ. 13. in prin.& ſeſſ. 22. de
ſacrif.miſſ.cap.1.pro certo credendum
ſub ſpetiebus illis, panis, & vini veram
Ieſu Chriſti domini noſtri carnem, ac
verum eius ſanguinem in Euchariſtia
exhiberi. namq. ipſe dominus affirma
uit: Luc. cap.22. hoc eſt corpus meũ,
quod pro vobis tradetur, & iterum.
Ioan.c.6.caro mea uere eſt cibus,& ſan
guis meus uere eſt potus. ideo bona di
citur gratia,immo gratia gratiarũ,quia
ipſe dominus Ieſus in ſpetie panis indi
cantis vnitatem. c.quia paſſus.de conſ.
diſt.2. adunatio hominis digne ſumen
tis ad Chriſtum,in Conc. Flor. de hoc
ſacr. c.1. nihil quærendo ex naturæ or-
dine in hoc Chriſti corpore, cum præ-
ter naturam ſit ipſe Chriſtus partus ex
Virgine. ead. diſt.c. in quibus in fine.
vnde dicitur ab eccleſia, quod non ca-
pis,quod non uides, animoſa firmat fi-
des præter rerum ordinem, declarãdo
vndecim canones ſuper inde editos in
ipſo ſacro Concil. Trid.citata ſeſſ. 13.
quos reaſſumit. Martin. Nauar. in ſuo
3 man. lat.c.22.nu.10.† Vnde primo eſt
videndum, ꝙ ipſa ſancta Euchariſtia
honorifice cuſtodiatur, ꝙ locus ſit de-
cens,& eminentior eccleſiæ,bene recõ-
dita,tabernaculum ſit bene firmum, &
clauſum ex omni ſui parte, vt nec fora-
men etiam minimum pateat, claue cu-
ſtodiatur, & qui clauem detinet, ſit
præsbiter, alioquin ſufficiens, & Dei
timoratus, neque permittatur ſtare in
loco humido,tabernaculum ſit honori
ficum iuxta facultates eccleſiæ,cum ve-
ſte ſerica interiori, & exteriori,& cum
uaſe argenteo, & corporali benedicto,
ad retinendum ipſum ſacramentum,
cum ſimili operculo, mutetur ſaltem
quolibet octauo die, & antiqua ſuma-
tur, ne aliqua corruptio in ipſis ſpecie-
4 bus generetur; † etſi præpoſitus ipſi
ſacramento incaute Euchariſtiam di-
miſerit,puniatur iuxta ſacros canones,
ſuſpenſione trium menſium ab officio
cap. 1. de cuſt. Eucha. cap. ſane, de ce-
leb.miſſ.etſi maior fuerit culpa, aut ne-
gligentia, maior detur pęna. addendo,
vel diminuendo ſecundum cauſam fa-
cti. l. quid ergo.§.pœna grauior. ff. de
his qui not. infam. & ſic arbitraria pę
na. cap. de cauſis. de offic. deleg. vnde
ad ſimile propoſitum de diligẽti cuſto-
dia dicebat Origenes antiquus doctor.
ꝙ circa conſeruandum corpus eius ma
xima utenda eſt cautela, quia cum ipſe
ſit totum bonum noſtrum, ſicut verus
theſaurus animæ noſtræ cuſtodiendus
eſt. qui dixit Matth.cap.6. vbi eſt the-
5 ſaurus tuus, ibi eſt cor tuum. † Et pri-
mo prohibeatur expræſſe ne in taber-
naculo ſanctæ Euchariſtiæ, pænitus a-
liud detineatur, nec alia ſacramenta,
quæ alio honeſto loco retinenda ſunt,
aduertendo, ꝙ multi ſuperſtitioſi te-
nent pecunias ſecretas,candelas oblatio
num,& forſan inhoneſta tractantes,cũ
cartis,& characteribus, vnde imponã-
tur pęna grauiſſima, etiam excommu-
nicationis lat.ſent.namq̃. præſentia ſal-
uatoris non debet prophanari ſuppelle
ctilibus, & imunditijs. vbi Angeli ſer-
uiunt,

niũt,& maieſtas diuina adoratur. Pſal. 137.in conſpectu Angelorum pſallam tibi, adorabo ad templum ſanctum tuum.& confitebor nomini tuo.Exo.c. 3.Terribilis eſt locus, vbi Deo ſanctificat. & ibi dominus ad Moyſem locus in quo ſtas terra ſancta eſt, ſolue calcia
6 mentum de pedibus tuis.† Perpetuoq. caueatur,vt lampas ante ſanctam Euchariſtiam ſemper ardeat, & in nocte, dieq. propter reuerentiam ſanctiſſimi ſacramenti, & vt ingredientes eccleſiã. ſciant vbi primum adorare debeãt præſentiam ſaluatoris noſtri, cum cautela etiam, vt diligens inquiſitio adhibeatur,ne in lampadibus ipſis quid curioſum miſceatur,vt experientia vidimus. de quo aduertendum,ne per in curiam aliorum, diuina indignatio grauius exardeſcat.c.ſane de celebr.Miſs. ſed omnes genibus flexis adorent ſanctiſſimũ ſacramentũ, cum deuotis orationibus iux. ſacros canones, & conſtitutionem Pij V. Pont. Max. incip. cum primum 1566.pontif.1.§. Vt igitur.ad immitationem Vrbani IIII. qui in ſua conſt. clem. 1. de reliq. emen.ſanct. multa diſponit, & inter alia inquit: vt quia per mortem homo corruerat,& per cibum ipſe releuaretur ad vitam,cecidit homo per cibum ligni mortiferum, releuatus eſt homo per cibum ligni vitalis, & ꝙ ſequitur ideo adorãdo fideles tã admirandũ ſacramentũ,recolunt beneficiũ, plerumq. quia cuius donum, vel munus frequentius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur. verſ. huius
7 memorialis.† Inſtruendus eſt clerus,et ipſe populus in hoc ſacramento non eſſe alterationem corporis Chriſti, ſed accidentium, panis conuertitur in corpus Chriſti. de conſ. diſt.2. cap.panis. per conſecrationem enim panis,& vini fit conuerſio totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis domini noſtri.& totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam eius ſanguinis, ſic confeſſa fuit ſemper ſancta eccleſia.ead.ſeſ. 13.cap.4.vt anathema iudicetur, qui dixerit in ipſis accidentibus remanere ſubſtantiam panis, & vini. ibidem can. 2.& infra.lib. 6. de ſacramen. latius dicemus: neque ibi poſſe cauſari alterationem corporis Chriſti,ſed accidentium, namque ſanctiſſima humanitas Chriſti diuinitati vnita,corrumpi non poteſt.Pſal.15. nõ dabis ſanctum tuum videre corruptionem: & dixit not. Archid. in cap. quia corpus. de conſecr. diſt. 2. quem vide, ꝙ gratia fuit data corpori Chriſti, vt nõ poſſet in morte detineri,aut corruptioni ſubiacere, vnde ſi forte corruptio aliquando apparet, eſt in accidentibus, non in humanitate Chriſti, quod Domini mei epiſcopi attendere debẽt, ne errores naſcantur in mentes fideliũ,
8 & corrigere defectus, ſi qui ſunt: † & quod ab omnibus hoc admirabile ſacramentum Euchariſtię adoretur cultu latriæ,cum eũdem Deum ibi præſentẽ eſſe,omnes credere debent, quem Magi procedentes, & Apoſtoli in Galilea adorauerunt.ead.ſeſſ. 13. cap. 5.etiam cultu externo, & publice adorandum. can.6.eod. loc. adducto. ſi quis dixerit in ſancto Euchariſtiæ ſacramẽto Chriſtum vnigenitum Dei filium non eſſe cultu latrię,etiam externo adorandum, atq; ideo nec feſtiua peculiari celebritate venerandum, neque in proceſſionibus.ſecundum laudabilem,& vniuerſalem eccleſiæ ſanctæ, ritum,& conſuetudinem ſollemniter circumgeſtandũ, vel non publice, vt adoretur a populo propo-

proponendum, & eius adoratores eſſe idolatras.anathema ſit.Pſalm.n.69. dicit,& adorent eum omnes Angeli eius, & qđ eius ſumptio eſt duplex ſacramẽtalis, & ſpiritualis. ſic S. Tho.3. part. quæſt.80.hortando omnes,vt vtroque modo,& ſacramentaliter, & ſpiritualiter Chriſtum ſumant. Vnde docendi ſunt de fructibus tanti ſacramenti: de
9 quibus infra.† Sanctiſſimeque ex antiqua conſuetudine ipſam Euchariſtiam in ſacrario aſſeruari ſancta eccleſia morem retinuit.iux.conſtitutionem.Inno. III. in Conc.Gen. de cuſt. Euch.cap.1. & ead.ſeſs.13.c.6. & can.3. Si quis dixerit non licere ſacram Euchariſtiam in ſacrario aſſeruari,ſed ſtatim poſt cõſecrationem, aſtantibus neceſſario deſtribuendam. anathema ſit: ſic igitur doceatur plebs, cum in Miſſa eleuatur hoſtia ſalutaris. vel alijs miniſtratur, aut cõſeruatur, flexis genibus ſe inclinet. de celeb.miſs.cap.ſane.§.ſacerdos. vbi tranſgreſſores puniri debent a pręlatis,& dura repręhenſione digni ſunt, qui in eleuatione corporis Chriſti, moniti,vt genuflectant,parietibus,& colũ
10 nis adhęrent. † Maxima item pietate, ſimulque ſanctitate inſtitutum eſt,ipſam Euchariſtiam ad infirmos honorifice duci.eod.cap.6.& can.7. ſi quis dixerit non licere,vt Euchariſtia ad infirmos honorifice deferatur. anathema ſit.& eod. cap.ſane.ubi inſtruitur preſbyter eam deferre habitu decenti; ſuppoſito mundo velamine,& cum ſuperpellicio, lumine præcedente, cum omni reuerentia, & honore. vultu dimiſſo ante pectus, ſimiliter cum vaſe argenteo,vel ſaltem in calice, velo ſerico cooperto,non tamen in vaſe vitreo,deferãturque duę particulę,vt in regreſſu adoretur ab omnibus,cum pallio honeſto, præcedente tintinnabulo. vt cuncti genuflectant.Gul.in ration. lib.4.cap.41. nu.53. & ſi ex copia infirmorum (vt nunc eſt) omnes particulæ miniſtratæ fuerint, vt nulla remanſerit,redeat ſine ſollemnitate, & veſte, ne populus ex ignorantia adoret tabernaculum. eod. cap. ſane. vbi Abb. not.eamq́. deferat non alius niſi ſacerdos. de conſecr.diſt. 2. cap. peruenit. vel ſtante neceſſitate, aut ſacerdotis abſentia diaconus.93. diſt.cap.pręſente. optimumq́. eſſet, vbi fieri poteſt introduci ſocietatem corporis Chriſti, & interim ad ſit ſemper clericus,qui cum ipſo ſacerdote miniſtrãte orationes & preces recitet,nec examinari prætermittatur, quæ cæremoniæ, quiritus,quæve preces obſeruentur circa infirmum, ad hoc, vt omne vanum,
11 & curioſum tollatur.† Item, vt omnes credant de hoc ſanctiſſimo ſacramento diffinita a ſancta eccleſia in Conc. Trid.ſeſs.13.per vndecim canones. vt bene explicat. Nauar.in man.cap. 22. nu.10.verſ.circa materiam.contra quæ diffinita, ſi quis contrarium dôcere, prædicare,vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publice diſputando defendere pręſumpſerit.anathema iudicatur. ibi. can.11. in ſi. Cum enim in Concilijs generalibus auctoritate Romani Pontificis in dictis, veritas eſt manifeſtata, non debent homines niſi amplecti, & credere, ſicuti de quatuor principalibus Cõcilijs dicimus ad inſtar quatuor euangeliorũ. c.ſicut.15.diſt. idq. cauẽdum eſt, quam primum, ne circa hoc ſanctiſſimum ſacramentum,& reliqua fideles aliquo modo vacillent, ſed fide adhereãt Deo,a quo per fidem, & gratiam, habetur cognitio veritatis, & or

do dilectionis,cum natura fides ſit primus habitus virtutum, vt dicunt omnes theologi, & infra dicemus ſuo lo-
12 co. † ipſa eſt enim initium, & fundamentum noſtrę ſalutis humanæ,radixque omnis Iuſtificationis,vt in decreto eiuſd.Conc.Trid. legitur. ſeſs. 6.de iuſtif.c. 8. ſicuti latius dixi in famil.ſing. in.l.fi.nu.8.& ad hoc de Euchariſtia,dicit can.nu.10.fides hoc poſtulat,ne de his,quæ diximus, aliiſque ſimilibus ad hoc myſterium pertinentibus, quidq. dubites? id fiet,ſi ſimpliciter in fide,atque ſententia eccleſię,vt eſt ſane neceſſarium per omnia acquieſcas: cum firmiter ſit credendum, fidei numq̃ poſſe ſubeſſe falſum. S. Thom.2.2. quęſt. 1.ar.3. dixit enim veritas.Luc.cap. 21. cœlum,& terra tranſibunt, uerba antẽ mea non tranſibunt,vt ſic dubitare nũquam liceat an uera ſint: de quo ponũt doct.in cap. dubius.de hęr.Mart.Nau. cap.11.ſui man.nu.18. cum alijs infra
13 dicẽdis.†Sitq. diligens epiſcopus in ſupradictis extirpare zizanias, & ſpinas, quas diabolus in eccleſia Dei ſuperſeminare ſtudet 1.Petr.c.5.ſeſs.14.eiuſd. Conc.de ſacr.extre.unct. in princ. & c. 2.vbi dicitur,ꝙ diabolus per omnẽ vitam captat occaſiones, vt quomodo poſſit deuorare animas noſtras, calcaneoq. inſidians. ſupracap.3. poſt. nu. 9.& Matth.cap.13.cum dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuper ſeminauit zizania, in medio tritici, & abijt,fortius oppugnãs Religioſos,qui habent curam aliorum, vt per ruinam vnius,qui præeſt,fiat omnibus ſcandalum, & impediatur fides per conuerſationem peſſimam clericorum, vt dicit
14 Orig. ſuper Ezech.homil.7.† Nam inuidet quod homo creatus de limo terræ, teneat charitatem, quam ipſe retinere nequiuit (quia noluit) Abb.ĩ cap. 1.in princ. de ſum.Tri. vbi ꝙ vtitur libero arbitrio ad malum, & tentat illos (præcipue in hoc ſacramento) quos reputat meliores. archid.in cap.nerui teſti. 13. diſt. bonum ſemper vertens in malum.Noſq. fideles baptiſmo ſancto inſignitos durius opprimit, dolens a ſuis faucibus ereptos, & quærens omni via rurſus, in ſuam poteſtatem redigere.ſcribit do.Card.Hoſi. de ſacr. matri.cap.55.in princ.& de ſacr.confirm.
15 c.38. † ſic igitur per ſuperbiã,& inuidiam factus eſt pater mendacij.Alphõ. Aluar.in ſuo ſpec.cap.78. & eius imperiũ dicit tex.Conc.Trid.ſeſs.5. in prin. de pecc. orig. §.ſi quis non confitetur, ibi, qui mortis deinde habuit imperium, hoc eſt diaboli, & conatur ſemper amorem redemptoris noſtri ex cordibus fidelium expellere. idem, dom. Card. Hoſi. lib. 4. de tradit. fol. 443. Vnde legimus Baſilium magnum dicere. Diabolum bis nobis contrarium,& cum ab initio eiecit, & cum reditum noſtrum contendit turbare,ex inuidia, quæ proprie eſt ipſius vitium,cum peccatores confiſi de miſericordia omnipotentis Dei recurrunt ex corde ad pęnitentiam, quæ eſt ſecũda tabula poſt naufragium. c ſecunda, de pęn.diſt. 1. quæ tanto fortius diſplicet diabolo, quanto ſpem conceperat posſidendi.
16 † Hæc denique prouideat epiſcopus, vt omnes tam venerandum ſacramentum, quod eſt ſpiritualis cibus animarum,quo alantur, & confortentur viuẽtes. vita illius, qui dixit,qui manducat me, & ipſe viuet propter me,gratia augetur,iux.Conc.Flo.& omnem effectũ, quem materialis cibus, et potus quoad

vitam

vitam agunt corporalem, hoc idē quo ad vitam ſpiritualem,& hoc ſacramentum operatur, frequentent, & adorēt, debitaq́. reuerentia cuſtodiant,& retineant, iuxta ſacroſanctæ eccleſiæ, cæ-
17 remonias, & ritus. † Quos ritus ſiquis contempſerit,aut pro libito omitti, ſine peccato a miniſtris, aut in nouos alios permutari poſſe dixerit, anathema ſit. & iudicandus eſt. & diffinitum ex eod. Conc. ſeſſ. 7. de ſacrami. ingen. can. 13. quis neſciat inquit Innocen. in cap. fin. 11. diſt. aut non aduertat, id, quod a Principe Apoſtolorum Petro Romanæ eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur,ab omnibus debere ſeruari, quia omnes, qui ſacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis tenentur aſtricti. cap.quamquam.23. diſt,&c.

DE CRISMATE, ALIISQVE SACRAmentis, eorum retentione, & viſitatione.

CAP. SEXTVM.

SVMMARIVM.

1 *Eucharistiæ excellētia ex quibus cognoſcatur.*
2 *Criſma ſingulis annis, eſt conficiendum.*
3 *Criſma ex quo conficitur, quid ſignificat, & ad quid.*
4 *Oleum cathecumenorum quibus vſibus appropriatum ſit.*
5 *Clodoueus Primus Rex Franciæ oleo cælitus dimiſſo fuit vnctus.*
6 *Oleo infirmorum quando vtatur ſancta eccleſia.*
7 *Oleum eſſe conſecratū an ſit de eſſentia ſacramenti.*
8 *Sacramenta an omnia ſint neceſſaria homini accipere, aut aliqua uolūtaria.*
9 *Oleis conſecratis virtus additur.*
10 *Oleum non conſecratum, ſi addatur conſecrato, an conſecretur.*
11 *Criſma poteſt confici tempore interdicti.*
12 *Epiſcopus in quibus debet aduertere circa viſitationem horum ſacramentorum. num. 14.*
Vtens veteri oleo grauiſſime peccat. eo. num.
13 *Sacerdos accipiens pratiū pro conceſſione criſmatis grauiter peccat.*
15 *Sacrilegi in criſmate, & in aliis ſolent nefaria committere.*
16 *Sacramentorum abuſio eſt grauiſſimū peccatum.*

1 Sanctiſſimæ Euchariſtiæ excellentia, † ex eo magis ab aliis ſacramētis dignoſcitur, nā licet alia ſacramenta ſanctificādi habeant vim, tunc tamen, quādo quis illis vtitur, at in ipſa Euchariſtia ipſe Chriſtus ſanctitatis auctor,ante ipſius vſum eſt: memor. ſeſſ. 13. Cōci. Trid. de hoc ſacr. cap. 3. incontinenti cum ſacerdos illa verba protulerit.

hoc

hoc eſt enim corpus meum. cui dominus ſubiunxit, hoc facite in meã commemorationem. Luca. 22. ad quod demonſtrandum idẽ dicit Vrbanus IIII. Alia namq. quorum memoriam agimus, ſpiritu, menteq. complectimur, ſed nõ propter, hoc realem eorum prę ſentiã obtinemus. In hac vero ſacramẽtali Chriſti commemoratione Ieſus Chriſtus ſub alia quidem forma, in propria vero ſubſtantia eſt nobiſcum. clem. unica. de rel. & ven. ſanct. Ideo in tractando de ipſa in uno loco tantum dici voluimus, vt ſeparatim ad alia deueniretur. quod & ipſa practica viſitandi confirmari cõpertum eſt: quamuis Sum. Pont. ſub vno titulo de omnibus dixerit. lib. 3. decret. tit. 44. quare de criſmate. alijſq. ſacramentis, oleo ſcilicet cathecumenorum, item oleo infirmorum dicere hic reſtat, qua ratiõne retineantur, quæve attendenda ſint, ſed primo aliqua de ipſorum inſtitutione, ſignificationeq. iuxta ſolitũ dicamus.

2 † Idq. ante omnia memoria reducendum eſt. quod ſcribit Fabianus Papa, (qui fuit. 19. a beato Petro. an. domini. 242.) epiſcopis orientalibus in ſecunda epiſtola. repræhendens ipſos nõ conficientes criſma ſingulis annis: errant, qui talia excogitant, & mente veſana potius quàm recta ſentientes hæc dicunt. In illa enim die dominus Ieſus. poſtquam cænauit cum diſcipulis ſuis, & lauit pedes eorum (ſicut a ſanctis Apoſtolis, prædeceſsores noſtri accepetunt, & nobis reliquerunt) criſma cõ ficere docuit, ipſa enim lauatio pedum noſtrum ſignificat baptiſmum, quando ſancti criſmatis vnctione perficitur, & confirmatur. ſicut igitur ipſius diei ſollemnitas per ſingulos annos eſt celebranda, ita ipſius ſancti criſmatis confectio per ſingulos annos eſt agenda, et de anno in annum renouanda, & vetus criſma in ſanctis eccleſiis cremandum, iſta a ſanctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum accepimus, & vobis tenẽda mãdamus: hęc ſancta Romana eccleſia, & Anthiochena a tempore Apoſtolorum cuſtodit, hęc Hieroſolimorum & Epheſianorũ tenet, in quibus Apoſtoli præſidentes docuerunt, & vetus criſma incendi, & non amplius, quàm vno anno vti permiſerunt, meminit Grat. in cap. omni tempore de conſe. diſt. 4. & diſt. 3. cap. in litteris veſtris. nec ſine dicto criſmate ad baptiſmum ingredi licet. cap. nullus presbyterorum. ead. diſtin.

3 † eſt autem criſma tãquam alijs principalius, quod fit ex oleo deſignante nitorem conſcientiæ, & balſamo, per quod odor bonæ famæ denotatur. cap. 1. de ſacr. vnct. extrem. Pſalm. 44. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis, ex natura olei, & proprietate, cum ardens illuminet, & medicans ſanet, & aquis infuſum, perſpicuas eas redit, ſic, & gratia Spiritus ſancti, quæ flamma charitatis, & ſplendore ſapientiæ, animas illuminat ſua clementia, per ueniam peccatorum, vulnera ſanat, & admixtione virtutis ſuæ aquas baptiſmi ad effugãdas peccatorum tenebras veraciter illuſtrat. Gul. in ratione. lib. 1. cap. 7. quod balſamum ad id deputatum epiſcopi de facultatibus eccleſiæ ſuæ, emere debent. cap. ſtatuimus. 1. q. 1. poſtea certis precibus, cæremonijsq. diſtinctis cõficiendum, prout in Pontif. par. 2. adnotatum eſt, ex eoque criſmate poſtea benedicuntur fontes baptiſmales, calices, patenæ, conſecrantur eccleſiæ alta

ria,

ria, pueri in fronte, epiſcopi in capite, in manibus. eod. c. eſt expræſſum. Aliud
4 eſt oleũ cathecumenorum. † Quo pueri baptizandi vnguntur in pectore, ſcapulis, manuſq. præsbiterorum, cum ad ſacerdotium promouentur, quod etiã ſeruit ante conſecrationem eccleſię, vel altaris. In pectore enim cum inuocatione ſanctæ trinitatis, vt nihil mali latentis inimici, in eo remaneat, ſed mẽs eius confortetur in fide ſanctæ Trinitatis, & in ſcapulis, vt vndiq. muniatur, & roboretur per Dei gloriam ad bona opera facienda, & ipſum oleum cathecumenorum habens particularem benedictionem, vt dicit Gul. lib. 6. c. 74. nu. 21. in ſuo ration. & ſeruiens ad purgationem, & tutelam, & quo Reges, et Principes in ſinu, & humero ungun-
5 tur, idque ex antiquo receptum eſt. † Vnde legimus de Clodoueo primo Rege Franciæ in eius ſacratione, cum præfatum oleum de eſſet ſiue incuria miniſtrorum, ſiue alia ex cauſa, de cœlo phiola, ſeu ampulla olei per columbã ad manus Remigij Pontificis allata eſt, quo ipſe Clodoueus eſt vnctus, cęterique Reges Franciæ ſacrantur, ut refert Gul. bened. in ſua longa repetitio. cap. Raynuntius, in verb. duas habens, nume. 80. prima parte, fol. 17. deteſta. & Caſſan. in ſua glor. 5. parte, conſid. 31. fuerat enim ipſe Rex ex præcibus continuis vxoris, & ex miraculoſa victoria in Alemanos conſequuta ad fidem Chriſti conuerſus, inuocauerat Deum pro uictoria habenda, promittens ſe ad fidem reuerſurũ, numquam. enim Deus deeſt inuocantibus ſe, cum ſit fidelis ad omnes, Pſal. 110. & facit voluntatem timentium ſe. Pſal. 144. & Ioſue, cap. decimo, obediente do-
6 mino voluntati hominum. †. Eſt, & tertium oleum infirmorum, quo in mortis articulo, & periculo, ſancta Eccleſia infirmis conſtitutis vtitur, quod alio nomine unctio extrema dicitur, ex ipſa ratione, quia omnium ſacrarum unctionum, quas Chriſtus ſuę, eccleſiæ commendauit, vltima adminiſtranda ſit, ex quo, & ſacramentum vnctionis infirmorum, & ſacramentum exeuntium maiores noſtri dixerunt: vt in catechiſmo nouo Iuſſu Pij Quinti Pontifex Max. declaratum eſt, fol. 341. Iuxta Concil. Florent. producens ſanitatem mentis, & inquantum expedit, etiam ipſius corporis. Vnde Gulielm. eodem cap. 75. nume. quinto, ſicut mors hominis deſtruxit mortis authorem, ſic gratia quæ per unctionem morienti confertur, dextruit peccata, quæ ſunt cauſa mortis, quia per vnum hominem peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors ad Roman. capit. quinto, de quo ſacramento. Iacob. Apoſtol. in ſua cano. cap. quinto, inde dicit Auguſtin. ſermo. 215. de temp. quoties aliqua infirmitas ſuperuenerit, corpus, & ſanguinem Chriſti, ille, qui ægrotat accipiat, & inde corpuſculum ſuum vngat, vt illud quod ſcriptum eſt com pleatur, in eodem, dictum ſcilicet ip-
7 ſius Apoſtol. Iacob. cap. 5. † An autem de eſſentia horum ſacramentorũ, requiratur oleum eſſe conſecratum ab epiſcopo, & dicitur quòd ſic ex vniuerſali uſu eccleſiæ. eodem cap. primo, Dominic. Sot. in 4. diſtinct. vigeſimatertia. quæſtion. prima. artic. 3. cap. illud. 95. diſtinct. vbi ad ſolum epiſcopum, in cap. ſi jubet. 26. quæſtio. ſexta, & capit. vbi præsbiter numquàm

criſma conficiat, & exinde naſcitur a-
pud aliquos dubium, ſi poſſit conſe-
crare ſimplex ſacerdos ex commiſſione
Papæ, contra alleg. text. idem domini.
Sot. eod. libr. diſtin. 7. quæſt. 1. art. 11.
ex multis concludit, quòd ſic, ſcilicet
de adminiſtrando criſmate in fronte,
ergo, & de conficiendo, ut infra de ſa-
cra. confirm. dicam. Idq. conficiens epi
ſcopus caueat, ne aliquid accipiat. cap.
ſtatuimus. 1. quæſt. 1. remouendo abu-
ſionem præsbiterorum portandi ali-
quid, cum accipiunt ea ſacramenta, vt
8 in multis opus eſt reformari. † De pri-
mo igitur redditur ratio. Namque ſa-
cramentorum, licet omnia ſint neceſ-
ſaria ad ſalutem in eccleſia Dei; tamẽ
quo ad nos ad accipienda illa, quædam
voluntatis, quædam omnino neceſſi-
tatis, de quibus eſt tex. in cap. ueniẽs,
de tranſact. notata gl. eiuſd. cap. Abb.
in cap. quanto. num. 4. de conſuet. gl.
in cap. remiſſionem, 1. quæſt. 1. & cap.
ſi iuſtus ead. quæſtio. in neceſſariis re-
quiritur ſanctificatio ad ſollemnitatẽ,
non autem ad neceſſitatem, ſicuti de
baptiſmo, quem aliquando, in caſibus
neceſſitatis in aqua pura adminiſtra-
mus: ſed in his quæ ſunt perfectionis
requiritur ſanctificatio materię ad ſol-
lemnitatem, & neceſſitatem, vt in criſ-
mate, & in aliis oleis prædictis conſe-
crandis. Aſtenſ. lib. 4. de ſacr. confirm.
ar. 3. vnde dixit Inn. in eod. c. 1. de ſacr.
vnctio. ꝙ qui fuit vnctus ſimplici oleo
9 iterum ſancto criſmate liniatur. † Ex
quibus oleis conſecratis maxima pro-
uenit virtus, & uis, cum ex eorum vn-
ctione multos legatur ſanatos ab Apo-
ſtolis. Marc. cap. 6. dom. Card. Hoſ. de
ſac. extrem. unct. cap. 49. fol. 274. nã
ſi primo, quàm verba proferantur non
ſunt ſacramenta, accedat verbũ ad ele-
mentum, & ſic fit ſacramentum. dicit
Auguſt. de ſacr. baptiſ. in cap. detrahe
verbum. 1. q. 1. ſunt etenim verba ne-
ceſſaria. in cap. ſic autem. in gloſ. ead.
cauſ. etq. quia in verbo aliud eſt ſonus
tranſiens, aliud virtus manens, de ipſis
plura leguntur in Concil. Flor. ſub tit.
de ſacra. nouæ. leg. vbi effectus cuiusli-
bet ſacramenti narratur, per Gul. citato
cap. 74. & in Conc. Tri. ſeſſ. 7. in proę.
per ſacramenta omnis vera iuſtitia, vel
incipit, vel cœpta augetur, vel ammiſſa
10 reparatur. † Quibus cõſecratis ſi aliud
oleum non conſecratum addatur, om-
ne fit conſecratum. arg. c. quod in du-
biis. de conſecr. eccl. vel alr. quia liquo-
res mixtione confunduntur. Abb. in eod.
c. & eſt cõmunis opinio, ſicut de aqua
benedicta dicimus, cui ſi addatur non
benedicta, vtraque remanet benedicta,
per eundem tex. c. quod in dubiis. ſum.
in verb. aqua. non tamen de uino addi-
to ſacramento altaris. c. cum Marthæ.
§. quæſiuiſti. verſ. præterea. de celeb.
Miſſ. vbi omnes not. & S. Thom. 3. par.
q. 77. art. 8. ſyl. in verb. aqua. nu. 3.
Abb. in prælleg. cap. quod in dubiis,
quia differt inter conſecrationẽ, & ſan-
ctificationem. Gul. in ration. lib. 6. cap.
11 75. num. 12. rationem aſſignat. † Nec
horum ſacramentorum confectionem
in die Cœnæ Domini impedit genera-
le interdictum, nam cum, & eo tem-
pore vti poſſimus, fortius videtur per-
miſſum confici. cap. quoniam, de ſent.
excom. lib. 6. licet non pulſatis campa-
nis, & alta voce, vt doct. ibidem dicũt.
Hoſti. in cap. permittimus, eod. titu.
Abb. in cap. quod in te. de pœniten. &
remiſ. quamuis non omnibus poſtea
vtamur, nam, & oleum infirmorũ non
miniſtratur.

miniſtratur. Couar. in cap. alma mater
2. part. §.2. & 3. de ſent. excom. lib.6.
infra lib.2. cap. 32. nu.3. de eodem eſt
12 verbum repoſitum. † In his igitur vi-
ſitandis, id principaliter examinet epi-
ſcopus, ſi ſacerdos aliquis (extra ca-
ſum neceſſitatis) de veteri oleo uti au-
ſus fuerit, nam pro tantæ temeritatis
auſu, in ſui ipſius damnationis profert
ſententiam. de conſ. diſt.4. cap. ſi quis
de alio. gl. in cap. quoniam, de ſenté.
excom. lib. 6. quia venit cõtra antiquiſ-
ſimam conſtitutionem eccleſiæ. ſupr.
num. 2. is enim dicitur caſus, neceſſi-
tatis, quando imminet mors, ſic dicit
tex. eiuſd. cap. ſiquis, ibi, niſi præoc-
13 cupante morte. † Vel ſi prætio alicui
conceſſerit grauiſſime puniatur. cap. ſi
quis. 1. q. 3. c. placuit. cum c. ſeq. ead.
cauſ. q. 1. ſed quisq. a proprio epiſcopo
accipiat per ſe, aut alium eiuſdem or-
dinis, non per minorem clericum. cap.
præsbiteri. de conſ. diſt.4. quod facit
contra parochos hodiernos, qui ad ac-
cipiendum raro mictunt alium ſacer-
dotem, ſed clericum etiam primæ ton
ſuræ, quod aduertendum eſt, deteſtan-
do quorundam ſacriſtarum abuſum,
qui Archipræsbiteris, plebanis, cæte-
risq. de prouincia, ſeu diœceſi ad ipſo-
rum petitionem accedentibus, non ali-
ter, niſi ouis, aut pecunia, aut etiam
oleis acceptis cõcedant: quod, & vtrũq.
in priori, & poſt modum in hac eccle-
14 ſia reformari duximus. † Atque ad-
notetur in quibus vaſibus aſſeruentur,
ꝙ ſint argentea, vbi facultates eccleſiæ
ſuppetunt, vel ſaltem ſtannea, bene coo
perta, & cum inſcriptione ſua de oleo,
quod in vnoquoq; vaſculo continetur,
ne in adminiſtratione cõfuſio eueniat,
errorq. ſuccedat vnum pro alio admi-
niſtrando, in loco honeſto, & decenti
recondatur, non tamen in tabernaculo
ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, vbi nihil præ-
ter ipſam ſtare debet, nec patiatur ea-
dẽ tria vaſa ſtare vnita, ſed vas olei infir
morum omnino ſeparatũ ab aliis. po-
teſt tamen ferri, quod in multis ſerua-
tur eccleſiis, vaſa criſmatis, & olei ca-
thecumenorum eſſe iuncta cum bom-
bici, mixtim cum oleo. quæ tamen re-
tineatur debita ſollemnitate, omni ma-
cula purgata, & ſub clauibus fideliter
cuſtodiantur. præpoſitumq. bonæ eſſe
opinionis, ne quid ſordidum, & inde-
cens ſuccedat, alias grauiter puniatur,
15 cap. 1. de cuſtod. Euch. † Et ibidem
Abb. in prin. dicit eſſe vigilandum ne
cum iſtis ſacramentis ſacrilegi aliqua
nefanda præſumant exercere. quos,
ſæpe punitos miraculoſe viſum eſt, re-
citat Ioan. Andr. in rub. de celeb. Miſ.
Paul. Grill. in ſuo tract. de ſortileg. &
experientia uidimus in multis, quorũ
facta melius eſt tacere, ſed pena alios
deterret, quæ exinde eſſe debet publi-
ca, cum publice ſcandalum ortum eſt,
inſurgat prelatus cõtra hos nepharios
homines. Nam Balthaſar Rex Babylo-
niæ nocte interfectus eſt propter pro-
phanationem vaſuum apportatorum a
templo Hyeruſalem: c. ueſtimenta cum
glo. de conſecr. diſt. 1. quia pro talibus
præſumptionibus dominus iratus pla-
gas mictit, populo ſuo, in c. in ſancta
16 Apoſtolica. ead. di. † Nempe horum
ſacramentorum abuſio grauiſſimum
eſt peccatum. Abb. in cap. 2. & per tot.
de ſortil. & ſi inuocatio demonũ ad ea,
quæ ad ipſos minime pertinent inter-
ueniat, hæreſis crimen incurritur, ple-
ne not. Grill. eod. trac. quæſt. 10. nu.
15. idque ſummopere curandum eſt,

cum aliqui ſimplices ſacerdotes, a quibuſdam, vetulis maxime multis perſuaſionibus ducantur, vel aliquid olei conſecrati, ſub ſpecie boni committendi concedant, vel etiã ipſi aliquas preces nepharias admiſceant, ut eod.not. trac. in fin. per quat. vlt. qq. differitur. ideo bonum eſt in hoc caſu addere pęnam excommunicationis latę ſentẽtię, ne ad alium vſum pręter inductum a ſancta eccleſia, quis eis vtatur, & cum quid euenerit, ſeueriſſime in eum inuehat, & vt alij terrore commoti a ſimilibus etiam in cogitatu arceantur: & hic eſt vbique vnus de caſibus epiſcopo reſeruatis, ordinando inſuper, ꝙ ipſa vaſa ſint benedicta ab epiſcopo, vt in Pont. fol.164.& cum ad baptiſmi fontem deferuntur, ſit ſacerdos cum ſuperpellicio,& ſtola indutus, vt reuerentiam in omni actu exerceat, ſicut infra de ipſis exercẽdis expræſſius dicemus.

DE FONTIBUS BABTISMALIBUS.

CAP. SEPTIMVM.

SVMMARIVM.

1 *BAptiſmus eſt neceſſarius ad ſalutem.*
2 *Baptiſmus duo requirit.*
3 *Aqua circa quatuor ſolet benedici.*
4 *Aqua fontis baptiſmalis conſecratur oleo vnctionis.*
5 *Aqua fontis baptiſmalis nõ eſt ſacramentum, in quo admoneatur populus. nu.6.*
7 *Aqua quæ dicatur ſanare.*
8 *Aqua dicitur cauſa inſtrumẽtalis noſtræ regenerationis.*
9 *Baptiſmus conuenienter fuit inſtitutus in aqua, & quare.*
10 *Sacerdos non debet baptizare niſi ex aqua benedicta.*
11 *Laicus an poſſit baptizare in aqua ſanctificata.*
12 *Pueri ſunt cito baptizandi, vbi multa de ipſis notantur.*
13 *Circumciſio fuit figura baptiſmi.*
14 *Ioannes Baptiſta, quomodo dicebatur baptizare.*
15 *Baptiſmus Ioannis an fuerit neceſſarius, & in quo differat a baptiſmo Chriſti.*
16 *Fontes baptiſmales quales eſſe debẽt. Fons baptiſmi tenendus eſt in omni eccleſia curata. nu. eod.*
17 *Cõpatres quot poſſint eſſe in baptiſmo.*
18 *Liber baptizandorum debet confici, et qualiter.*
19 *Cognatio, quæ contrahatur in baptiſmo.*

1 BABTISMVS Ianua omnium ſacramentorũ.† Neceſſarius ad ſalutem, ſeſſ.7. in Concil. Trident. de baptiſm. cano. 5. cap. maiores, eod. titu. niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnum cęlorũ. Ioan.3. hoc eſt inſignitus carathere

charactere ſancti baptiſmi, mæreatur ingredi cęleſtem aulam, quæ ſancta ſanctorum dicitur: firmiſſime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum viri, & mulieris concipitur, cum originali peccato naſci, impietati ſubditum, mortiq. ſubiectum, & ob hoc naturaliter iræ naſci filium, de qua dicit Apoſt. eramus enim natura filij iræ, ſicut, & cæteri, a qua ira nullus liberabitur, niſi per fidem mediatoris hominis Ieſu Chriſti. cap. 3. de conſec. diſtin. 4. & ſunt verba Auguſt. & in cap. cathecumenum. ead. diſt. quamuis aliter bonis operibus defunctum vitā habere non credimus. vnd. Mat. c. 16. qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit: quia cunctis hominibus baptiſmus neceſſarius ad ſalutē, inde ſancta eccleſia. ead. ſeſſ. 7. can. 5. ſi quis dixerit baptiſmum liberum eſſe, non neceſſarium ad ſalutem anathema ſit.

2 † Nec miſterium deeſt, cum duo ſint neceſſaria ad baptiſmum, aqua, & uerbum, ex quibus fit ſacramentum, c. fi. de baptiſm. fit ſacramentum, cum verbum accedit ad elementum, ſi detrahis verbum, non erit ſaccamentum. 1. q. 1. c. detrahe. vbi ſubdit Auguſt. unde iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo, aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manēs. qui enim ſine inuocatione trinitatis merſus fuerit, ſacramentum regenerationis non habet. cap. in ſynodo. de cōſec. diſt. 4. renaſcitur homo ex aqua viſibili, ſacramento, & ſpiritu inuiſibili. ead. diſt. in prin neceſſarium eſt viſibile ſacramentum aquæ ad ablutionem viſibilis corporis, ſicut neceſſaria eſt doctrina inuiſibilis fidei, ad ſanctificatio-

3 nem inuiſibilis animæ. † Aqua enim ex quatuor ſolet benedici. Gul. in ration. lib. 4. cap. 4. circa fin. circa purgationem, & non eſt in uſu, in dedicatione eccleſiæ, & altaris, & ab epiſcopo tantū. Tertio quia in eccleſia aſpergimur, quæ ſale miſcetur, quia per aquam cōfeſſio, ex ſale amaritudo denotatur, ex aqua populus aſperſus ſanctificatur. de conſ. diſt. 3. cap. aquam ſale. & cap. nec quemquā, diſt. 4. ſingulis dominicis in eccleſia vtendo, quarto benedicitur aqua baptiſmi, quæ, & ſine uerbo ſacramenti remanet benedicta, & ſacra glo. in eod. cap. 1. de conſecr. diſtin 4.

4 † Nam & criſmatur addito oleo myſticæ vnctionis, per cuius admixtionem vnio Chriſti, & eccleſiæ ſignificatur, quia Chriſtus eſt criſma, aqua populus, & exinde effectus baptiſmi magis declaratur, quod non ſemper, ſed certis ſollemnibus diebus fit, vt in uigilia Reſurrectionis dominicæ, & in vigilia Pēthecoſtes, iuxta conſuetudinem eccleſiarum, & inſtructionem parochorum ex catechiſmo nouo, Rō. fol. 213. Gul. in ration. lib. 6. cap. 106. per dationem Spiritus ſancti, quia in baptiſmo, & ſepulturam Domini repræſentamus, & eius mortem, a qua baptiſmus plenam

5 recipit efficaciam. ibid. nu. 2. † Aqua igitur ſic benedicta non eſt ſacramentū, ſed ſanctificatio, & purificatio. eod. cap. aquam ſale, cui tunc virtutem eſſe tributam cognouimus, cum ipſe Chriſtus dominus noſter a Ioanne in Iordano flumine voluit baptizari. Matth. c. 3. ſed fit ſacramērum cum verbum accedit ad elementum, per ſupradicta, quia aqua ſine prædicatione dominicæ crucis ad nullos vſus futuræ ſalutis eſt, cū vero ſalutaris fuerit crucis myſterio cōſecrata, tunc ad vſum ſpiritalis lauacri,

 & ſalu-

& ſalutaris poculi temperatur. confert enim aquæ baptiſmus ad Dei cultum, quia impletur, quod Deo placuit, & quia regenerato ex aquis, & Deo renato fragilitas prioris natiuitatis, quę per hominē facta eſt amputatur, & ſic per-
6 uenitur ad ſalutem. † In quo eſt diligenter aduertendū, vt excludatur opinio eorum credentium aquam ſolitam aſſeruari in fonte baptiſmatis eſſe proprie ſacramentum, quod vtiq. eſt falſum, ut ex ſupradictis colligitur, & ex S. Thom. concludunt omnes. Domi. Sot. in 4.diſt.1.q.6.ar.1.fol.139.& in id vulgum errare ſæpè conſpeximus, eſt tamen res ſacra, ſed non ſacramentum, niſi in prolatione vltimę ſyllabæ formæ traditæ, pro adminiſtrando ipſo ſacramento, dicit gloſſ.eiuſd. cap. 1.
7 de conſ. diſt. 4. † Et licet aqua multipliciter dicatur gloſſ. in cap. omne crimen, de conſ. diſt. 2. tamen ſecundum Beatum Ambroſiū, aqua illa ſanat gratia Chriſti, non omnis. de ſacr. lib. 1. cap. 5. ideo benedicitur aqua baptiſmalis oleo vnctionis. domi.Card.Hoſ. contr. Brent. lib.3.fol.285.& cum maxima ſignificatione: ſicut de aqua, quę additur ad ſacramentum altaris dicimus, & quia ex teſtimonio patrum credimus ſic Chriſtum feciſſe in illa ſancta cęna, & quia conuenit repræſentationi dominicæ paſſionis, cum ſanguinem, & aquam ex eius latere exiſſe teſtetur Ioann. cap. 19. primum probatur. de conſecr. diſtin.2. cap. 4. aliud. cap.3. cum ſeq. item, & de vnione populi ad Chriſtum.c. cum omne, cum gl. ead. diſt. In Conc. Triden. ſeſſ. 22
8 de ſacrific. Miſſ. cap.7. † Hæc igitur aqua inſtrumentalis dicitur cauſa regenerationis noſtræ, de qua Ezech.cap. 36. effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, do. Card. Hoſ. de baptiſ. cap. 34. in princ. ideo eam veram, & naturalem eſſe de neceſſitate baptiſmi eccleſia ſancta declarauit. ead. ſeſs. de baptiſ. can. 2. ſi quis dixerit aquam veram, & naturalem non eſse de neceſsitate baptiſmi, anathema ſit, cum ipſa aqua elementaris cōgruat ſignificationi, baptiſmiq. effectui, & viui, cum ſit frigida, & lucida, communis, & neceſsaria, & baptiſmus dicitur ad reprimendum æſtum concupiſcentiæ, ad flectendum rigorem inobediētiæ, ad illuſtrandum claritatem fidei, & ad introducendum in viam ſalutis. dom.Card.ar. cęl. de bapt. cap. 11. ex
9 Scoto. in 4. diſtin. 3. q. 3. † Ideo fuit cōuenienter in̄ aqua inſtitui baptiſmū, & propter eius prædictas proprietates, & cum ſit communis apud omnes gentes, pauperes, & diuites, nec quis ſe excuſare poteſt, ex eius carentia, doct. in 4. diſt.3. ar.1.& 2.part.q.1.eſt.n. aqua ſatis vtile elementum apud omnes nationes. unde dixit Plin. de natur. hiſtor. lib. 31. cap. 1. omnes vires terræ ex aquæ beneficio procedere, ſic de ſcriptura ſancta dicimus. pſal.31. Verumtamen in diluuio aquarum multarum ad eum non appropinquabunt, ſuper quo Auguſt. quid eſt diluuiū aquarūm multarum, multiplicitas viarum doctrinarum, quia vna eſt ſancta Dei ſcri-
10 ptura, vna Dei aqua, &c. † Sacerdos itaq; non debet ex alia aqua, quàm benedicta (extra tñ neceſſitatem) baptizare, alias grauiter peccaret, omictēs cæremonias eccleſię, quæ certas præces, certoſq. ritus induxit in adminiſtratione ſacramentorum, quos adhiberi cōſuetos

ſuetos,ſi contẽnat anathema iudicādus eſt.iux. pręſcriptum, ſacr. Conc.Trid. ſeſs.7.de ſacr.in gen. can.3.quas ſignificationes aquę in fonte baptiſmi declarat optime Gul. in ration.lib.6.cap.82.
11 † Quod, & idem dicimus de non ſacerdote baptizante in aqua ſanctificata, quæ licet conferat baptiſmum, peccat tñ, niſi neceſſitate ductus ex carentia alterius aquæ id feciſset. Ang. baptiſmus.5.nu.12.c.conſtat.de conſ.diſt.4. nam & ſi laici poſſunt, non tamen nulla imminente neceſſitaté.ead. diſt. cap. in neceſſitate.& ne quis exeat ex hac vita ſine ſacramento iſto. & mulieres, et pagani conferunt,quando in forma tradita a ſancta eccleſia vtātur, cum ea intentione: per ipſam doctrinā patet,cū ſit ſacramētum neceſſitatis,merito permiſsum per abſentiam ſacerdotis proprij miniſtri, a quocumque conferri
12 poſſe.† Sunt autem pueri ducendi ad eccleſiam. ad accipiendum ſacramentum de ſacro fonte,quàm primum ante nonum diem. non autem in domibus priuatorum clem.1. de baptiſ. niſi neceſſitas, & mortis caſus immineant. & in filijs Regum, & poſt modum in eccleſia ſeruentur reliquę cęremoniæ, iux. ritum ipſius ſanctæ eccleſiæ, neq; aliquod remedium ſine baptiſmo pueris adhiberi poteſt,do.Sot.in 4. diſt.5. quæſt. vnica.ar.2. cauendo diſputationem Ambroſij Catharini epiſcopi Minorenſis, Petr.de Soto de inſtit. ſacerd. de baptiſm. lect.6.circa fi.ad quæſt.vero quare filij nati ex parentibus baptizatis debeant,& ipſi baptizari, alias nō ſunt ſalui. reſpondet Auguſt. in cap. ſi baptizata. de conſecra. diſt.4. quia ex immundo patre naſcitur immundus, & licet parenti poſt conuerſionem propria peccata nō ſunt nociua, tamē illis obſunt, qui ab eo generantur, parenti propter hoc non obſunt,quia renatus eſt,illis autem,qui de illo nati ſunt,niſi eodem modo renaſcantur,quæ a parente contracta ſunt oberunt, quia etiā innouatus eſt pater, non de natiuitate ſed de reliquiis vetuſtatis carnaliter gignit, & filij ex reliqua parentum vetuſtate carne propagata peccati dānationem ſacramento regenerationis euadunt: ſed qua pęna puniantur propter baptiſmum non ſuſceptum, cum non habeant peccatum actuale.dom. Card. eo.cap.firmiſsime.carent gratia, & habent pęnam damni ęternalis: ſed non pęnam ſenſus,nec habent dolorem,aut afflictionem interiorem ex eo, quia de Beatitudine poteſt haberi duplex cognitio,naturalis,& ſuper naturalis,animæ autem puerorum ſine baptiſmo decedentium vadunt in limbum,habētes cognitionem naturalem,quia intrāt medium cognoſcendi intellectuum ſeparatorum, vnde cognoſcunt bonum naturale,ſed non id bonum, quod ſancti poſſident in cœlo, ſed id, quod per naturam habetur,poſſident, aſq. dolore,exiſtente eis ea ſcientia naturali,quā numq. aliquis philoſophus in mundo habuit: cognitio naturalis nobis ſupplantatur per fidē,quę eſt de gloria, & & fruitione ſanctorum in cælo, quàm nec oculus vidit,nec auris audiuit.1.ad Cor.2.pueri in limbo nec fidem de beatitudine in actu habuerunt, nec ſacramenta fidei ſuſceperunt,nec per reuelationem ergo nec dolent de carentia, cū nemo doleat de eo, quo ſe priuari neſcit. dicūt Theologi, reaſſumit ex doct. Caſſan. in ſua glor.mund.3.part.conſi
13 der.43.† Vnde nō differendus eis baptiſmus,

q.3. num.33. quòd ſit lapideus, vel ſaltem æneus ſtaneatus, inquirendo, ſi caute, & nitide obſeruetur, ne ſint in eo ſciſſuræ, ſit in loco conſpicuo, non impediat locum, recte, & firmiter clauſus, clauis in tuto loco cōſeruetur, aqua renouetur diebus ſollemnibus ſtatutis, vt ſupra fuit dictum, & prior ponatur in ſacrarium, & ſit vaſculum pro bapti-
17 zandis, & illud decens. † Adſit liber baptizādorum, & videatur quomodo ſcriptus, ſi contineat annum, menſem, & diem, cuiuſq. baptizati nomen, & cognomen, eiusq. patrini habeat, qui, & ſponſor, ſeu fideiuſſor appellari ſolitus eſt, cuius fidei, & prudentiæ baptizatus committitur, a quo Chriſtianæ religionis præcepta haurire posſit, ad quod, & ipſe patrinus ex lege ſe abſtrictum eſſe intelligat, & ſi ad hoc idoneus non eſt, vt quia nō ſit inſtructus fidei rudimētis, vt ſaltem ſciuerit ſymbolum Apoſtolorum, orationem dominicam, & ſalutationem Angelicā, non admittatur. Cum enim ipſe ad hoc tenetur, & neſcit, quomodo ſaluti aliorum conſulere poteſt, ſi etiam ſuæ deeſt. argu. text. cap. ſicut hi. §. neceſſe. 47. diſt. gl. in c. in baptiſmate. de conſecr. diſt. 4. et ſi nomen parentum ipſius pueri cuiuslibet etiam contineat: atque alterius, itē ſi parochus ad aliam eccleſiam deputatus tranſierit, ſucceſsori ſuo librum conſignet. iuxta etiam dicta in ſynod. Mediol. prouin. ſub ampliſsimo Dom. meo Dom. Cardin. Borromeo. part. 2.
18 tit. 2. † Nec præter vnum tantum, aut ad ſummum duos compatres, ſeu patrinos ad leuandum puerum de ſacro fonte admitti ordinet ex præſcr. eiuſd. Concil. Trid. ſeſs. 24. de reform. matri. cap. 2. ad remouendum quorūdam locorum abuſum, obſeruatum uſque nunc, vt non ſolum tempore baptiſmi plures vnius efficiebantur patrini, ſed etiam per octo dies expectabantur ad tangendum linteamē album, ſic populus currebat ad ſimilia digna omni reformatione: debet etiam parochus docere ipſum patrinum leuantem puerū de ſacro fonte exinde, quam cognatio-
19 nem ſpiritualem contraxerit. † Namq. inter ipſum, & baptizatum ipſum, & illius parentes, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem, ſpiritualis cognatio contrahitur, prohibito inter ipſos matrimonium contrahi, contractumq. dirimi. eod. decr. cap. 2. ſeſs. 24. cautum eſt, ad cuius declarationem eſt videre conſtitutionem Pij V. Pont. Max. in c. cum illius. 1566. an. 1. in princ. & §. nos piarum. Mart. Nau. in ſuo Man. cap. 22. nu. 36. cum trib. ſequen. licet non referat ipſam conſtitutionem, aduertit tamen parochum, & bene, num. 40. vt quando puer baptizatur in domo propter neceſsitatem ſine ſollemnitate, ſed tantum cum aqua elementari, tunc contrahi compaternitatem, ſeu cognationem ſpiritualem prædictam, non autem, quando ducitur ad eccleſiam, ad exorcizandum, & ungendum criſmate, quia tunc non eſt ſacramentum, ſed res ſacra, vt ſupra nos diximus. aduertendo item, quomodo ipſe actus ſit ſcribendus in libro, & hæc poſſunt declarari parochis in viſitatione fontis, cętera verò ad complementum materię baptiſmi infra ſuo lib. de ſacram. latiſsime dicemus.

DE RELIQVIIS SANCTORVM, IPSArum Veneratione, & Viſitatione.

CAP. OCTAVVM.

SVMMARIVM.

1 *HOMO eſt compoſitus ex duplici ſubſtantia.*
2 *Adorationis tres ſunt ſpeties, & quę.nu. 5. & 6.*
3 *Latria cultus eſt triplex.*
4 *Latria cui debeatur.*
6 *Papę qui cultus debetur.*
7 *Deus quare voluit ſanctos ſuos honorari.*
8 *Reliquię ſanctorum ſunt uenerandę ex antiquiſſima inſtitutione.nu.9.*
10 *Theodoſii Imperatoris humilitas in veneratione reliquiarum.*
11 *Sanctum venerari cum non ſit prohibitum eſt.*
12 *Corpora ſanctorum an liceat transferri.*
-13 *Reliquias portare ſupra an liceat.*
14 *Epiſcopus viſitans reliquias de quibus inquirat.*

CVM frequentius in eccle-
ſiis maxime cathedralibus
reliquiæ repoſitæ ſint, ſub
quibus etiam ad honorem
Dei ipſe eccleſiæ dedicatæ ſunt. Ideo ne
in ipſarū cultu aliquis abuſus oriatur,
breuiter uidendum eſt, ad quæ epiſco-
pus viſitans diligens eſse debeat, ſed
primo aliqua ad cognitionem, & in-
1 ſtructionem præmittenda ſunt: † Il-
ludq. ante omnia, quod recenſet lib. 4.
Damaſcen. quod homo ex duplici ſub-
ſtantia compoſitus eſt, intellectuali, &
ſenſibili, ꝙ & Apoſt. 2. ad Cor. 4. quem
refert Mar. Nau. 1. præl. ſui Man. nu. 7.
verſ. 4. dicit hominem interiorem par-
tem intellectiuam, & ſic principaliorē,
hominem vero exteriorem partem ſen
ſitiuam ex tho. ſup. eod. 4. c. declarante
ſic duplicem offerimus Deo in eccleſia
adorationem, ſpiritualem, & tempora-
lem, ſeu corporalem, prima conſiſtit in
interiori mentis deuotione, ſecunda in
corporis humiliatione, & genuflexione
proſtratione, & alijs ſignis. dom. Card.
de Tur. Crem. in ſum. eod. lib. 1. c. 35.
2 circa finem. † Item Adorationis tres
ſunt ſpeties, latria græce, latine cultus,
Deo debitus, vel exhibitus, ſeu voluntas
impendendi Deo cultum diuinum, &
debitum, qui nulli alio debetur, idem
dom. Card. de conſecr. diſt. 3. cap. vene-
rabiles. de quo Apoſtol. in ſua prior. ad
Thimot. cap. 1. Soli Deo honor, & glo-
ria. & Iſai. cap. 42. in perſona domini
honorem meum nemini dabo namq.
adoramus Deum diligendo ipſum ſu-
per omnia, credendo in eum, ſacrificia
illi offerendo, & ſuper omnia reueren-
tiam. Archid. eod, cap. venerabiles. Qui
3 etiam cultus. † Eſt triplex, cordis, oris,
& operis. cordis dicitur interior, cum

toto

toto affectu,& ſtudio,& plus eſt,quàm adoratio,& requirit tria, fidẽ, ſpem, & charitatem ſecundum Aug. in Enchy. oris dicitur vocalis confeſſio,& profeſſio Maieſtatis Diuinæ, quàm fideles facimus frequenter,orando,laudando,et pſallendo: Apoſt.ad Rom.10.prope eſt verbũ in ore tuo,& in corde tuo; corde credit᷑ ad iuſtitiã, ore autẽ confeſſio fit ad ſalutẽ: operis dicitur, cũ quis opere recognoſcens, dicit.Tu Solus Domin⁹, ex parte noſtra genuflexione,& proſtratione.Iſai.cap.45.Mich.cap.6.curuabo genu Deo excelſo.ad Eph.cap.3. flecto genua mea, ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti:(de quo infra eod.lib.cap. 20.nu.8.& 9.) tantũ Deo debito ipſo cultu.vt ſupra.Auguſt.lib. 10. de ciuit. Dei.cap.13.S.Thom.contra gentes.lib.
4 3.cap.120.† & hæc latriæ adoratio debetur etiam hoſtię rite conſecratæ, carni Chriſti, humanitati Chriſti, vt verbo vnitæ,cruci Chriſti,in quantum repræſentat figuram Chriſti extenſi in ipſa cruce,B.to.3.part.quæſt. 25. ar.4. optime Florent.in 3.tit. 12.cap. 9.§.5. vnde verſus.

Effigiem Chriſti cum tranſis pronus adora.

Non tamen effigiem, ſed quod deſignat honora.

Et ſic omnibus alijs myſterijs paſſionis eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti:toti Trinitati unica adoratione,quia vnitatem in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneramur. Athanaſ. in ſymb.
5 de ſan.Trini.† Secunda ſpecies dicitur dulia, ſeruitus conueniens creaturis, qua ſanctos veneramur, latria debetur domino,dulia ſeruo,latria,qua Chriſtũ ueneramur,dulia mundum.gl.de conſ. diſt.3.cap.per latum.Archid. eod. cap. venerabiles.& not. in cap. licet tam de ſer. exhibetur creaturæ ex eo, ꝙ participat diuinam dignitatem, potentiam, ſapientiam, vel bonitatem, licet dulia poſſit etiam capi tribus modis,proprie communiter, & communiſſime. hoc eſt generaliter, & generaliſſime dom. Card.Aracæl.de præcept. diu. c. 7. alia glo.ad primum.in cap.2.in verb.in de-
6 uotionis de offic.ord.lib.6.† Tertia dicitur hypdulia, potiſſima pars,& ſpecies duliæ, & maior cultus conueniens creaturis,ex vnione ad Deum, quę debetur glorioſęVirgini,vt Chriſti matri, licet ratione ſui debeatur dulia. hancq́. hyperduliæ venerationem non nulli ſanctiſſimo domino noſtro Papæ tribuunt, cui omnes fideles proſternuntur ad pedum oſcula, non ratione ſanctitatis perſonalis,ſed quia eſt vicarius Chriſti in terris: & exinde dicit idem dom.Car.eod.cap.7.factum eſſe quod portat crucẽ inſandalijs offerens alijs oſculandã, tamquã gerens locũ crucifixi, & cui ſuperbiſſimi tyrãni diademate depoſito ad pedes oſculãdos ſe inclinãt:in quo diuina maieſtas crucifixi clareſcit frater Chriſtoph.a cap.font.intra.defenſ.fid.c.11.& ipſe sũmus Pōtifex offert libenter, vt ea humilitate cũcti a ſe benedicantur.(hocq́. maxime prędicamus de Beatiſſimo Papa noſtro Domino Gregorio XIII. Pontifice maximo,cuius rei nos ipſi teſtes ſumus, q anno. 1577. dum eccleſię Rauellenſi præſideremus,pro negocijs eccleſiæ ad Vrbem Applicantes, pluries ſanctiſſimos eius pedes oſculati ſumus, cum maxima ipſius Pontificis humanitate, & hilaritate,cui Deus vitam concedens omnem tribuat felicitatem, & iterum hoc anno.1581. & prędicta patent per domi.

domi.Pauin.2.part. quæſt.10.nu.112.
cum ſeq. de uiſit. Dom. Cardin. Hoſi.
7 in libro Confeſs.cap.18.fol.384.† Vo-
luit. enim Deus omnipotens, ſanctos
ſuos a nobis, & rogari, & venerari. qui
per fidem vicerunt regna, operati ſunt
iuſtitiam, & adepti ſunt repromiſſio-
nes, ad Hebr.cap.11. & hoc ex triplici
cauſa, & propter noſtram inopiam, &
propter Dei reuerentiam,& propter ip
ſorum ſanctorum gloriam, & honorẽ.
S. Thom.2.2.q.85. ar. 4.Bonau. in 4.
diſt. 45. qui in ſuis reliquiis, & veſti-
bus venerantur, ex quo carnibus nunc
ſanctis ipſę ueſtes adhæſerunt. Auguſt.
8 de Ciuit. Dei. lib.1.† Vnde inquit ſan
cta ſynod. Triden.ſeſſ.25. de Inuo. ve-
ne. & reliq. ſanct. & ſacr. imagin. poſt
prin.ſanctorum quoque martyrum, &
aliorum cum Chriſto viuẽtium ſancta
corpora, quæ viua membra fuerunt
Chriſti, & templum Spiritus ſancti,ab
ipſo ad æternam vitam, ſuſcitanda, &
glorificauda,a fidelibus venerãda ſunt:
namq. per ipſa a Deo multa beneficia
hominibus præſtantur. ſunt enim ipſi
promptuaria Dei, & pura Chriſti,habi
tacula, Spiritus ſancti immaculata ſpe
9 cula in Conc.2.Nicęno.3.ſeſſ.† nec eſt
nouum inſtitutum, ſanctorũ reliquias
venerari, ſed antiquiſsima conſuetudi-
ne eccleſiæ firmatum, vti demonſtrat.
Domi. Card. Hoſius de ſpe, & orat. c.
58. fol. 397. adducens multorum pa-
trum documenta, & plura Canis. 1.
par. de char. fol. 119. cum ſeq. quia
ex antiquiſsimo tempore id legimus,
& pie,ac religioſe ſancitum.Vnde dici-
tur, & ipſum Deum conuenienter ho-
norare Reliquias ſuorum Martyrum,
cum in eorum præſentia miracula fa-
10 cit. Flor. in 3.ti.12. cap.9.† De mul-
tis antiquis Imperatoribus legitur, vt
de Theodoſio chriſtianiſſimo Impera
tore, cum eſſet ipſe initurus, prælium
contra Eugenium,ante Reliquias Apo-
ſtolorum, & Martyrum circuiuit, &
cilicio iacuit proſtratus in terra,fidum
auxilium poſcendo a Deo, ſanctorum
interceſſione, vti in hiſtor. eccleſ.c.32.
lib. 3. ſcribitur, & meminit do. Card.
Aracæl.de præcept. diui.cap.8.& dom.
Cardin. Hoſi. vbi ſupra, & de ciuitate
Neapolitana multoties liberata a Bar-
baris ex veneratione reliquiarum glo-
rioſi Martyris Ianuarij, refert Thom.
Elyſ. ſe legiſſe in cronicis, in ſuo clyp.
quæſt. 27. ar. 6. in fin. ad quod infini-
ta poſſint duci exempla. (ſufficit vnum
nunc Patriæ noſtræ, & eccleſiæ Rauel-
lenſis ſupra quingentos annos defenſæ
a bellis, & peſtibus Dei auxilio inter-
ceſſione deuotiſſimi martyris ſancti
Pantaleonis, cuius ſanguinem in abun
dantia pro Chriſti fide ſparſum coli-
mus: ac mirificæ virginis, & martyris
beatę Barbaræ, cuius etiam prætioſum
caput pro ſui creatoris amore decolla-
tum honorifice veneratur, vbi percuſ-
ſio facta ab impio patre Dioſcoro pro-
prij ſanguinis oblito adhuc miraculo-
11 ſe apparet.) † Idq. ſciendum eſt pro-
hibitum eſſe reliquias alicuius pro ſan-
cto venerari, cum non fuerit. Autho-
ritas enim Romani Pontificis requiri-
tur, vt quem ſanctum canonizet. cap.
ex eo. de reliq. & uen. ſanct. Abb.in c.
1.eo.tit.quem Deus optimus maximus
non permittit in hoc fallere. Couarr.
variar. reſol.lib.1. cap. 10. num.13.In-
quit enim Innocent. III. in d. c. cum
ex eo. Reliquias inuentas de nouo ne-
mo publice venerari præſumat, niſi
prius authoritate Romani Pontificis

fuerint

fuerint approbatę,& extat deciſio eiuſ.
Conc. Trid. eod. tit.§.hæc ut fidelius:
vbi decernitur nouas reliquias nō eſſe
admittendas, niſi epiſcopo recogno-
ſcente, & approbante, qui iudicabit,
quid obſeruādum adhibitis theologis,
& piis viris. In ſecreto tamen poteſt
quis aliquem venerari pro ſancto,quā-
uis adhuc non canonizato. Docto. in
ſum. in verb. colere,& uerb.Reliquiæ,
quæ autem requirantur ad canoniza-
tionem ſanctorū, aut quomodo,& de
quibus inquirendum, eſt bona gl.in c.
12 vnico.eod.tit.lib.6.† Item cum vni lo-
co ſunt deſtinatæ reliquiæ,ad aliū trāſ-
ferri nequeunt inſcio epiſcopo.per cap.
corpora..de.conſecr. diſt.1. inde dicit
ibi Archid. ſacrilegium committere, ſi
quis reliquias ſanctorum furetur, niſi
a ſarracenis furentur, apud quos de-
bito honore non habentur; cum licen-
tia tamen epiſcopi, vel eius,cui eccleſia
commiſſa eſt, poteſt quis aliquam par-
ticulā reliquiæ ſanctæ habere, ſine no-
ta ſacrilegij, per eumdem tex.& alium
clarum. in cap. quiſquis.§.ſi quis do-
mum.17. q 4.pœna enim eſt, quando
furtiue,quis accipit,per verbum abſtu-
lerit,non quando de licētia, & ad finē,
vt maior honor fiat ipſi ſancto, cum in
pluribus locis memoria eius martyrij
pro Chriſti fide, celebratur, & uenera-
tur,vel ſi concedantur pro conſecratio-
ne eccleſiæ, vel altaris, ſine quibus non
fit. cap. placuit. cap. de fabrica,de con-
ſec.diſt.1.Gul. in rat. lib. 1.c.7.nu. 23.
(& ſic determinauimus hoc an.1579.
de mēſe Auguſti Neapoli, cum multis
theologis,& doctoribus in facto occur
rente contra unam opinionem cuiuſ-
dam magni viri, qui in alio dicto
13 firmabat.) † An autem reliquias ſan-
ctorum portare ſuper liceat: ex deuo-
tione permittit S. Thom. 2.2. qō. 96.
art. vltim. Flor. in 3. titul. 12. cap. 8.
Martin. Nauar. in ſuo Man. cap. 11.
nume. 35. verſ. 25. ſed tamen pericu-
loſa res eſt, propter fragilem naturam,
& pronam ad peccandum. cap. omnis
ætas. 12.q.1. gloſſ.in extrauag. ad con-
ditorem, in verb.licet D. Ioan.22. 20.
quæſt. 3.cap. procliuus.c. alma mater,
cum gl.in prin.de ſent. excom.lib.6.ibi
propter pernitiem, & facilitatem homi
num ad peccandum. Vt cum animi ſit
reliquias portando venerari, peccando
ſit illas dehoneſtare, & iniuriam ferre,
niſi quis ſe cognoſcat fortem in tenta-
tionibus, eccleſ. cap. 31. quis eſt hic,
14 & laudabimus eum. † In ipſis igitur
viſitandis debet epiſcopus diligenter,
pie, & deuote inquirendo procedere
cum luminaribus, reuerenterque pri-
mum, ſi caute, & honorifice cuſto-
diantur, & conſeruentur, ſcribantur-
que in inuentario eccleſiæ, pro earum
futura, & perpetua memoria, & cum
oſtenduntur populo, non extra cap-
ſam, iuxta præallegatum decretum In-
nocentij III. in dicto cap. cum ex
eo, ſed cum deuotione, & luminari-
bus, & debitis temporibus, & horis,
ſacerdote ſaltem imbuto ſuperpellicio,
& ſtola, videatque in quo loco ſeruen-
tur, in quibus vaſculis, ac mundis, &
cum clauibus bene firmatis, fidiſque
perſonis ipſis conſignandis, nec tam
frequenter monſtrentur, ne faciliter
aliquis quæſtus adſit, ſed caueatur,
vt in totum omnis ſpes alicuius tur-
pis lucri abijciatur,quod expræſſe pro-
hibet text. Concil. eodem titul. §. om-
nis porro, is autem in hac materia di-
citur turpis quæſtus, vt ſcribit Mart.
Nauar.

Nau. in Man. cap. 17. num.169.in fi. qui quæritur ex venditione,locatione, traditione, vel oſtenſione reliquiarum, & aliorum ſacrorum, cum pacto, vel ſine principali ob id aliquid recipiendi, non tamen principaliter ob honorem, & reuerentiam eorum ſanctorũ, quod ad alia ſimilia extenditur, & ꝙ reliquiæ ſint certæ,nec nouæ ponãtur. eod. conſ. §.nec nouas.ſupr.nu.11.etſi dubium quid extiterit ad Metropolitanam ſynodum deducatur, ita tamen, vt nihil nouum, aut inuſitatum in eccleſia decernatur, in conſulto Romano Pontifice.§. quod ſi; etſi extant ſcripturæ de ipſis reuideãtur, & ipſæ reliquiæ poſſint cognoſci inter ſe, præcipiatque ſub grauiſſima pœna, ne quis venales eas exponat. d. c.ex conſulto, ſeu falſis figmentis decipiantur accedentes ad eccleſiam: ſicuti annis præteritis occaſione lucri plerumq. fieri audiuimus, (quorum debita fuit accepta pœna) Flor. eod. cap. 8. ſed ea epiſcopus diligentia vtatur, vt nihil inordinatũ, aut præpoſtere, aut tumultuarie accõmodatum, nihil prophanum, nihilq́. inhoneſtum appareat. §. poſtremo, docendo populum vtilem eſſe reliquiarũ venerationem, cum nobis futuram reſurrectionem promittãt, & ſpes noſtra in futuram corporis glorificationem erigatur. in Conc. prouint. Colo. fol. 259. hortando omnes ad debitam reuerentiam, ſicuti, & antiqui Imperatores ſanxerunt. in l.nemo, la 2. C.de ſacr. ſanct. eccle. ne homines abutantur, tamquam ad commeſſationes, & ebrietates accedentes. §.omnis porro, eod. decr. Con. Trid. ſic enim ipſi ſancti quorum reliquias deuotiſſime veneramur, a Deo pro nobis intercedunt vitam æternam,quam cõcedere dignetur, ipſe miſericors Deus per ſanctiſſimam paſſionem vnigeniti filij ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

DE IMAGINIBVS SACRIS, IPSArumq́, cultu & viſitatione.

CAP. NONVM.

SVMMARIVM.

1 *Imago differt a ſtatua.*
2 *Imagines quare fuerunt inuentæ.*
3 *Imagines de nouo ponẽdæ primum debent ab epiſcopo cognoſci; & benedici.*
4 *Imagines ſanctorum quare uenerẽtur.*
5 *Imagines ſunt adorandę veneratione duliæ.*
6 *Imagines, & picturæ ſunt laicorum lectiones.*
7 *Pictores, & Sculptores de quibus ſunt aduertendi.*
8 *Imagines frangens an ſit hęreticus, & qua pęna puniatur.*
9 *Anathema eſt negans imagines adorari.*
10 *Epiſcopus viſitans imagines in eccleſiis, quæ inſtruere populum debeat. num.11.*

POST

POST ſanctiſſimas glorioſorum militum reliquias, ad imagines ipſorum procedendum eſt, quas in eccleſia catholica veneramur ad memoriam ipſorum, qui cum Christo ſine
1 fine regnant. † Et pro notitia dicimus, ꝙ imago differt a ſtatua, namq. ſtatua in ſe in omnibus effigiẽ deſignat, imago non ſic, cum ſola pittura hominis, cæteræ partes non ſemper deſignant mẽbra hominis. C. de ſtat. & imag. per glo. in rubri. Archid. de offic. Archid. lib. 6. cap. 2. ſed cum proprietas vocabulorum ſit promiſcua in materia, attendimus communem vſum loquendi impropriando ipſa vocabula, ſicut, & populus communiter accipit, poſtquã dicenda de vno procedant, & in alio, & recurrendum ſit ad communem verbi intelligentiam. tex. optimus in cap. ex litteris, de ſponſ. in famil. ſing. in l. c. num. 155. ciuiliter intelligendo, nõ calumnioſe. ff. de ſerui. l. ſi cui. gloſſ. in extrauag. Ioan. 22. ſuſcepti. §. nos, in verb. integre, in fine, etiam ad extraneũ ſenſum trahendo, vt ſaluemus, quæ diſcurrimus. l. 4. C. de lib. præt. alia gloſ. in extrauag. ad conditorem eiuſdem
2 verſ. quod autẽ. de verb. ſignifi. † Imagines igitur, vt dicit S. Bonau. in 3. diſt. 9. qõ. 2. ar. 1. ex tribus fuerũt inductæ. Primo, propter ſimplicium ruditatẽ, quibus ipſe ſunt ſcripturæ: namq. ſapiens continuo contemplatur Chriſtũ Crucifixum pro noſtris peccatis. populus vero imperitus non ita ſemper, ſed cum imaginem crucifixi aſpicit. Secũdo ex immitatione, vt ſi homines non excitentur ex his, quæ audiunt, excitẽtur ſaltem ex his quæ vident: ſicuti de Romanis apud hiſtoricos legimus. Tertio propter memoriȩ labilitatem, vt videntes imagines recordemur de beneficijs diuinis, & virtuoſis operibus ſanctorũ. dom. Card. Aracæl. de prȩcept.
3 dict. cap. 7. vbi multa poſſunt videri. † Quȩ imagines de nouo nõ poſſunt poni, ſeu erigi, niſi ab epiſcopo primum cognoſcantur, & approbentur, ne ſint turpiter, & obſcȩnȩ depictȩ, ex quibus ſcandalizari poſſint oculi aſſiſtentium ex decreto Conc. Trid. ſeſ. 25. de inuo. & vener. ſacr. imag. §. imagines. ab ipſoq. epiſcopo benedicantur, iuxta ritũ Pont. libr. quod et de iure ciuili itẽ cautum eſt in rebus prophanis, nullius ſtatuam poſſe erigi, abſq. approbatione, & Principis licentia. l. 1. C. eod. tit. idq. à principio mundi exordium habuit. fecit enim Deus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuam. Geneſ. cap. 1.
4 † Veneremur nos Sanctorũ imagines ad memoriam, & honorem reprȩſentantium. de conſec. diſt. 3. c venerabiles. & cap. præced. quod enim ſcriptura eſt ſtudentibus, id facit pittura idiotis. ead. dict. cap. peruenit. cum ſimil. per doct. inquit autẽ ſanctus ille, pariterq. antiquus doctor Damaſcenus. lib. 4. c. 16. de ſid. ortho. erigamus ſtatuas ſanctis, & viſibiles imagines, & nos ipſi animatæ ſtatuæ, & imagines ipſorum virtutum imitatione efficiamur, & cap. 17. quia non omnes litteras norunt, neq. lectioni incumbunt, patres noſtri conſenſerunt, veluti quȩdam trophea hæc in imaginibus repræſentare ad promptam memoriam, & imitationẽ
5 virtutis illorum & gloriam Dei. † Sed populus inſtruatur, quã primũ, ne alia adoratione adoret imagines quam adoratione duliæ. de qua ſupra in c. proximo. nu. 5. quia alias de dulia tranſiret ad

ret ad latriam, quæ ſoli Deo debetur, & hoc idem aduertit glo. in cap. 2. in uerb.deuotionis.de offi.ord.li.6. quod & conſiderandum,cum in multis locis viderimus ſic gentes ſimplices errare, vt nihil ſe conſiderare acceptauerint, ſed tantum modo ipſam imaginem, non autem ad rem per ipſam præſentatam, vt ſic in errores gentilium Aegyptiorum, & plurimorum, nationum paulisper deuenire ſit, in quo extirpando præmium eſt viſitantium. Nauar.
6 eod.cap.11.†Imaginibus enim ex myſterio vtitur ſancta eccleſia, cum in ipſis laici multo magis contemplentur, ſicuti per ſcripturas fortius conſolantur viri litterati.de conſecr.diſ.4. c. per latum. Alphonſ.de Caſtr.contr.hęr.in verb. adoratio. imago. & in eis abuſus exorti extirpandi ſunt, & ſi quæſtio incidit ad ſum.Rom.Pont.referatur.ſicuti ſupra de reliquiis diximus,ex eo.tex. Concil.§.ꝙ ſi aliquis,nam, & imaginis honor,nõ ad id, de quo eſt,ſed ad prototypum reſultat,vt qui imaginem adorat,in ea adoret quoque deſcriptum argumentum, ſic crucem Chriſti adoramus, & quia repræſentat nobis figurã Chriſti extenſi in ea, in modum crucis, & quia ex contactu eius ad membra Chriſti,& ex hoc ſanguine eius perfuſa (ſed adoratione latriæ,) & iterum conſideratur in ea diuina virtus, quantum ad effectum noſtræ ſalutis qua de hoſtibus triumphauit.S.Anton.in 3.tit. 19. §.5.de qua glorioſę canit eccleſia.

Crux fidelis inter omnes,
Sola digna tu fuiſti,
Ferre ſecli pretium,
Atque portum præparare,
Nauta mundo naufrago,
Quem ſacer cruor perunxit,
Fuſus agni corpore.

Ideo ſalutare, quàm maximum eſt fideles inſigniri hoc ſigno ſanctæ crucis. 11.diſt.c.eccleſiaſticarum. §. quæ enim eamq. mortem crucis ex quatuor dominus noſter Ieſus Chriſtus aſſumere voluit,dicit gl.in clem.1.in verb.cruci. de ſum. Trin.1.vt pendens in illa in aere, oſtẽderet ſe mediatorem inter Deũ, & hominem. Item,vt damna, quæ obuenerant primis parẽtibus per lignũ vetitũ,reſtauraret per lignũ crucis. Tertio, vt ſuperaret diabolũ per lignũ, qui per lignũ vincebat:& quarto vt pateſaceret pro quibus reſtaurãdis pateret, pro ſupernis angelorum ruinis replendis, pro iuſtis de limbo educendis, pro amicis colligendis, & adiuuandis, & pro inimicis reconciliandis,exemplificans per
7 quatuor ſigna ipſius. vbi vide. † Et vt ſanctè omnia tractentur ſunt pictores, & ſculptores omnes totius dięceſis cõuocandi,& docendi,quę euitare debeãt in ſacris imaginibus effigendis, nihil prophanum,obſcænum, inhoneſtum, nihil præpoſtere contractent, aut quod aduerſetur veritati ſcripturarum: ſed ſingulę partes ipſius imaginis ad ſanctitatem, & prototypi dignitatem conueniant,ut ſic aſpicientium pietas excitetur,& turpis etiam cogitationis occaſio remoueatur,ſicuti iux.mentem pręfati Concilij cautum eſt a magno illo Cardinale Borromeo in ſua ſyn. prouint.1. par. fol.15.& in antiquis legitur,Græcorũ ſculptilia prohibita,& interdicta fuiſſe,quia dęmoniorum erant ſimulacra, refert Damaſcen. ipſo libro
8 4.cap. 17.† Sed an frangens imagines, deiiciens, proſternens ſit hæreticus: ſi fecerit credens eſſe ſimulachra, hæreticus iudicandus eſt, cum incidat in hæreſim

reſim negantem ipſas teneri, & uenerari, aliàs grauiſſime puniatur. cap. ſi. canonici. §. fin. cum glo. de offic. ordi. lib. 6. diſcurrit Andreas de Iſernia magnus doctor Regni. in tit. de ſtat. & cõſuetud. nume. 28. Affl. in l. 1. num. 12. de hæret. Carrer. eod. tit. num. 49. Simancas in ſuo Enchyrid. viol. relig. cap. 10. fol. 14. Paul. Grill. de ſortil. quæſtio. 1. num. 18. & hoc ſimiliter de ſtatua Principis. l. qui ſtatuas. ff. ad l. Iul. maieſt. Immo, & impius Lutherus deteſtatus eſt ſceleſtũ caroſtadium de fractione imaginum, teſtatur domin. Card. Hoſius contr. Brent. lib. primo, fol. 9. (quamuis non pietatis zelo, cũ, & ipſe veneno ſimiliter infectus eſſet.)

9 † Exinde anathema iudicandus eſt negans imagines adorari, vt eod. Concil. cauetur, & in ſecunda ſynod. Nicena eſt declaratum, ſicuti peſſimi hæretici negant, opiniones quorum, omnes fideles cum ſancta eccleſia, vt falſiſſimas reiicimus, loco citato ſupra circ. med. idem domin. Cardin. Hoſi. lib. 2. de legib. iudic. fol. 231. cum ſequen. Tho. Elyſi, in ſuo Clyp. quæſtio. 39. & ead. ſecunda ſeſſ. Concil. Nicen. imaginum picturas, ſecũdum priſcam patrum traditionem recipimus, & has deſiderio noſtro veneramur, vt in nomine Chriſti Dei noſtri, & intemeratæ deyparæ Virginis; ſanctorum Angelorũ, & om-

10 nium ſanctorum factas. † Ne autem populus ad idolatriã ſe uertat, inſtruatur ab epiſcopo viſitante, quia nõ propter ſe, ſed propter ipſa, quæ repræſentant, myſteria venerantur, vt Gregorius ſcribens de Secundido, inquit, ſcimus quia tu imaginem Saluatoris noſtri, ideo non petis, quaſi Deum colas, ſed ob reuerentiam filij Dei, vt in eius amore incaleſcas, cuius imaginem videre deſideras, & nos quidẽ nõ quaſi ante diuinitatem, ante ipſam proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem, aut natum, aut paſſum, vel in trono ſedentem recordamur, ſic populus admonetur, quomodo ſe deuote gerere debet, reuerenter imaginibus ſacris cultum debitum præſtando. honor enim qui eis exhibetur, ad prototypa refertur: quæ illæ repræſentant, & cum imagines oſculamur, caputque coram illis inclinamus, & aperimus, ſimulq; procumbimus, Chriſtum adoramus, & ſanctos, quorum illæ ſimilitudinem gerunt: iuxta doctrinã ſanctæ eccleſiæ. ead. ſeſſ. 25. loco citato. §. imagines. ſcimus enim S. Thomam Aquinatem lumen ordinis prædicatorum adeo intenſa mente imaginẽ Chriſti adoraſſe, contemplans in ipſa Chriſtum, nunc in cęlis triumphantem, vt dignus fuerit audire per mediũ ipſius vocem Chriſti dicentis, bene ſcripſiſti de me thoma, (quam imaginem Neapoli in eccleſia ſancti Dominicis eiuſd. ord. & nos pluries vidimus, & proſtrati eadem mente adorauimus,) de Seraphico Franciſco ante crucifixũ genuflexo, corde, & corpore, ſtigmata Chriſti ſibi infixa portare gratiam habuit: ſic omnes venerentur habendo rationẽ tacitam, vel expreſſam ad ipſos ſanctos repræſentatos per eaſdem imagines.

11 † Diligentiaq. debita adhibeatur, vt omnis ſuperſtitio tollatur, neuè faciat ipſas imagines ſic ornari prophanis ornamentis, & vanis, vt gentes per ipſas ad turpia deſideranda moueantur, vt admonet Martin. Nauar. in ſuo Man. cap. vndecimo, nume. 23. 32. ſed omne honeſtum habeatur, eodem decr.

Conc. ſ. omnis porro. & ſic omnium ſaluti conſulitur, omnis tollitur ſuperſtitio. eo maxime ſi párochi inſtruátur iuxta not. in catechiſm. ad ipſos edito, iuſſu Pij Quinti Pontif. Max. de præc. diui. in 1. fol. 410. &c.

DE ECCLESIAE SITU, atque ſtatu in generali.

CAP. DECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia dicitur domus orationis, & tronus Dei.*
2 *Eccleſia non debet edificari, niſi primũ epiſcopus crucem figat.*
3 *Epiſcopus quæ inquirat circa ſtatum eccleſiæ. nu. 4.*
5 *Defunctorum tumuli non debent ſtare ſuper terram.*
6 *Eccleſię ſingulæ partes quid ſignificant.*
7 *Eccleſia debet reſpicere verſus Orientem, & quare.*
Oratio debet fieri verſus Orientem, & quare. ibid.
8 *Paradiſus terreſtris an hodie inueniatur.*
9 *Aqua benedicta debet ſtare in ingreſſu eccleſię.*
10 *Fores eccleſię debent claudi, & aperiri tempore debito.*
11 *Pulpitũ debet eſſe in eccleſia, & quod dicatur.*
12 *Sacrarium debet conſtrui in eccleſia.*
13 *Sedes pro epiſcopo debet eſſe in loco primario eccleſiæ. Et ſic in alijs locis, & actibus.*
14 *Eccleſia debet reſtitui ſua immunitate.*
15 *Eccleſia cathedralis a quo debet reparari.*
16 *Reparatio eccleſiarum dicitur fauorabilis.*

1 ECCLESIA, † quæ domus orationis dicitur. Matthæ. cap. 21. ſeſſ. 22. Conc. Trid. de obſer. & euit. in celeb. Miſſ. ſ ab eccleſiis, & tronus Dei. Specul. in proœ. in princ. mons domini, dicit enim Iſai. cap. 2. erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons domini, de hoc loquitur Apoſt. in ſua priori, ad Cor. cap. 11. An eccleſiam Dei (hoc eſt dicit gloſſ.) domum orationis) cõtemnitis. & Iud. cap. 6. conuocatus populus per totam noctem intra eccleſiam orauerunt, petentes a Deo auxilium, cũ Holofernes ruinam minabatur. D. Card. Aracel. de ſymb. Apoſ. c. 34. licet alio modo dicatur pro vniuerſitate fideliũ, vt diximus ſupra in proœ. de qua non modo: quanto igitur præſtat rebus temporalibus, tanto edificijs prophanis excellere debet, & ſuam habere dotem, ut poſſit
2 neceſſarijs prouidere. † Vnde fuit ſtatutum nullum eccleſiã edificare poſſe, antequã epiſcopus cognoſcat, crucem affigat,

affigat, atrium deſignet, & cœmeteriũ, dosq. ſufficiens aſſignetur. de conſecr. diſt. 1. c. nemo, & c. placuit, ſicut, & eccleſiam ſuã Chriſtus dilexit, dotauitq. proprio ſanguine. Apoſt. ad Ephe. c. 5. Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea. ſicut. n. omne creatum ſuam habet dotem, iuxta ſui eſſe, vt anima ſuis ornata dotibus, corpus aliis ſimiliter. doc. in 4. diſt. 49. ſic, & eccleſia Dei, in qua fideles animæ conueniunt ad laudes dandas ipſi Deo, dotem habere debet, vt ſuis filiis, & miniſtris, quæ opportuerint ſubminiſtrentur.

3 † Vnde poſt dotem datam epiſcopus viſitans attendit ad multa, an eccleſia ſit conſecrata, ſi id appareat ex ſcriptutis, & ſignis, vt crucibus in parietibus, & ſub cuius ſancti protectione ad honorẽ Dei ſit dedicata, ſi eget dedicatione, ſeu recõciliatione, propter pollutionem forte factam, ſit in ea altare maius in loco conſpicuo, & ſummitate ipſius, vbi Miſſa occurrẽs de die dicatur quotidie, ſecundum poſſibilitatem, habeat locum conuenientem pro choro, vbi præsbiteri, & clerici poſſint officia diuina celebrare, & loco manifeſto, ad hoc vt poſſit populus videre cęremonias; quæ fiunt dum diuinum officiũ celebratur, humilitatem, pariterq. deuotionem celebrantium, & non in occulto, vel in alto vt a nulli videantur, ſicuti nouiſſime in multis conſtrui videtur.

4 † Atq; oĩno ſit ipſa eccleſia tecta, muris bene compræhẽſa, nec in aliqua ſui parte ruinam patiatur, aut in eam impluat, ſit pauimẽtum opportunum, decet enim eccleſiam, ideſt domũ materialem, in qua Deo ſanctificari debet, eſſe ex omni ſui parte bene compoſitã & clauſam, & parietibus vndiq. bene conſtructam, ſint foueæ, aut tumbę, cęmeteriumve in quibus defunctorum corpora ſepeliantur, nec fiãt ſuper terram, tunc etenim deformatur eccleſia,

5 & impedimenta ſolent naſci. † Immo ſi extant amoueantur, tã ex ipſa cathedrali, quàm ex omnibus alijs, & in profundis tumbis recondantur (exceptis tumulis prælatorum, & marmoreis eccleſiam non impedientibus, ſeu altaribus non imminentibus, & ad hærentibus). iux. decretum Pij IIII. de quo meminit Mandoſ. in ſuis additionibus ad lap. alleg. 83. & extat alia ordinatio Pij Quinti Pontificis maximi. incip. cum primum ad Apoſtolatus. §. & vt in ec-

6 cleſiis in anno. 1566. 1. ſui Pontif. † Idq. etiam præſtat declarare ſingulas partes ex quibus conſtat eccleſia, & quid ſignificent, namque ipſius. edificium eſt ſignificatiuum ſpiritualium, cęmentum eſt charitas, ſine qua nihil ſumus. 1. ad Cor. c. 13. quia petra erat Chriſtus in ead. cap. 9. & quæ ſingulos coaptat, atq. viuificat, ſinguli lapides ſignificant ſingulos fideles: fundamentũ ſunt Apoſtoli, & Prophetæ, parietes ſunt contemplatiui fundamento vicini, terrena deferentes, & cæleſtibus adherentes. Tectum ſunt homines actiui proximorum neceſſitati terrena miniſtrantes, longitudo denotat diuturnitatem temporis, latitudo multorum populorum numeroſitatem. Altitudo differentiã, meritumq. officiorum, ſacrarium virginum ordinem, chorus ordinem continentium, Nauis ordinem coniugatorum, cum dixerit Deus, creſcite, & multiplicamini, & replete terrã. 32. quæſt. 1. c. nuptiæ. Atrium eccleſiæ ſunt falſi chriſtiani, extra eccleſiam vagantes, campanile nomen domini, cam-

panæ prædicatores verbi Dei, feneſtræ vitreæ, viri ſunt ſpirituales: interior dealbatura ſignificat munditiam cordis, exterior munditiam corporum, altare eſt Chriſtus, aliter menſa dicitur in ſcriptura ſacra. 1. ad Cor. 10. & ſeſſ. 22. Cōcil. Trid. de ſacrif. Miſſ. cap. 1.5. & hæc quidem, & ſic de aliis. Gul. in ratio. lib. 1. cap. 1. Florent. in 3. titu. 12. cap. 1.

7 † Sed ipſa eccleſia ſit edificata in capite verſus Orientem, quo oratio noſtra tendere debet: Archid. de conſ. diſt. 1. cap. nemo eccleſiam. Chriſtus in ſcripturis oriens nominatur. Fra. Vincent. Caſſin. de nomi. Ieſu. lib. 2. fol. 26. ideo dedicandus eſt illi oriens ad orationē. Item quia in Oriente eſt Paradiſus deliciarum, vbi Deus hominem, quē creauerat, poſuit, ex quo demum propter peccatum eiecit. ſed nos tendere debemus, tamquā requirētes antiquam patriam. Dom. Card. Hoſi contra Brent. lib. 4. trad. fol. 396. cum ſequen. adducens Damaſcenum, de fid. ortho. lib. 4. c. 13. & fol. 399. priuatim orare, vertatur fidelis, quo vult, cum vbiq. ſit Deus, publicę tñ preces uerſus Orientem, æque tamen oramus, & Miſſæ ſacrificium facimus erga Orientē, dicit gl. magna. in cle. vnica. de reliq. & ven. ſanc. non de neceſſitate, & Ioan. de Sel. de beneſ. 1. par. qō. 5. nu. 28. dicitur etenim nouus oriens, ad differentiā Oriētis veteris, qui eſt diabolus. in c. qm̄ ue-

8 tus oriens. cum glo. 24. q. 1. † Sed pulchrum eſt videre an hodie in terris ſit ille paradiſus terreſtris, ſeu delitiarum, vel ceſſauerit tempore diluuij cū dicatur Geneſ. c. 7. delebo omnē ſubſtantiā, quā feci, de ſuperficie terræ, & deinde deleuit Deus oēm ſubſtantiā, quæ erat ſuper terram. Bart. Sybil. in trac. peregr. q. 1. de cad. q. 7. c. 3. diſcurrit dubiū per quatuor qōnes. Vna eſt opinio, ꝙ licet paradiſus terreſtis fuerit a Deo in principio plantatus, hodie ſit deſtructus, quia cum fuerit creatus propter hominē, ſed homine expulſo propter peccatum, debuit deſiiſſe, vel ꝙ a diluuio, qđ per annum, & decem dies durauit, fuerit ſubmerſus, & euerſus, & hanc opinionē multi doct. tenent: & nouiſſime R. P. Alphonſus Salmeron Hiſpanus primarius theologus ſocietatis Ieſu, & doctiſs. in ſacra ſcriptura in ſuis publicis lection. ex Chriſoſt. vt facta diligēti computatione locorū, & prouintiarū, pręſertim Meſopotamiæ, vbi dicebatur eſſe, concluſerit nō inueniri, ſed deſtructum, vt ſupra, quia eſt deleta per diluuium omnis ſuperficies terræ, & quia propter peccatum clauſa erat Ianua cęli, ſed per Chriſtum aperta, vnde nec locus ſeruit. Alia eſt opinio, quæ nobis placet, & verior videtur, quòd licet fuerit diluuium, non tamen fuit locus ille delitiarum dictus paradiſus terreſtis deſtructus, quem Deus non creauit eſſe ſubditum peccatis, cum ſtatim eiecerit inde primos parētes: dextruxit .n. diluuium terrā peccatis infectam, ab hominibus, cū legamus, Gen. c. 6. Cūq; vidiſſet Deus terram eſſe corruptā (oīs quippe caro corruperat viam ſuā ſuper terram) dixit ad Noe, finis vniuerſę carnis venit ad me, repleta eſt iniquitate a facie eorū, & ego diſperdā eos cū terra. ſed in illo paradiſo terreſti non erant homines, ergo ad illum locum, non dirigitur ſermo Dei. Et multi tenent in eum locum eſſe translatos Enoch, & Heliam, de primo. Gen. cap. 5. Enoch ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dñs. de Helia 4. Reg. 2. qui

qui ambo in fine mūdi venient,& morientur ab Antichriſto, vt dicit latius Sybil.vbi ſupra. in 4. quæſtiuncula, & transfigurato Domino in Mōte, etiam Helias de Paradiſo terreſti apparuit,de qua transfiguratione. Matth. cap. 17. & alij ſanctos patres, cum fœlici latrone,quouſq. Chriſtus aſcendit in cælū, ſtetiſſe dicunt.Vnde legimus in ſcriptura Paradiſum terreſtem, & poſt hominem eiectum, Angelum eſſe poſitū in cuſtodiam, cum gladio, & igne.ſed de deſtructione nullum verbum ergo,&c.

9 Debet etiā in eccleſia eſſe vas aquæ benedictæ,qua accedentes, & ingredientes ſignādo ſe ſigno ſanctę crucis aſpergantur. habet enim virtutem ſanctificatiuam,quia excitat ad deuotionem, & purificatiuā, quia delet peccata venialia cap.aquam ſale de conſecr. diſt.3.fugat demonum inſidias, vnde dicitur, huius aquę tactu,fugiat demonis actus & in eod.cap.nam ſi cinis vitulæ aſperſus ſanguine, populum ſanctificabat, multo magis aqua ſale aſperſa, diuiniſque precibus ſacrata, ſterilitatem rerū aufert humanarum,& inſidias Diaboli quā maxime auertit, & etiam a phantaſmaticis verſutijs homines defendet, & coinquinatos ſanctificabit.Gul. in ration.lib.4.c.4.quam in cubiculis teneri ad effugandos demones ſtatuit Alexander Papa primus.

10 † Fores item eccleſię temporibus debitis,& horis, clauſæ & apertę teneantur, ad hoc ne quid prohibitum exerceatur, quod ad hoſtiariū ſpectare,qui & ianitor dicitur, inſtitutum eſt a ſancta eccleſia, cuius officiū, ſicut, & aliorum functiones renouari mandatur,ex decreto ſacri Conc.Trid. ſeſs. 23.de reform.cap.17.idq. temporibus noſtris multos magis obſeruandum, & cauendum eſt, cum homines aliqui ad eam malitiam, ad id ſcelus puenerint, vt nec hominibus Deo ſeruientibus pepercerint eos occidendo, ſed eccleſias ſpoliauerint, etiam tabernaculū Chriſti prophanando,ſacramētum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ proijciēdo, vt vas inde argenteum furarentur, o Bone Deus, quàm magna eſt miſericordia tua,qui omnes ad pœnitentiam expectas: an & non terra aperta eſt, vt omnes deglutiret, viuoſq; traheret ad Infernum. Vti de Dathan, & Abyron factum eſſe a Domino in diebus Moyſis legimus apud Num.c.16.

11 † Sit pulpitum (quod, & vita perfectorum dicitur.) quia publicū in loco publico cōſtitutum,vbi verbum Dei populo proponi poſſit.Gul.in ration.lib.1. c.1.nu. 33. in quo etiam, & lectoris impletur officium. idem lib.2.c.5.qđ hodie frequentius attendendū, cum in eccleſia diebus quadrageſimalibus, ieiuniorū, aduentus, & dominicis prædicandum ſit verbum Dei ex alio decreto eiuſd. Conc. ſeſ.24.de reform.gen.c.4.vt infra hoc eo.lib.dicemus c.18.

12 † Sacrariū item debet eſſe in ea, in loco honeſto, & decenti, in quo Reliquiæ condātur, ſacraq. reponantur.iux.conſuetudinē. de quo in tit.de conſec.eccl. vel alt.idq. teſte Gul.eod.c.1.nu.38.deſignat vterū glorioſiſſimæ Virginis, cū alia ordinatione lauacri, ſeu fontis purificationis, in quo ſacerdotes ſacra tractantes manus lauant.ex illo Iſai. c. 52.lauamini, & mundi eſtote, eoq. cōſtructo in alio ſimili loco, aquam lotionis manuum, panem,cum Pōtifex benedicit calices, patenas,& alia,quia ſacramenta manibus contractat,miniſter reponit. ſic n. deuotiſſime ſeruatū eſt ab antiquo, ſimiliter,

militer, & purificatoria, corporalia, primum a ſacerdote, ſeu alio miniſtro bene purificentur, demũ alijs poſſunt cõ-
13 cedi accomodanda. † Sedeſq. pro epiſcopo debet eſſe ĩ ipſa eccleſia, & in loco altiori, & digniori, in choro, capitulo, proceſſionibus, actibuſq. aliis publicis, id item ſeruandum eſt: & vbi ipſe elegerit, ex alio decreto eius. Conc. Tri. ſeſs. 25. de reform. gen. c. 6. § epiſcopis prçterea, quæ ſedes a dextris potius collocatur, ad denotãdam illam ſeſſionem ad dexteram illius ſummç Beatitudinis, vbi iuſtitia, pax, & gaudium ſunt, & dicit vnum verbum ipſe Gul. in cit. cap. 1. num. 44. dextera enim eſt ſignum pacis, & concordię, qua fideles in eccleſia Dei uniuntur, & in eadem Chriſti fide viuunt. arg. not. per gl. in c.
14 fundamenta poſt prin. de elect. lib. 6. † Item an eccleſia ipſa ſua immunitate conceſsa a ſum. Pontifi. & a chriſtianiſſ. Impera. potiatur, vel ſi læſa fuerit, oĩno reſtituat, nec ledi vltra patiat. tot. tit. de immu. eccl. ex ipſo ẽt Conc. Trid. ſeſs. 25. de refor. ge. c. 20. Mart. Nau. in Mã. c. 27. nu. 119. per quadraginta paſsus in cathedrali, & in aliis per triginta, qđ male ſeruari refert, idem Nauar. c. 25. nu. 17. eod. lib. & recenſet Fabi. Mõtel. in ſua pract. arbit. par. 6. q. 2. nu. 18. cũ ſeq. fol. 486. & ad materiã quando occurrit vide Iul. Clar. lib. 5. recep. ſent. §. fi. q. 80. & dixi vnum verbum in famil.
15 ſingu. in l. f. nu. 157. † Ac deniq. inquiratur, ſi ipſa eccleſia egeat reparatione, & in cathedrali ſpectat ad epiſcopum. c. 1. de eccl. edifi. per doct. & ſi magna egeat reparatione, & fructus ſunt tenues, ꝙ vix ſufficiant ad parcum victũ, tenetur ſupplere capitulum ipſius eccleſię, de fructibus, qui ſuperſunt detractis neceſſariis. Aufrer. in ſua dec. 500. Berm. choro. de publi. concub. in verbo. quos ſuus ſuperior, fol. 174. quod vix obtineretur, quia ſi canonici ſeruiũt, & deberet eis detrahi, moleſte ferrent, & tamen in facto vidi obſeruatũ.
16 † Eſt tamen fauorabilis hęc cauſa reparationis eccleſiarum & exiſtentibus fructibus quarta pars eſt aſſignanda, in ipſis reparandis. c. vobis. 12. q. 2. & not. in c. decernimus. 10. q. 1. & in c. 1. de eccle. edif. & per Archid. ĩ c. ſi monachus. 26. q. 1. quod ẽps attente videre debet. & ſeſs. 7. Conc. Trid. de refor. c. 8. etiam cogẽdo parochianos, vbi beneficiati nequeunt de fructibus eccleſiarũ, ex alio c. 7. ſeſs. 21. de refor. eo. Conc. quatuor notando ex Abb. in d. c. 1. de eccl. edif. primo ſi adeſt conſuetudo in alios eſſe translatũ hoc onus: ſecundo ex quarta fructuũ: tertio p clericos beneficiatos: & quarto p parochianos. eo. c. 7. quod & fieri oẽs procurare poſſunt, etiã Reges. c. 1. ne ſed. vac. c. filij, vel nepotes. 16. q. 7. Gul. Bened. in c. Raynuntius. in verbo, ſi abſq. liberis. lo 2. nu. 34. de teſta. cũ ſeq. Quia cũ ſint conſtituti a Deo, vt eccleſiã iuuent. & defendant Abb. in c. tua. de deci. pietatis officiũ adimplent, cũ id curant, & auxiliãtur. Vnde dicit text. not. ĩ l. ſi aliquã. ff. de offic. procõſ. Aedes ſacras, & opera publica circuire inſpiciẽdi grã, an ſarcta, tectaq. ſint, vel ĩ aliqua refectione indigeãt, & ſi qua cępta ſunt, vt conſumentur, prout vires Reipublicæ permittunt, curare debet: omiſſis quæ ſcribunt Carol. de Carcaſſ. in Regal. Franc. lib. 2. 6. iure. fol. 43. 8. iure fol. 57. Couar. in pract. qq. c. 35. poſt gl. in extrauag. execrabilis. Ioan. xxij. tit. 3. in princ. in verb. diuerſorũ, & Innoc. in c. ſuper his. de accuſat. &c.

DE

DE ATRIIS ECCLESIARUM.

CAP. VNDECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *ATRIVM quia ſit, & quid ſignificat.*
2 *Atriarij, & Atrienſes qui.*
3 *Atria, porticus, clauſtra antes fores eccleſię.*
4 *Atrium eccleſię denotat Chriſtum.*
5 *Atria Domini ſunt tria.*
6 *Atria edium canonicorum indicio epiſcopi gubernanda ſunt.*
7 *Atria eccleſię gaudent immunitate qua, & eccleſia.*
8 *Iudicia ſecularia non debent exerceri in atrijs, & domibus eccleſiarum.*
9 *Epiſcopus multa debet prohibere fieri in atrijs ipſarum eccleſiarum. nume. 10.*

ANtiquorum refert memoria,
1 † quòd cum amplæ edificabantur domus, locus relinquebatur, qui inter fores, & domos medius eſſet, quod, & veſtibulum alqui dixerunt teſtatur Vergil. 2. Aeneid. dum dicit,

Veſtibulum ante ipſum, primoq. in limine Pyrrhus.
Exultat telis, & luce coruſcus Ahena.

Vulgus uero atrium appellat. Aul. Gell. in ſuis noctib. Attic. lib. 16. c. 5. eius ſuperior pars clauſa, anterior vero aperta, alio nomine dicitur porticus, ſicuti de templo Salomonis. Ioann. 10. cap. ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis, vel pars ipſius domus, ſcilicet cõtigua. arg. c. ſi ciuitas. de ſent.
2 excom. lib. 6. vbi omnes notant. † Inde
ſunt dicti Atriarij, qui Atria cuſtodiũt. l. 1. §. caupones. ff. naut. caup. ſtab. cum gl. & Atrienſes, qui curias magnatum ſequuntur, ex humaniorum literarum profeſſoribus, ſed melius domini negocia procurantes, & ſeruis alimenta diuidere eſſe ſolitos, ex atrio dicuntur, in quo ſportulę, & cibaria diſtribuuntur ex reſcripto Alpheni in. l. in lege, circa med. ubi Alci. ff. de verbor. ſign. non tamen eſt de eſſentia domus, quæ ſine conſiſtere poteſt, cum ex ſolo, pariete, & tecto ſufficit, ex philoſopho, ex l. ciuili, ex ſolo, & ſuperficie. ff. de ſolut. l. qui res. §. aream. Affl. deciſ. 92. Rex Ferdinandus, num. 12. verſ. nam
3 adhoc. † Atria proprie in noſtris termi
nis dicuntur porticus, ſeu clauſtra ante eccleſias, nam per medium ipſorum intramus ad eccleſias ipſas (militantẽ inquàm eccleſiam, & poſtea triumphantem: ex quo cecinit Dauid. Pſal. 64. Domine quis habitabit in atriis tuis,) & hodie non inuenimus eccleſias antiquas, vbicumque ſitas, de maioribus maxime, in quibus atria deſignata non cognoſcamus, etiam ꝙ ſint extra ciuitates, quæ in multis locis primum maiori potiebantur magnitudine, & latitudine, vt inde poſt modum epiſcoporũ cura ſit reducere, & unire,

ex ſimili decreto Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reforma. cap. 7. vbi text. dicit
4 ex temporum iniuria.) † Poteſt item atrium deſignare Chriſtum, per quem intratur in illam cæleſtem Hieruſalem; quia nemo venit ad patrem, niſi, qui nouit filium. Matth. cap. 11. quod itē de glorioſa Virgine Maria dicere poſſumus, cum per ipſam gratias habeamus à Deo noſtro, nos Mariam inuocamus, ipſa dulciſſimum filium, filius patrē. S. Bernar. in ſermo. de eius natiuit. quia humani generis eſt cōſolatrix pro ſalute fidelium, qui delictorum onere grauantur, ſedula oratrix, & peruigil ad Regem, quem genuit, intercedit, in extrauagan. prima. Sixti IIII. Pont. Max. in princ. de reliq. & vener. ſanct. ad propoſitum plura ſunt, ſeu eſſe poterunt atria in eccleſia, vt quandoque tria deſignata viderimus, ſicuti probatica piſcina quinque porticus habebat,
5 de qua. Ioan. cap. 5. † Dicit tamen Florent. in prima. titu. 4. cap. 7. §. 5. quòd atria Domini ſunt tria, in quibus voluntas electorum elegit habitare, primum eſt ſui humiliatio, ſecūdum Dei contemplatio, tertium aduerſi toleratio. de primo, Pſalm. 83. elegi abiectus eſſe in domo Dei, de contemplatione ait Do. Luc. c. 10. Maria optimā partē elegit, quæ non auferetur ab ea. de tolerantia aduerſorum, exemplum maximum, & memorabile præſtant Machabei, qui magis elegerunt mori, variis tormentis conquaſſati, quàm illicitis cibis coinquinari contra eorum legem.
6 1. Machab. cap. primo. † Item ſunt & atria edium canonicorum, de quibus dicitur in Conc. prouint. Mediolanen. maximi Cardinali Borromei 2. par. titu. de edib. can. fol. 74. eorum atrium vbi claudi poteſt, una claue concludatur, iudicioque epiſcopi ſtatuatur, qua hora claudi, vel aperiri debeat atrij ianua, de ſecularibus canonicis in his partibus non ſunt, quia a principio nō ſic fundatæ eccleſię fuerunt, bonum eſſet utique, vbi ſtatus reformari poteſt, vt ad antiquam uiuendi normam canonici ducerentur, quia maior eſſet
7 frequentatio cultus diuini. † Atria igitur, & porticus eccleſiæ faciat epiſcopus gaudere eadem immunitate, qua eccleſia gaudet, cap. ſi quis in atrio, & cap. ſi quis contumax. 17. quæſtio. 4. ideo arcendæ ſunt ab ipſis omnia prophana, cūm eadem immunitas ſit conſeruanda, per quod fuit iudicatum, & bene, confugientem ad eccleſiam, & captum in atrio, fuiſſe liberandum per conſimilem immunitatem, & illos abſolutionem, petere debuiſſe, quāuis multum dubitatū fuerit in modo abſolutionis, propter diuerſitatem perſonarum: nec in eis atrijs vllo modo exercenda ſunt iudicia ſecularia, & ſtrepi-
8 tus ipſorum. † Quæ neque poſſunt in domibus eccleſiarum exerceri, cap. 1. & cap. cum eccleſia, de immuni. eccl. dom. Paul. de viſit. prima parte, q6. 7. quod, & attendendum eſt, cum multi ad hunc effectum locent ipſas domos, & aliqui domini, ſeu barones terrarum, etiam inuitis rectoribus accipiunt, & dictum refert Caſſan. in cōſuetud. Burg. rubri. prima. §. quinto, nume. 117. fol. 55. ſi tamen domus ipſæ eccleſiarum, non ſunt eis contiguę, ſed in alio loco, & in alia vicinia poteſt tolerari, cum certo modo poſſint dici prophanæ, non enim immunitas eccleſiæ tranſit in ipſum locum, vt ſi domus relinquatur ab eccleſia, velit

tali

tali gaudere priuilegio: (ſecus in domibus epiſcoporum, quæ licet non ſint coniunctæ eccleſiis, etiam dicuntur ſacræ, circa libertates 17. quæſtion. quarta cap. id conſtituimus. Martin. Nauar. in Manual. cap. vigeſimoquin-
9 to, numer. 18.) † Sed quando ſunt annexæ, epiſcopus non debet permittere in eis fieri concilia, ſeu parlamenta populorum, vel vniuerſitatum, uel aliorum conuenticulas, grauiter exagerando, cum ſit maximus abuſus tolerare. Prohibeantur mercatus, nundinæ, negociationes, actuſque laicorum, venditiones candelarum, eſculentorum, poculentorum omnino vſus tollatur, deiiciantur menſæ nummulariorum, tarallorumque, neque beſtiis vllum acceſſum patere permittatur: hæc omnia eiecit ipſe dominus à Templo. Matthæ. capit. vigeſimoprimo, cum dixit, domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis ſpeluncam latronum, quæ fieri non poſſunt ſine clamore, & ſtrepitu, ideo ſunt arcenda, quod, & ordinatum eſt in Concil. Trident. ſeſſ. 22. de obſer. & euit. in celebr. Miſſ. §. ab eccleſiis.
10 † Et ſi eccleſia in ſua fundatione habuit atrium deſignatum, inquiratur ſi ad præſens potitur, neue ſit ab aliis occupatum, claudiq. omnino faciat, feneſtras vicinorum, ex quibus ad ipſas eccleſias aſpectus haberi poteſt, ſecundum ordinationem Pij Quinti Pontifex Maxim. publicatam in Anno Domini 1566. incip. vniuerſis. Primo ſui Pontific. &c.

DE COEMETERIIS *Eccleſiarum.*

CAP. DVODECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *COEMETERIVM quando fuit inuentum; & vnde dicitur. nu. 2.*

3 *Cæmeterium habuit initiū ab Abraam.*

4 *Cæmeterium cui Eccleſia concedatur. Et vbi debet eſſe in eccleſia. nu. 5. Et quare benedicatur. nu. 6.*

7 *Cæmeterium gaudet immunitate, vt Eccleſia.*

8 *Cæmeterium polluitur per Eccleſiam pollutam.*

9 *Sepultura tempore interdicti an detur in cęmeterio.*

10 *Epiſcopus quæ prouidere debet in cæmeterijs.*

CVM

CVM quælibet pars eccleſię viſitanda ſit, ſeruato ordine, proceditur ad viſitationem cęmeterij, quod in omni principali eccleſia extat, & eſſe
1 debet. † Nam & licet antiquitus non eſſet permiſſum ſepeliri in eccleſia cadauera. l. nemo Apoſtolorum. C. de ſacroſanct. eccl. quod tamen perſonis dignis, & præſtantiſſimis cōceſſum fuit, cap. nullus. 13. q. 2. lapus in ſua alleg. 83. nu. 6. ſed religione chriſtiana, ne ferarum more corpora chriſtianorum ſepellirentur, introductum fuit fideles omnes in eccleſia ſepelliri, per quadraginta paſſus ante maiorem eccleſiā, per triginta in cappellis. 17. q. 4. cap. ſicut antiquitus, & hic locus cęmeteriū dicebatur, ideo aliqua breuiſſime ſunt
2 attingenda. † Dicitur autem cęmeterium (vt noſtri volunt,) quaſi cinis terium, quia ibi cinis mortuorum teritur, vel dicitur a ſis, quod eſt ante, quia ante eccleſias extat, vel a cinis, quod eſt dulcis, quaſi dulcis ſtatio animarum. & dixi in famil. ſing. in l. c. nume. 29. & in ſepulchris chriſtianorum requies defunctorum eſt, dicit Beatus Ambroſ. de offi. quem recitat Grat. 12. quæſt. 2. cap. aurum, verſ. nemo poteſt dicere, ſed vera Etymologia eſt vt dicatur a verbo Græcę κοιμιω, id eſt, dormio: quia ibi mortui dormiūt, quouſque tuba canet: ſurgite mortui, venite ad iudicium, & vide Gemin. in cap. vnico de conſecr. Eccle. vel alt. lib. 6.
3 † Habuit autem initium cęmeterium ab antiquo, & primo illo Patriarcha Abraam, qui emit agrum ab Ebron, in quo erat duplex ſpelunca. Ioan. de Sel. in ſuo trac. de benef. 1. parte s. v. num. 87. cum. ſeq. & patet Geneſ. cap. 25. vbi dicitur eſſe in agro Ephron, dicitur autem ibi de Abraam, & deficiens mortuus eſt in ſenectute bona, prouectęq. ætatis, & plenus dierum, cōgregatusq. eſt ad populum ſuum, & ſepelierunt eum Iſaac, & Iſmael filij, in ſpelunca duplici, quæ poſita eſt in agro Ephron filij Seor Hethei, e regione Mambræ, quam emerat Abraam, a filiis Het, ibi ſepultus eſt ipſe, & Sara vxor eius.
4 † Nec eſt verum omnem eccleſiā poſſe habere cœmeterium, ſed tantum habentem populū, aut ex priuilegio conceſſum fuerit, vt in multis videmus, aduertit Innoc. in cap. 1. de ſepult. id enim ad parochos ſpectat, ratione ſepulturæ, & ſuæ eccleſiæ parochialis, reſpectu finium limitatorum, qui non præſcribuntur. cap. ſuper eo. de paro. Nam Eccleſia ſepelliens alienum parochianū, cogitur reſtituere corpus propriæ eccleſiæ, & parochiæ, & quicquid eius occaſione habuerit, de ſepult. cap.
5 ex parte cum aliis. † Et hoc cœmeterium, debet eſſe circa eccleſiam. 17. q. 4. cap. ſicut antiquitus, licet propter fetorem vitandum poſſit eſſe remotus, ſicut in Francia exiſtere dicit, idem Innoc. in cap. abolendæ. num. 2. de ſepul. ob quam cauſam ſcribit Fran. Ripa a Sanct. Nazar. in ſuo ſollem. tract. de peſte, vlt. par. nu. 99. cum ſeq. cum, & corpora inſepulta reddant locū contagioſum. ff. Ne quid in loc. publ. l. 2. §. idem ait, & idem Ripa. num. 143. verſic. inſuper, ſed cęmeterium † benedicitur ab epiſcopo, non autem conſecratur, vt fugiat inde habitatio immundorum ſpirituum, & fideliū corpora, uſque ad diem iudicij requieſcāt in pace. Gul. in ration. lib. 1. cap. 8. nu. 26. & tunc ſeparatur ab aliis locis ab epiſcopo

epiſcopo.1 3. quæſt.1.c.bonorum fide-
lium, nec ante ipſius benedictionem
poſſunt ibi defuncti ſepelliri, cap. ne-
mo de conſecr. diſt. 1. eſſet enim tolle-
re iuuamen,quod recipiunt ex benedi-
ctione appoſita per epiſcopum ex cau-
ſa prædicta, niſi ratione imminentis
peſtis, & continuę mortalitatis id fie-
ret, vt quia cœmeterium non capax
vel ad remouendum aliorum in fectio-
7 nem,ſi ibi ſepellirentur. † Gaudet item
cęmeterium eadem immunitate, ſicut,
& eccleſia, vt de atriis ſupra cap.prox.
num.7. dictum eſt. Abb. in c. cum ec-
cleſia.2.not.de immun.eccl. vbi notan-
ter dicit,ſi alicui eſt interdictus ingreſ-
ſus eccleſię ergo,& cœmeterij; allegat,
de ſentent. excom lib. 6. cap.ſi is cui,
ſic etiam ſi eccleſia interdicta eſſet, ex
maiori ratione,quia caput, & primum
eſſe cęmeterii, & cum ſit interdictum
locale, omnia connexa ſecum trahens,
quando tamen interdictum eſt publi-
8 catum,vt infra ſuo loco dicemus. † In-
dè inſurgit ratio euidentiſſima, quòd
polluta eccleſia, eſt pollutum,& cœme
terium, licet non e contra. de conſecr.
eccl. vel alt.cap. ſi eccleſiam lib.6. quia
cum ſit acceſſorium ad eccleſiam,vitiū
ipſius non tranſit ad principale,ſcilicet
ad eccleſiam,nec minus dignum trahit
ad ſe maius dignum, quod eſt contra,
in eccleſia trahente ad ſe cœmeterium.
docto.eo.cap. ſi eccleſiam. Sylu. in hoc
verbo, & ſic in practica ſeruamus, &
in facto ad reconciliationem vtriuſque
proceſſimus, quando eccleſia erat pol-
luta non e contra. idque etiam per ſe-
pulturam excommunicatorum proce-
dit,cap. conſuluiſti,cum glo.de conſec.
eccl. vel alt.& de ſepult.cap. ſacris, vbi
glo.dicit cœmeterium dici auream ter-
ram, quia præ cæteris eſt prætioſior.
9 † Et ex eadē ſimili ratione interdicta
eccleſia, eſt interdictum cœmeterium,
nec poſſunt ibi ſepelliri corpora defun
ctorum, tam in loco interdicto reſpe-
ctu ſui, quàm reſpectu certarum per-
ſonarum. tab. interdictum.v.nu. 12.&
ratione ſepulturæ.Ioan. de Plat. de ex-
commu.§.5.nu.3.Ioan.de Selu. de be-
nefi.1.parte.q.5.num.9.& ſupra.nu.6.
quod in foraneis eccleſiis fortius eſt at
tendendum, ex multis, quæ vidimus
10 frequentius occurrere.† In viſitatione
igitur prædicta epiſcopus facta genera
li abſolutione pro mortuis, iuxta ritū
Pontif. libri, ſupra cap.3. num.14.in-
quirat in ipſis cœmeteriis antiquū mo
rem ſepelliendi, ſi forſan ſit intermiſ-
ſus, prohibeat in eis tractari aliquod
prophanum, indecens, & inhoneſtū,
venalia omnia abiiciantur, deteſtetur
prauus ille abuſus ſupra cęmeteria bac
canalia fieri,cibos, potuſve frequenta-
ri,ceſſent negociationes,maxime nun-
dinarum, tumultus iudiciј ſecularis,
ſtrepituſque quieſcant, nullaq. cauſa
per laicos exciteretur,omniq́ue proceſſu
denique annullato. cap. decet. de im-
muni. eccl. lib. 6. Abb. in cap.cum ec-
cleſia.in prin. num.1. eod. titu. & vbi
ipſa cœmeteria ſunt extra eccleſiā,pro-
curet claudi,& portis,clauibuſque fir-
mari, nec aliquibus maleficis, ſtrigis,
magis, facilis ſit aditus, ex multis ob-
ſcænis,quæ audiuimus tractari, aliaq.
neceſſaria prouideri, prout loci aſpe-
ctus ſuadebit,nec reparationem,ſi qua
eſt faciēda,retardari permittat,foueęq.
accommodentur,& cętera ex pruden-
tia ſuppleat,maxime aliquod ſacrificiū
Miſſæ pro ipſis animabus, quæ in pur-
gatorio noſtra ſuffragia expectant, iu-

xta illud Iob lamentantis, cap. 19. miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me: omnes amici ſumus, quia vnus alteri proximus. Matthæ. capit. 22.

DE SACRISTIA, ET eius Viſitatione.

CAP. DECIMVMTERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Sacriſta, quis dicatur, & quod eius officium. nu. 2.*

3 *Sacriſtia in quibus eſt viſitanda: & quę epiſcopus debet in ea ordinare. nu. 4.*

QVIA diſtincta ſunt officia in Eccleſia, vt ſciat vnuſquiſque quod ad ſe pertinet exercere. 25. diſ. cap. perlectis. Ideo viſitaturus epiſcopus ſacriſtiam videbit.

1 † Quis ſit ſacriſta præpoſitus, ſi ſufficiens, idoneus, fidelis, quia ad ipſum pertinet generalis cuſtodia ſacrorum vaſorum, veſtimentorum eccleſiaſticorum, totiuſq. theſauri eccleſiaſtici. c. vnico de offic. Sacr. qui, & theſorerius ſolet dici, ſiue cuſtos, ſecundum varias conſuetudines, & eccleſiarum, & locorum (aliquando diuerſum eorum officium.) Hoſt. in ſum. eod. tit. quia in multis eſt theſorerius, vnus de principalibus canonicis, & ſacriſta in ſuo officio, & pœnes quem totius eccleſiæ cu-

2 ſtodia manet. † Ipſe enim debet habere onus prouidendi neceſſaria pro ſeruitio eccleſiæ, & cultus diuini, ornare ipſam eccleſiam, altaria ſecundum decentiam feſtorum, eccleſiam mundam tenere, ſigna pro horis dicẽdis denotare, tabellas affigere pro Miſſis, anniuerſarijs, & officiis defunctorũ, renouare aquam, fontem purgatum tenere pro lauandis manibus, & aliis neceſſariis, prout hæc, & alia de ipſo colliguntur per S. Anton. in 3. tit. 19. cap. 9. & ex ſynod. prouint. Mediol. 2. part. titu. 40.

3 fol. 110. † Videat diligẽter ſi in ipſa ſacriſtia (tam in cathedrali, quã in aliis) adſunt paramenta, ornamenta, vaſa ſacra, calices, patenæ, cruces, ampullæ, candelabra, turribula, nauiculæ cum ipſis coclearibus, bacilia, capſæ, vbi omnia reponantur, ſint lampades, ſacræ veſtes ad qualitatem ſufficientes, amictus, albæ, cinguli, manipuli, ſtolæ, capſulæ, dalmaticæ, tunicellæ, pluuialia, tobaleæ, lintea, pallia, veſteſq. altarium, ſecundum qualitatem eccleſiarum, & reddituum, & populum, & ſi omnia

4 munda, & nitida ab ipſo tenentur. † Prouideat, vt ſint libri neceſſarij, Antiphonaria, lectionaria, gradualia, pſalteria, martirologia, breuiaria, miſſales, & de nouis editis ex decreto Conc. Trid. iuſſu Pij Quinti Ponti. Max. 1568. & 3. ſui Pontif. nec deſint baptiſteria, ſecundum

cundum more Romanæ eccleſiæ, quæ omnia cum ſupradictis ad notentur in inuentario ipſius eccleſię, & ſi opus fuerit pro modo facultatum habeantur neceſſaria de libris,& veſtibus, iux. qualitatem colorum, quibus vtitur ſancta Romana eccleſia: nec ipſa bona faciliter extrahantur, aut accomodentur, adſint purificatoria, vela pro crucibus, & calicibus, burſæ corporalium, nec patiatur veſtimentis feſtiuis vti diebus ferialibus & ex practica alia, quæ viderit eſſe opportuna, maxime conſtruatur oratoriū ad qđ ſacerdotes genuflexi finita Miſſa, & ante reddant gratias Deo opimo maximo, ipſumque præcentur pro beneficiis acceptis, ſit fons ſeu, lauitorium pro manibus, cum ſuo ſacrario, vt infra etiam dicemus.

DE CAMPANILI, ET CAMPANIS.

CAP. DECIMVMQVARTVM.

SVMMARIVM.

1 *Campanile dicitur conſtrui ad honorem eccleſiarum.*

2 *Campana unde dicatur, ad quę ſigna pulſetur. nu. 3.*

4 *Poſſeſſio beneficij denotatur per pulſationem campanæ.*

5 *Campanæ debent eſſe in omni eccleſia, & quid in oratorijs.*

6 *Monaſteria quot campanas debēt habere.*

7 *Campanę quare benedicuntur? Et quomodo pulſentur pro mortuis. nume. 8.*

9 *Campanæ prolixius ſonantur in feſtis. Et ſilent triduo ante Paſcha, & quare. nu. 10.*

11 *Campanella pulſatur in eleuatione corporis Chriſti.*

12 *Campanæ non pulſantur tempore interdicti, Licet poſſit prædicari verbū Dei. nu. 13.*

14 *Sarraceni non vtuntur campanis, & quare & quibus ſignis vtantur loco ipſarum.*

15 *Epiſcopus in viſitatione campanarū, ad quæ aduertat.*

16 *Oratio dicenda ad pulſationem campanæ pro virgine ſero, & mane.*

1 AD decorem, honorem, & ornatum eccleſiarum.† Et ad magnam deuotionem præſeferentes chriſtiani in edificatione ipſarū, in omnibus fere conſtruunt campanilia ſeu pinnacula, etiam in exceſſiua, & pulchra, & mira altitudine, vt ſcribit, Caſſan. in ſua glor. mund. part. 12. cōſid. 63. variis campanis ornando, quæ, & poſt modum pars eccleſiæ dicuntur, ideo viſitatione indigent, & de quibus
2 1. dicitur.† Quod campana dicitur a campania, ſecundum Abb. in cap. 1. de offic. cuſtod. ex eo, quod ibi primum eius vſus fuerit, & Gul. in ration. lib. 1. cap. 4. Ciuitati Nolanæ tribuit, licet de minoribus vaſibus, & exinde populus ad diuina cōuocatur, ſicuti in vete-

ri teſtamento,vt legitur in lib.nu.c.10.
per tumbas argenteas,& ibid. nu.3. &
nu.11.de ſex generibus tintinnabulorũ
3 quibus vtitur eccleſia.†Per cuius cam-
panæ ſonum plura ſignificantur,vt cõ-
gregandi Concilium,exeundi ad bellũ,
horarum,gratiarum,actionis,pro fune
re alicuius, excõmunicationis, gaudij,
honoris, alicuius perſonæ intrantis in
Ciuitatem, item ad ignem extinguen-
dum ad tempeſtates remouendas, le-
ctum intrandi, vniuerſitatem ad parla-
menta conuocãdi,feſta deſignandi,cle-
rum ad capitula, Miſſas aliaq. diuina
officia immitandi glo. per illum tex.in
cap.ſi capitulo de conceſ.pręb.lib.6.ad
mouendum ſeditionem, vt pluries vi-
demus,pulſando, & clamando, all'ar-
me,all'arme ſuper quo,ſine licentia eſt
pœna capitis.Alber.de Roſ. in l.capita
lium.§. ſolent.ff. de pœnis. Caſſan. in
conſuet.burg.rubri. 1.nu.50. Boſſi. de
crimi.leſ.maieſ.nu.35.Item dandi do-
minium alicuius ciuitatis. alicui cum
acclamatione campanarũ,& cũ lætitia
viuat,viuat dñs.l.1.C.de quęſt.lib.12.
Boer.in tract.de cuſt.clau.fol.12.col.1.
in veteri teſtamento conſuetum, cum
Populus habito Rege Saulę a Domino.
per medium Samuelis Prophetæ cla-
mauit.Viuat Rex.legitur.lib. 1. Reg.c.
4 10. †Item, & eius ſonus ſignum eſt
poſſeſſionis accipiendæ in beneficio,
vel adeptę, vt cõmuniter obſeruamus,
cum ad eccleſiam,ex eo itur. not. Petr,
Rebuff.in ſua pract.ben.de miſ.in poſ.
nu. 32. quod eſt notandum, ſicuti de
baronibus,& domicellis, qui in ſignũ
dominij alicuius caſtri noui coram vaſ
ſallis, accipi pugillum terræ ſolitũ eſt,
& poſtea ad caſtrum, cum acclama-
tionibus,& fragantibus rumoribus,vel
quando ad rumores homines vocãtur,
vt ſuperdictum eſt:& not.Moder. cam
pan. in cap.regn. 85.& in multis mo-
5 naſterijs ad ſilentium indicendum. †
Et debent campanę eſſe in omni eccle-
ſia & beneficio. Ioã. de Sel.de benef.1.
part. q. 5.nu. 82. publice tamen & in
oratorijs non poſſunt haberi ſine licen
tia epiſcopi. de priuil. cap. patentibus.
vbi bonus tex. & allegat Alph. Aluar.
in ſuo Specul.cap.13.fol.37.vbi argui-
tur poſſe procedi contra exemptos per
glo. quia in ipſis datur ſubiectio, &
ſumus in quibus auctoritas epiſcopi
ad denotãdum locum ſacrum requiri-
tur: ergo priuatus non poteſt ad libitũ
6 campanas erigere. † Monaſteria vero
vnam tantum campanam deberent ha-
bere, ex quo non habent populum, vt
dicit Abb.in d.c.patẽtibus.de quo ſcri-
bit Alber.fuiſſe maximam quęſtionem
in curia Romana, ſed experientia do-
cet,ꝙ non vna contentantur, ſed plures
volunt habere, & grandes contra con-
ſtitutionem. Ioan.22.ſum. Pont.in ex-
trauag.quia cunctos.§.Nos, præmiſſis.
de offic.cuſt.in com. & plures ſunt ec-
cleſiæ monaſteriorum habentes maio-
res in numero,quantitate, & magnitu-
dine campanas, quàm non habent ec-
cleſię cathedrales, ſed illas pulſare nõ
debent,nec poſſunt in ſabbato maioris
ebdomadæ, antequam pulſentur in ec
cleſia cathedrali,vel parochiali, aut ma
trici, propter honorem ipſius eccleſiæ
cathedralis, & matricis ex conſtitutio-
ne Conc.Later.ſub Leone X.an.1516.
incip.Sacro approbante.§.& vt debitus
ſub pœna ducatorum centum, quod
7 eſt notandum. †Exorcizantur autem,
& benedicuntur campanæ, vt per illa-
rum ſonitum expellantur hoſtes exte-

rius,

rius, & omnes inſidiæ inimici; fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempeſtatum, & fulgurum infeſta tonitrua, & ventorum flamina, ſuſpendantur; ſpiritus procellarum & aereæ tempeſtates proſternantur. Gul. vbi ſupra Viguer. in cathol. inſtit. de exorc. verſ. 3. nu. 217. l. 6. & tum fideles audiẽtes ſint intenti orationibus, pro imminentibus periculis. Ioan. de Selu. ead. q. 5. verſ. quartum requiſitum ideo dicimus prohibitum eſſe campanarum ſigno vti ad ſignificandam iuſtitiam dãnatorum, prout etiam id aduertitur in ſynod. prou. Medio. quod nec bene ſeruatur.

8 † Cum vero pro funere, & exequijs pulſantur, varie obſeruatur, vt pro ſacerdote tot vicibus, quot ordinibus eſt inſignitus, & vltimo omnes, & ſic in omni eccleſiaſtico eadem ratione attẽta; pro laicis maſculis ter ſonantur, pro fœminis bis. rationem aſſignat Io. de Sel. in ipſa quæſt. 5. & tunc populus orat pro eius anima, vt Deus accipiat eam in ſancta pace, quod obſeruatur in multis eccleſijs, in alijs non, ſed indiſtincte, ex inaduertentia potius, quàm ratione particulari.

9 † In feſtis, & dominicis diebus debent campanę prolixius ſonari, quàm in alijs ferialibus, cum ijſdem diebus omnes teneantur ad eccleſias ſub pręcepto accedere ad Miſſas audiendas: per earum fortem, & durabilem ſonitum excitantur dormientes, & pigri, quia iam tempus eſt de ſomno ſurgere. Apoſtol. ad Rom. cap. 13. quibus diebus ab eccleſia ordinatis, omnes fideles in vnum in eccleſia vniti laudes Deo debitas perſoluerent, & ad immitationem cæleſtis illius exercitus cantantis continuo. Sanctus, Sanctus, benedictus qui venit in nomine domini &c.

10 † Silent autem campanæ triduo ante Paſcha, cum eo tempore per mortem Chriſti ſiluerint Apoſtoli & pędicatores per campanas deſignati iux. illud in omnem terram exiuit ſonus eorũ & in fines terrę verba eorũ & quia Domino tradito a Iuda ingrato oẽs derelinquerunt eum. Matt. cap. 26. idq. etiam per denudationem altarium ſignificatur in 5. fer. maior. ebdom. Gul. in ration. lib. cap. 76. non autem dereliquit eum Glorioſa Virgo eius mater de qua canit eccleſia.

Stabat mater doloroſa,
Iuxta Crucem lachrymoſa,
Dum pendebat filius.

Sicuti de omnibus candelis extinctis in eius officio, præter vltimam denotantem fidem, quæ in ſola Virgine remanſit, per quam poſtea omnes fideles edocti, & illuminati ſunt. Gul. eod. lib. 6. c. 72. nu. 24. & ſic numquam deficiet fides Petri, quia Chriſtus orauit patrem. Luc. cap. 22.

11 † Sed campanella pulſatur ad eleuationem ſacratiſſimi corporis Chriſti, & dum ducitur ſancta Euchariſtia ad infirmum, vt eius ſonitu præmonitus populus ſit preparatus ad adorandum dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum Regem Regum, & dominũ Dominantium in ſalutari hoſtia contentum. Gul. eo. trac. lib. 4. cap. 41. in fine. conuenit, vt ſigna præcedant, tubæ canent, omnia moueantur, cum tranſit ſalutaris hoſtia, & viaticum cuiuſcumq; fidelis, nam, & magnos (in multis videmus) terreſtes, tubam ſonantem præcederet, vſus multorum habet & inſtante ipſo Domino Hieroſolymam commota eſt vniuerſa ciuitas dicens, quis eſt hic? Matth. cap. 21.

12 † Tempore tamen interdicti campanas pulſari non per-

permittitur, cum ſit prohibitus ingreſſus, ſilentium tenetur. Calder. de inter. nu. 45. & ſic non completur officium vocandi gentes ad eccleſiam, quamuis pulſentur ſero, & mane pro ſalutatione Angelica, potius de cõſuetudine, vt dicit quidam doctor, quam de iure, admittitur tamen propter honorem glorioſæ Virginis, vt à cunctis laudetur, et veneretur, pariterq. precetur pro noſtris neceſſitatibus, de quo infra hoc lib. cap. 20. nu. 31. & ſupra cap. 11. nu.
13 4. † Pro prædicatione verbi Dei conceditur, quia, & ipſa nõ impeditur cauſa interdicti lati, vnde ſonari poteſt, dũmodo non fiat in fraudem. not. Cald. in clem. 2, 6. quæſt. de ſent. excomun. argu. cap. reſponſo eod. tit. quia verbi Dei multo pluris eſt neceſſaria prædicatio, vt non minus verbum Dei, quam corpus Chriſti, ex Auguſt. 1. q. 1. cap. interrogo. ex multis vtilitatibus inde prouenientibus de quibus infra. c. 18. diſſeritur, cum gentiles, & alii infideles admittantur ad audiendum verbum Chriſti de conſ. diſt. 1. c. epiſcopus nullum, & hoc de interdicto, tam de generali, quam de particulari reſpectu illius
14 eccleſię, ſeu loci. † Sarraceni vero (apud quos nihil boni inueniri poteſt, quod ſit eis meritorium ad uitam æternam cum ſint extra eccleſiam per S. Thom. 2. 2. quæſt. 10. art. 4.) non utuntur campanis, licet eas multum commendent, ſed loco ipſarum faciunt certa ſigna, quæ notanter ſcribit glo. iuris noſtri, in clem. 1. de iud. & ſar. in illis verbis. Zabazala, per ſuos ſacerdotes ſupra turrim mel.ſuitã quadratam, ſubmittens verba vocantia populum, quo conuento docent ipſi legem, quam habent in Alcorano, ſicut Iudæi in falſis libris Talmut, Sehamoth, Abodozera, cum alijs enumeratis per Marquad. Suſam.
15 de iud. & infid. 3. par. cap. 1. nu. 49. † In his igitur viſitãdis inquirat epiſcopus locum campanilis, ſi campanæ ſunt benedictæ, & quidquid ad pulſationem campanarum pertinet, adſint neceſſaria, prouideatq. vt ſacriſtæ ſiue alij, ad quos ſpectat, eas ſonent iuxta varietatem temporum, & dierum, & feſtorũ, & iuxta laudabilẽ conſuetudinem eccleſiæ ad Miſſas, ad officium, ad horas, & ne prætextu pulſationis ipſarum, aliquid tã turpis quęſtus ſoluatur, vel extorqueatur, & præſertim quod ſummo mane, meridie, & ſero pulſetur campana ad orationem dominicam, & ſalutationem Angelicam dicendo illos
16 verſus. † Ad primum. Angelus Domini annunciauit Mariæ, & concepit de ſpiritus Sancto. Ad ſecundum. Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Ad tertium ſonum. Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, dicendo in unoquoq. verſu. Semel ſalutationem Angelicam, vel ad gratiarum actionem, quam quotidie Deo habere debemus, ne reddamur ingrati pro tantis beneficiis nobis collatis, & etiam orando contra imminentia pericula, illudq. ſtatuatur, vt cõgruenti ordine pulſentur paulliſper ante Miſſas, officia, & horas, vt clerici ſubueniant in choro & ſi qui ſunt laici, ſe preparent ad audiẽdas laudes diuinas, neque ad alias perſonas pateat aditus, vt maleficis, ſtrighis prohibeatur acceſus, ad hoc ne quid obſcęnũ in eis committant, vt ſcribit Paul. Grill. de ſortileg. quæſt. 11.

DE ECCLESIA CATHEDRALI eiusq; capitulo in particulari.

CAP. QVINTVM DECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Romana de cenſib.lib. 6.in quibus eccleſiis procedat.*

2 *Capitulum facit vnum corpus cum epiſcopo.*

3 *Capitulum ne viſitetur ab epiſcopo, quon is modo ſe tueri non poteſt.*

4 *Eccleſia cathedralis quæ dicatur.*

5 *Dignitates eccleſiaſticę ſunt viſitãdæ. Et ex quibus arguantur.nu.6.*

7 *Dignitates eccleſiaſticæ quibus ſunt cõferendæ.*

8 *Dignitatum inſignia ſunt examinanda.*

9 *Inſignia ſunt inducta loco meritorum.*

10 *Canonici quales, & quot ſint debet attendi. Si ſupernumerarij. nu. 11. Si eſt eis annexus ordo ſacer. nu.12.13.*

14 *Canonicus admittendus ad vocem debet eſſe ſaltem ſubdiaconus.*

15 *Fidei profeſſio facienda eſt a canonicis, quando, quomodo, & coram quibus.*

16 *Canonici debent per ſe ſeruire in diuinis, & non per ſubſtitutos, & quomodo ſtare in choro.*

17 *Reſidentia eſt facienda ab omnibus canonicis in eccleſia. nu. 18.*

19 *Ambroſius Catharinus epiſcopus Minorenſis magnus Doctor, & Theologus.*

20 *Canonici ſi habent alias eccleſias curatas, quomodo reſidere tenẽtur. nume.22.*

21 *Concilium Tridentinum, quando confirmatum a Pio IIII. & à quo die cœpit ligare.*

23 *Canonicatus, & eccleſię curatę ſunt incompatibiles.*

24 *Epiſcopo in ſua diœceſi, vbiq; primarius locus eſt dandus.*

25 *Diſtributiones quotidianæ debent eſſe in omni principali eccleſia, & quibus dandæ, & quid faciendum vbi non ſunt.*

26 *Capitulum quando conuocandum ab epiſcopo.*

27 *Capitulum quibus diebus celebrandũ, & vbi.*

28 *Capituli ſtatuta ſunt examinanda.*

29 *Punctatores duo creandi in capitulo, & quod eorum officium.*

30 *Ratio adminiſtrationis rerum capituli eſt inquirenda in viſitatione, quomodo, quando, & circa quæ.*

31 *Capitulum ſi ſede uacãte adminiſtrauerit res eccleſię tenetur reddere rationem epiſcopo ſuccedenti.*

32 *Capitulum in creatione officialis ſede vacante, quæ attendere debet.*

33 *Capitulum debet couſtruere archiuiũ in eccleſia.*

34 *Eccleſia debet habere dotem competentem.*

25 *Cęremonię inductæ a ſancta eccleſia ſunt in diuinis ſeruandæ, & quæ vitandæ.*

36 *Sacramentorum miniſter in ipſa eccleſia cathedrali qualis eſſe debet.*

37 *Regula generalis non poteſt includere, quæ particulariter ſunt tractanda.*

1 SEquendo ordinem cap. Romana, de cenſib. lib. 6. † Qui text. etiam in epiſcopis locũ habet, licet de Archiepiſcopo loquatur, prout in cap. 1. in fin. ſtatutum eſt, vt in ordinarijs intelligatur forma tradita. nũc enim ſumus in viridi viſitationis, in quo reponendo pẽdet omnis fructus, ideo ſuccedit videre in particulari, qualiter epiſcopus viſitabit ſuam eccleſiam cathedralem, ſuumq. capitulũ, ſeruatis tamen omnibus prædictis in ſuperioribus (quæ primum ſunt attendenda, & inquirenda pro ſtatu, & reformatione genera-
2 li.) † Capitulum enim cum epiſcopo facit vnum corpus, de his, quæ fiunt a Præl. cap. nouit. vbi per Abb. ꝙ canonici exinde dicuntur fratres epiſcopi, ſicuti Cardinales fratres Papæ. cap. 2. de offic. lega. lib. 6. vt a capite procedat ipſa correctio ad mẽbra. gl. in eod. cap. Romana. in uerbo prius. capite enim langueſcente, faciliter cętera mẽbra corporis inficiuntur, cap. ſunt plurimi. §. verum. 6. q. 1. quod namq. nobis licere nõ patimur, aliis indicamus, & Principem profiteri legibus ſe alligatum digna vox eſt, l. digna uox. C. de
3 leg. & conſtit. † Nec poteſt capitulum, ſeu illius pſonæ, quouis modo ſe tueri, quo minus a ſuis ſuperioribus non viſitentur, toties, quoties eis videbitur, etiam authoritate Apoſtolica ex decreto nouiſſimo Concil. Triden. ſeſ. 6. de reform. cap. 4. & ſeſs. 25. de refor. gen. cap. 6. hoc tamen addito, ꝙ quando extra viſitationis generalis actum procedit epiſcopus, eligantur duo de capitulo, de quorum conſenſu procedatur. eod. cap. verſ. ita tamen, etſi maiorem habent poteſtatem epiſcopi, ex cõſtitutionibus forſan, priuilegiis, conſuetudinibus, concordiis, aliove quouis modo, vtantur item, nec reſtricta per eadem capitula eſt poteſtas, ex notab. tex. eiuſd. capit. §. hæc autem. Dummodo non ſimus in capitulis habentibus priuilegia ſedis Apoſtolicæ, prout
4 in Hyſpania multa adſunt.) † Dicitur autem eccleſia cathedralis cõmuniter habens epiſcopum, a qua omnes aliæ totius diœceſis normã accipere debẽt, ſic ſumitur in Conc. Trid. ſeſſ. 6. de reform. cap. 1. & ſeſſ. 7. eod. titul. cap. 1. Vnde cathedralis, ideſt epiſcopalis. doc. in cap. ne pro defectu, de elect. & dicit Ioan. And. in cap. ſtatutum, ſuper verbo cathedralium, de reſcrip. lib. 6. etiã quòd ſit pauperrima & confirmantur prædicta. in cap. pro deliberatione, de offic. leg. eod. lib. & magnus uocatur ille Rex, qui in ſuo regno plures habet eccleſias epiſcopales, quia tunc dicitur habere prouinciam competentẽ, quod non eſt in Rege Boemiæ, qui vnam tãtum habet eccleſiam epiſcopalẽ, ſcilicet Pragenſem, refert Carol. de Graſſ. lib. Regal. Fran. primo iure, fol. 9. & quãuis dubitent Docto. ſi appellatione ca-

thedralis

thedralis vltra epiſcopalem, veniat Metropolitana, omnes concludunt, quòd non, in cap. quamuis, de præb. lib. 6. vbi per ſeparationem, & diſiunctim nominat, & iiſdem verbis utitur text. eiuſd. cap. 1. ſeſſ. 6. alleg. ibi Metropo-
5 litanis, & cathedralibus eccleſiis. † Primo ergo viſitatur, dignitates, quot ſint in eccleſia, quales, quæ prior, quæ ſecunda, quibus præeminentiis fungantur, quæ fuit earum inſtitutio. Namq. iuxta decretum Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. gen. cap. 12. dignitates in eccleſia (præſertim cathedrali) ſunt inſtitutæ ad augendam, & conſeruandã eccleſiaſticam diſciplinam, & dicitur dignitas in generali, compræhendens quemlibet gradum præeminentiæ, vt perſonatum, officium, & ſimil. ut eſt dictum in famil. ſing. in l. d. num. 66. fol. 168. & in trac. de dignit. eccleſ. 1.
6 par. cap. 1. † Cognoſcuntur autem dignitates eſſe in eccleſia ex tribus, primo ex adminiſtratione rerum eccleſiaſticarum, cum iuriſdictione, ſed hoc primum plerumq. fallit, ideo ſecũdo, ex prærogatiuis in choro, & in capitulo, uoce, loco, ſeſſione, præcedentia, quod ex tertio ſuffragatur, quia ex conſuetudine eccleſiæ habentur pro dignitatibus. Archid. domi. in cap. 1. de cõſuetud. lib. 6. & in dict. ſing. & cap. 1. ex quibus duobus vltimis iudicatur ne re de perſonalibus, & officio, quæ ſi concurrant, dicantur dignitates. domin. ibid. num. 8. & conſideratur ſi hæ dignitates ſunt in eſſe, & in actu, ſecus ſi in habitu. dom. Anto. de Butr. in alleg. cap. deliberatione. nume. 10. de offic. leg. 6. & hoc de conſuetudine trahunt multi, etiamſi non ex longeuo tempore, ſed quia communiter omnes ita reputant, vt communis error faciat ius l. barbarius, de offi. præſid. ff. ſed caue ab hoc ultimo, nam diſpoſitio. l. barbarus, procedit in temporalibus, non autem in ſpiritualibus. Ang. ibid. Socci. in fall. alleg. Gomeſ. in regul. cancell. de publ. res. qõ. 3. fol.
7 472. † Secundo inquirendum eſt, ſi ipſæ dignitates, maximè curam animarum habentes, ſint collatæ perſonis idoneis, & ſufficientibus, doctrina ad ſuum munus exequendum. cap. cum in cunctis, cap. cum dilectus, de elec. ſicut de Archidiaconatu diſponit Cõc. Trid. eod. cap. 12. §. Archidiaconi ẽt. & ex ea ratione, quando alia dignitas ab ea dignitate Archidiaconatus eſt prima in eccleſia. Dignitas enim a digno deſcendit. Gemi. in cap. ſi forte. nu. 6. de elect. lib. 6. (dixi curam animarũ,) ex eo quòd ſunt dignitates, abſque eo, quòd eis immineat aliqua cura animarum, iuxta cap. 1. de ætat. & qualit. eod. lib. & dignitas, & perſonatus poſſunt eſſe ſine cura, remota opinione dicentium ſecundum D. Anton. ibid. ꝙ dignitas dicebatur cum cura, perſonatus abſque, & ibi not. eccleſiis parrochialibus æquiperari dignitates, qđ eſſet vtile ad multa, de ætate, tempore, & ordine, vt poteris videre per docto. poſt glo. & eod. cap. 12. §. ad cæteras. Conc. Trid. eſt expreſſum, dum dicit ad cæteras autem dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla eſt, & ꝙ ſint ſufficientes, qui prouidẽtur: id fortius ſtringit, cum aliis præeſſe quodammodo dicantur, unde debent concurrere merita, & officia tali præmio digna, vt actiones animi in dignitates habẽtibus ſint pulchriores, & decentiores corporis actibus, quan-

to animus eſt ipſo corpore præſtantior in dictis, & factis. Secundum Tull. in
8 lib. de offic.† Et cum obtinentes ipſas dignitates, & perſonatus ſoleant deferre aliqua inſignia, debet epiſcopus, ſeu alius viſitans examinare, & inquirere, quæ ipſa ſint, quove tempore introducta, ſi honeſta, ne nimis exorbitantia, ne authoritate propria inuenta, ſi deferant tempore, & loco requiſitis, vt a cæteris de clero diſtinguantur, & admoneantur, quod ſicut ſignis cognoſcuntur maiores, ſic moribus, et honeſtate alios præcellant, vt eis bene ſint collatæ dignitates, & ne maiori reddantur correctione, quia ſunt poſiti in alto, ſicut candelabrũ in domo, vt omnes videant
9 lucem appoſitam. Matth. cap. 5. † Et quia loco meritorum hæc inſignia a iure introducta legimus l. prima. C. de diuerſ. offic. & appar. libr. duodecimo, de conſule eis vtente, vt ab aliis cognoſcatur ſcribit Vlpian. in l. ſecunda. ff. de his, qui not. infa. vt ex qualitate ornamentorum iudicetur quædam maioritas circa alios. argumen. cap. ad apoſtolicę de priuil. lib. ſexto, recenſet dom. Mari. Freccia noſter patruus bon. mem. de ſubfeud. lib. 1. de Duce. nu. 42. Caſſan. in ſua glor. mund. 1. part. conſ. 38. & quart. part. conſid. 31. & ſi alius vteretur non habens ius, vel contra inſtitutionem, non dubium, quin poteſt de falſo puniri. per. l. eos. §. fi. ff. de falſ. vbi optime not. Bar. & Abb. in
10 cap. 1. de cler. non ord. min. † Item eſt videndum ſi ſunt canonici præbendati, quot, & quanti præbendati, expectãtes qui eorum, numerus requiſitus, ex quibus fit capitulum, & quot alii extra capitulum, ſi ſunt recepti aliqui vltra numerum, nec ſunt fructus præbendarum ſuper excreſcentes: per receptionem namque vnius vltra numerum dicimus abrogatum numerum. Vnde in impetratione gratiæ in eccleſia numerata, debet fieri mentio de numero ipſorum canonicorum. doct. in cap. cum. m. de conſti. & ſi in receptione alicuius aliqua eſt ſeruata forma diſcutiatur, & examinetur, ſiue recipiatur per publicam admiſſionem, & confirmationem ſuperioris: ſin vero numerus canonicorum eſt determinatus cũ iuramento, vel longiſſimo tempore confirmatus, non licet ſine licentia accipere. Abb. in cap. dilecto lo 2. de præb. nec numerum ſic determinatum ſupprimere poſſunt, ſine licentia eiuſdem Do. Papæ, vt Neapoli de proximo euenit, vbi in eccleſia Metropolitana ex antiquiſſimo fuerunt quadraginta Canonici, licet non omnes præbendati, nunc vero ſupplicatum eſt Pontifici, & reduci ad triginta, & bona, redditusq. ipſorum decem incorporari triginta ſuperſtitibus, iuxta not. in dicto cap. cum. m. Dom. Papa conceſſit ex narratione facta, & multis diſplicuit, quia fuiſſet alius modus prouidendi, ſi tanta paupertas imminebat in facto (& ipſi Canonici procurare non debebant) quemadmodum forſan. Alius Archiepiſcopus inuenier, & numerum antiquum reddi procurabit, quod his temporibus non creditur futurum, in cauſa eſt text. quia non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt, duodecima quæſtio. 2. cap. glorioſa, in fine, nec ſatis eſt bene velle, niſi ſtudeatur etiam benefacere. 86. diſtinctio.
11 c. non ſatis.† Inquiratur etiam ſi ſunt canonici ſupernumerarij, qui licet de

præben-

præbendis adhuc non potiant̃,habeant diſtributiones quotidianas, ſecundum vnam opinionem Innoc. quando ſunt ex capituli uoluntate. doct. in d.c.cum .m. cum ſit aliquis,& non tamen præbendatus. c.ſtatutum de reſcript. lib.6. cui,quàm citius fieri poteſt, prouideri debet, cum data receptione in canonicũ non debet carere præbenda. iux.tex. in c. cum ſuper, de Conc.præb.& ſi is, qui dignitatem, canonicatumve habet, ſuo fungat̃ munere, & ordine, nẹ quis gradũ ſuum excedat, ſed loco proprio
12 ſit contentus. † Si ipſi canonicatus habent annexum ordinem ſacrũ, & modo ſit aliquis obtinens non initiatus eo ordine, infra annũ cogatur præciſe ad id obſeruãdum,ſub pœnis ſuo arbitrio non obſtante quouis priuilegio, ex decreto Conc.Trid. ſeſſ.22. de refor.cap. 4. & alleg. cap. 12. §. nemo etiam, (in quo reformãdo poſt Conc.Trid.ſtuduerũt prælati,& Neapoli in eccleſia Archiepiſcopali id renouatum fuit ex ſtudio Magni illius Alphonſi Cardinalis, vt in ſynod. Neapol. tunc celebrata eſt vi-
13 dere. fol. 198. † Qui omnes canonici habeant ordinem ſacrum, aut ſaltem pro medietate ipſorum ſint præsbiteri: eod. cap. 11. §. in omnibus, & ſi antiquitus ex cõſuetudine plures eſſe præſbiteros, ea omnino ſeruetur, (vt in hac eccleſia Sarnenſi exprimeua inſtitutione obſeruatum eſt, neminem aſſumi in canonicum, etiam expectantem, qui præsbiter non ſit.) Hinc recte videmus, quàm a ratione primitus erant alieni multi, vt in pupillari ætate etiam conſtitui canonicatus ſortirentur, etiam quòd ordinem ſacrum a ſua primeua inſtitutione requireret. docto. in cap. ei, cui. de præben.lib. 6.

14 † Nec canonicus quilibet ad vocem admitti debet, qui non ſit ſaltem conſtitutus in ordine ſubdiaconatus, iux. cap. ex eo. de electio. libr.6.& Concil. Trident. eod. cap. 4. nec alij ex gratia hoc idem concedere poſſunt, aut permittere, quòd vocem habeat, vbi videre poteris, ex quo lex requirit certam, & determinatam ætatem, prout dixit gloſſ. 2. in dicto cap. ex eod. & cum ad quamdam præeminentiam dicatur aſciti, & honorem, qui ad dignitates, & canonicatus uocatur. Domi. de Rot. de fil. præsbit. deciſ. 1.in princip. in nouiſ. & de omnibus eſt notabilis conſtitutio in Conc. Vienn.in clement. 2. de ætat. & qualit. innouata per idem cap. quartũ, in Conc.Tridentin. ſeſſ. 22. adducta, & de dignitatibus eſt ætas requiſita attigiſse annum 25. glosſ. in cap. ſtatutum, in uerb.dignitate, de reſcript.lib. 6. per cap.cum in cunctis. de electio. ubi not. doctor.
15 Statuendum eſt item, & videndum in ipſis, vt quiſque poſt dignitates adeptas, aut canonicatus,infra duos menſes ſaltem a tempore poſſeſſionis adeptæ in manibus epiſcopi, uel eius Generalis officialis publicam profeſſionẽ fidei fecerit, & in poſterum faciat,ſpõdendo obedientiam Romanæ eccleſiæ ſeruata formula tradita a Pio Quarto Pont. Max. in ſua conſtit. incip. iniuntum nobis, ex decreto eiuſ. Conc.Trident.ſeſſio. vigeſimaquinta,de reform. gen. cap. 2. §. cæteri quoque, & ſi ſecus fuerit factũ,fructus nõ faciat ſuos, nulla ſuffragãte eidem poſseſſione, ſed ipſi canonici etiam ꝙ coram epiſcopo id obſeruauerint, tenentur adhuc coram capitulo eamdem fidei profeſſionẽ facere, per conſtitutionem eiuſ. Conc.

ead.ſeſs.cap.12.§.prouiſi autem: & de
ſimili profeſſione erga ſanctã Roma-
nam eccleſiam eſt tex.in clem.1.in pri-
mis verbis de iur.iur. & vide in cap.1.
de.ſu m.Trin.lib.6.& in alia profeſſio-
ne de regul.eod.lib. cap.1. & ne abuſu
16 quodã † Cultus diuinus diminuatur
ab ijs,qui iure aſtricti ſunt, cogat ipſos
omnes canonicos epiſcopus diuina
per ſe,non autem per ſubſtitutos exer-
cere,& ſibi celebranti aſſiſtere,aut Pon
tificalia exercenti inſeruire eod.c.12.§.
omnes vero, vbi ſubditt ext. quod in
choro reuerenter, diſtincte, & deuote
cantent nomen Dei, cum chorus ad
pſallendum ſit inſtitutus, non ſint ali-
qui otioſi, deſides, muti, aut loquaces
inter ſe, in alijs non ſe implicent, non
litteras legant,nõ libros, ſtent in habi-
tu honeſto, cum ſuperpellicio, non te-
neant pileos,chirotecas, vt in omnibus
modeſtos ſe præferant,& honeſtos, ne
in pœnam c. Miſſarum de celebr.Miſs.
incurrant: orent eodem loco, ſedeant,
ſurgant, pariter in eodem tempore,&
ordine diſcendant,nec laicos ſecum ita
17 re patiantur.† Idq. ſummopere cauen
dum, ut iuxta decreta eiuſdem Conci.
Trid.omnes canonici, dignitates, per-
ſonatusve habentes reſideant in eadẽ
eccleſia, ideſt ſeruitium perſonale ibi
præſtent, ſeſs.6.de reform. cap.1.& 2.
& ſeſs.23.eod.tit.& cap. & memorato
cap.12.§. præterea obtinentibus,& iux
ta conſtitutionem Pij Quinti Ponti.
Max.incip.cupientes &c.1568.pontif.
ſui an. 3. (quod in hac eccleſia noſtra
Sarnenſi inuenimus multo ante fuiſſe
ſtatutum.in anno. 1520. per epiſcopũ
Beltrandum Bo. me. inter alia capitu-
la deleto in totum nomine ſubſtitutũ
ponere in ſeruitijs eccleſiæ, & optime
18 ſeruatur.)† Ex quibus omnibus opti-
me factum eſt omnes prædictos, ſicut
& alios curatos ſub pœna teneri ad
permanẽdum in ſuis eccleſijs,vt adim-
pleatur per eos dictum de paſcendis
ouibus,Ioan.cap. 10.de quo plena fuit
diſcuſſio in Conc.Trid.vt ſcribit frater
Do. Sot.celeberrimus Theologus, qui
in eod. Conc. fuit in. 1. congregatione
ſub Paulo III. Pont.Max.in lib. 10. de
Iuſti.& iur.queſt.3.ar.1.cum plur. ſeq.
Philip.Port.cõſil.162. contigit dubita-
ri.lib.3. vt cura eccleſiæ illi committa-
tur,qui reſidere in loco, & curam eius
per ſe ipſum valeat exercere, vt infra
lib.2.cap.4. per cap. quia non nulli. de
cler.non reſid.& eadẽ iura Conc.Trid.
19 † Vbi, & alij multi diſputarunt, inter
quos Ambroſius Catharinus,olim epi
ſcopus Minorenſis (quæ ciuitas eſt
prope noſtram Rauellẽſem) poſtea Ar
chiepiſcopus Compſanus,vir alioquin
in ſacris litteris admodum eruditus,
qui cum magnus eſſet iuriſconſultus,
& in omnibus ſtudiis dictus Lancello-
ctus Politus, voluit etiã ſenex fieri ma
gnus Theologus, vt dicit idem Sot.in
lib.de nat.& grat.& ead.3.queſt.aſſerit
ſe cum eo de multis diſputaſſe: erat
enim vir acerrimi ingenij, & ad ſubti-
les, & graues quæſtiones admodũ intẽ
tus, quem item commendat multum
Ioan.Cochlę.in tract.de ſedit. Cal. col.
4.&5.defendens eum a falſis obiectio-
20 nibus impiorum.† Eſtq. bene aduertẽ
dum in hac uiſitatione canonicorum,
& capituli iuxta mentem ipſius,conſti-
tutionis Pij Quinti.Cupientes (prout
ſic ex cõmuni practica, et declaratione
facta receptum eſt, & pluries teſtatus
eſt nobis magnus,& doctiſſimus bonę
memoriæ Dom. Cardinalis Alciatus)
quòd

quòd ſi ante Concilij Tridentini con-
firmationem (extitit enim ipſum, ſeu
eius principium inchoatū a Paulo III.
Pont. Max. ſub die 13. mēſis Decem-
bris 1545. demum reaſſumptum ſub
Iulio itē III. 1. menſis Maij. 1551. ac
tertio, & vltimo iterum ſub Pio IIII.
die 18. menſis Ian. 1562. ſub ipſoque
optimo, & fęlici fine concluſum: die
21 quarta Decembris 1563. † Quod Con
cilium ſumma omnium expectatione
clauſum, confirmatum fuit ab eodem
Pio IIII. Pontif. Maxi. in conciſtorio
ſecreto, die 26. Ian. 1564. & cępit li-
gare omnes in eius obſeruantia a calen
dis menſis Maij eiuſd. an. 1564. prout
in bulla declarationis præfati Pontifi-
cis apparet ſtatutum de tempor. ad ob-
ſeru. decret. Conci. Trid. incip. ad ſa-
crorum 15. Cal. Auguſti, prædicti an-
ni, per totum, Ponti. ſui 5. & de bulla
confirmat. incip. Benedictus Deus. §.
22 cum autem, & per tot.) † Si fuerint
aliqui Canonici, qui & eccleſias cura-
tas haberent, eo caſu teneantur reſide-
re in eccleſiis curatis, & parochialibus,
& lucrantur fructus canonicatuum, ex-
ceptis tamen diſtributionibus quoti-
dianis. ut in §. eos tamen mentionatæ
cōſtitutionis, diſponitur, ſin uero poſt
confirmationem prędictā obtinuerint,
non poſſunt in vtroque gradu perma-
nere, & canonicatus, & eccleſias curatas
potiri, niſi deſuper diſpenſationem a
ſede Apoſtolica habuerint, quia cum
vterque locus de per ſe reſidentiam re-
quirat, eodem tempore non poteſt ob-
tinens ſimul, & ſemel in ambobus lo-
23 cis perſonaliter intereſſe. † Cum iam
propter debitum prædictæ perſonalis
reſidentiæ in eccleſiis (ex qua prima,
& principalis debet eſſe animarū cura)
multum eſt, ꝙ declaratum fuit canoni-
catus, & eccleſias curatas eſſe incompa
tibiles. Vnde nemini permiſſum am-
borum fructus percipere & acquirere,
aut in ſimul potiri, abſq. diſpēſatione,
& dicitur ſolitū diſpenſari a ſede Apo-
ſtolica propter paupertatem eccleſiarū
curatarum, & canonicatuum, exiſten-
tibus tamen iis in eadem ciuitate. ſuper
quo primitus pleniſſime diſpēſabatur,
cap. dudum. lo 2. de elect. cap. de mul-
24 ta, de præb. † In ipſaq. cathedrali ec-
cleſia, ſicut in aliis epiſcopo primus
locus eſt dandus, primave ſedes aſſi-
gnanda, tā in capitulo, quàm in cho-
ro, in proceſſionibus, & actibus publi-
cis, cū ad ipſum ſpectet præcipua om-
nium rerum agendarum authoritas,
ſeſſ. 25. Concil. Trident. de reformat.
gen. cap. 6. §. epiſcopis præterea & idē
ſupra cap. 10. nu. 13. Cum enim ſit pri-
mus in ſua diœceſi, in altiori loco ſem-
per ſtare debet. arg. quia tua. 50. diſt. &
tex. clarus, in cap. epiſcopos. 17. diſt.
in eundo, loquendo, in priori, & cōſpe-
ctiori ſede, decernendiq. authoritate,
faciunt not. per Caſſan. in ſua glor. 1.
part. conſider. 14. cum duab. ſeq. & ei,
reuerentiam impendendo ibid. conſid.
20. cum alia ſeq. minores etenim ma-
ioribus obſequium præſtare tenentur,
dicit gl. per illum text. in c. ſtatuimus.
de maior. & obed. ſed vndecim præro-
gatiuas honoris. vide per Gemi. poſt
Hoſt. in cap. 1. de offic. lega. lib. 6.
25 † Sed eſt maior adhibenda diligētia cir
ca diſtributiones quotidianas, quæ in
eccleſia cathedrali eſſe debent, intereſ-
ſentibus diuinis officiis tamen ſtatutis
horis ordinatę dari. cap. licet canon. de
præb. c. de cętero, de cleri. non reſid. ꝙ
ſi nō ſunt procuret epiſcopus ſeperare

tertiam partem omnium fructuum, dignitatum, prouentuum, & canonicatuum, & in distributiones quotidianas conuertere, quæ ſolum intereſſentibus in poſterum dentur. iuxta diuiſionem a ſe faciendam ex præſcripto Conc. Triden. ſeſſ. 21. de reform. c. 3. per totum. (quod in noſtra Rauellenſi eccleſia cũ ei præeramus fieri nequiuit, & eius tenuitatis cauſa, & nulla exiſtente præbẽda, & demum in hac eccleſia Sarnenſi ad quam tranſlati ſumus, nec id adimpleri propter incommoditatem, ſolitudinemve eccleſiæ) nec abſentes de eis participare vllo modo permittat, ſed præſentibus indigentibus, iuxta aliud decretũ, aut fabricæ eccleſiæ, aut alteri pio loco concedat: procedendo tñ contra abſentes, vt ſacri Canones itẽ ſtatuerunt. ſeſſ. 22. de refor. c. 3. qđ capitulum differt ab alio ſuperiori. hic enim tex. de extraordinarijs loquitur. ibi de ordinarijs. Mart. Nau. de horis Canon. cap. 22. nu. 50. dantur tamen abſenti cauſa eccleſię, & infirmo tempore ſuæ infirmitatis Ant. Fran. ad Abb. in c. ex poſuiſti de præben. de quo infra hoc libro. cap. 20. nu. 26. vbi latius dico, ſin vero prębendę canonicatus, prouẽtuſve ſint tenues, vt ex eis quotidianæ diſtributiones ſint minimæ, epiſcopus cum conſenſu capituli prouideat per vnionem aliquorum beneficiorum ſimplicium (exceptis regularibus) vniendo eidem capitulo, vt vtilius videbitur, ad finem, vt diuinus cultus celebretur, & tale opus non omittatur, iuxta aliam conſtitutionem eiuſd. Conc. ſeſſ. 24. de reform. gen. c. 15. & diſtincta ſint poſt modum officia, & ſuis horis recitẽtur, Miſſa hora conuenienti, nõ ante auroram, aut poſt nonam. ex præcepto legis Pij Quinti incip. ſanctiſſimus. 29. Martij. 1566. Pon. ſui anno. 1. & reliqua ſecundum cuiuslibet eccleſiæ laudabilem conſuetudinem, æquiperando etiam diſtributiones, quę dãtur pro funeralibus, ſeu anniuerſarijs, ex decreto Bonifat. VIII. in cap. 1. de cleri. non reſid. lib. 6. vbi de materia, & in vrbe ordinauit Pius Quartus per breue inc. motu proprio. an. 2. nec conſuetudo contraria valet. Nicol. de Mil. in verb. conſuetudo. nu. 27. & in ver. diſtributiones. verſ. 2. cum ſeq. & alibi eſt dictum, nec ſimiliter prodeſt remiſſio, ſi ab alijs fiat nõ intereſſentibus. maxime ſi pacto, aut non eo animo concludit optime Mart. Nauar. eod. c. 22. nu. 50. tex. enim Cõc. dicit quauis colluſione, aut remiſſione

26 excluſa. di. cap. 12. §. diſtributiones.) † Cum vero capitulum debet celebrari, de ordine epiſcopi ab ipſo conuocetur, ſi de ſuo commodo non agat, & ſingulorum vota exquirat, iuxta quę concludat, non tamẽ ipſo abſente admittitur ad hoc eius officialis, ſed libera reſtat capitulo tractandi facultas eod. cap. 6. Conc. Trid. §. q. ſi aliquis, & §. abſente vero. incipiendo ſingulorum vota accipere a dignioribus, vt dicit Præpoſitus in d. cap. epiſcopos. 17. diſt. per Bal. in cap. 1. de contr. feud. apud par. term. quem allegat Roman. in ſing. 82. inc. quis debet, licet plerumq. in multis ab vltimis incipiatur, cum de timiditate aliorum, ex potẽtia primorum dubitatur, prout in vno facto capituli ſcripſi, cumulando dicta per Affl. in deciſ. 1. †

27 Sed prohibẽdum eſt capitula celebrari diebus feſtiuis, ſeu in aliis diebus hora celebrationis Miſſarum, & officiorum. hoc enim & laicis eſt interdictũ: cap. placita ſecularia. 15. quæſt. 4. cap. decet

decet de immuni.eccl.lib.6. fortius ipſis clericis, qui tenentur prolixius orationibus, ſacrificijſq. vacare, nec cum fiunt, permittat intus ipſam eccleſiam, ob reuerentiam, & honeſtatem, ſed in alio loco, & ne rumor, tumultuſq. fiat, ſed honeſte proponatur, de quo tractãdum eſt, & ſingulorum vota ordine ſeruato perquirantur, & in ſcriptis decreta, ſeu capitula redigantur.

28 †Demũ examinentur ipſius capituli decreta, ſeu ſtatuta, ſi licita, & honeſta ſint, ne quid contra decorem eccleſiæ contineant: poteſt enim capitulum ſtatuta ſibi facere, in his, quæ tangunt ſingularia negocia ipſius capituli tantum. iuxta not. in clem. conſtitutionem. §. cęterum per glo. de verb. ſigni. in cap. cum aliquibus de reſcript. lib. 6. omnia diſcurrendo, ne forte ſimoniæ labes aliqua ſit occulta, ſicuti in multis eſt auditum in receptione aliquorum, in noua celebratione Miſſę alicuius, quod expręſſe eſt ꝓhibitum per decretum Conc. Tri. ſeſs. 21. de obſer. & euit. in cel. Miſs. §. atq. pro paſtu: non obſtãte quacunque antiquata conſuetudine: ſeu quid aliud ſoluendo pro intratura, receptione, poſſeſſioneve dignitatis, canonicatus, aut perſonatus, cap. veniens de ſimo. & ſi quę in eccleſia fuerint cõſuetudines, ne ſint abrogatę abſq. licentia epiſcopi, nec nouę inducantur ſine ipſius cõſenſu. tex. not. in c. cum conſuetudinis, de conſuet. immo cognoſcat epiſcopus ſuper omnibus conſuetudinibus, & conſtitutionibus, & exceptis laudabilibus, omnes, vt prauas, & ſcandaloſas reijciat, & aboleat ex not. decreto ipſius Concil. Trid. ſeſs. 24. de reform. gen. cap. 13.

29 † Et ſi canonici horas canonicas non frequentent, debent per epiſcopum creari duo punctatores, qui notent abſentes, liſtas faciant, quibus mulctentur deſides circa cultum diuinum, nemini tamen oſtendentes, ſed primum iurent fideliter exercere hoc munus. Præſumit namque lex multum de aliquo, cum iuramentum præſtat, ad hoc, quod deſtinatur, fideliter ſe habere, iuxta tex. in cap. cum ad audientiam, de præſcript. & de hoc punctatoris Officio dicitur not. in Synod. prouinc. Mediol. quòd vltra prædicta, ſi aliquem iniuria notauerit, de ſuo ſatisfaciat, vel ſi notare prætermiſerit: libros punctationum fideliter cuſtodiat, & ſingulis menſibus, vel quoties voluerint, epiſcopo, & capitulo oſtendat, & cum delecto a capitulo, ab ipſo creatus libros p ſingulas hæbdomadas conferat, & ſtante dubio, epiſcopus, vel eius vicarius componat, & ſi eligendus ab epiſcopo recuſat, ſub pœnis ab ipſo cogatur ad ſuſcipiendum.

30 † Nec eſt prętermittendũ, quin omnino non examinetur, quę ſit adminiſtratio rerum capituli, ne propriis commodis fraudulenter quis applicet, aut in illegitimis expenſis quis reducat: ſed fidelis ratio reddatur, quòd & præſtat, vt non ſint ſemper iidem adminiſtratores, ſed ſaltem quolibet biennio mutentur, & cum negligentes fuerint in exactione, aut ab aliis puniendi ſunt, ne res eccleſiaſticæ videantur aliqua occaſione negligi, ex quo contemnere videntur, & ſe ipſos priuare, dicit tex. in cap. ſępe, vbi gloſs. 12. qũ. 2. reddere ergo debent adminiſtratores rationem de introitibus, & expenſis; & ex omnibus, quę geſſerunt; prout inquit Sceuola Iuris cõſultus in l. Thais. §. libertatem. ff. de fideicomm. libert. nec

nec reijcitur aliquarum eccleſiarum
conſuetudo, quod dum quis accipit ad-
miniſtrationem rerum ipſius eccleſiæ,
& capituli, iuret tactis euangelijs corã
omnibus ſe fideliter eſſe cũcta propoſ-
ſe facturum, prout in multis eſt ordina-
31 tum.† Et ſi vacante ſede epiſcopali ca-
pitulum adminiſtrauerit bona eccleſię
ſeu alius ab eo deputatus, quærat mo-
dò epiſcopus diligẽtem rõnem officij,
iuriſditionis, adminiſtrationis, alterius-
ve muneris, delinquentes puniendo, ẽt
liberatione obtẽta: ſi quæ ſcripturæ ad
eccleſias faciẽtes fuerint, ſimiliter red-
dãtur, ex præcepto eiuſ. Conc. Tri. ſeſ.
24. de refor. gẽ. c. 13. §. epiſcopus vero.
Succedit enim capitulum in pertinen-
tibus ad iuriſditionem epiſcopalem in
generalibus, Abb. in cap. de teſt. in cap.
Albericus in c. cum olim. de maior. &
obed. dixi in generalibus, ſcilicet com-
petentibus iure communi, non autem
ſpetiali idem Abb. in cap. ſcriptum, de
elect. de quo latius diſſerimus in tract.
de dignit. eccl. 2. parte. cap. 7. in ea q. ſi
32 capitulum habeat dignitatem. † Sed
eſt aduertendum pro ipſo capitulo, cũ
vacante ſede facit Vicarium, vel œcono-
mum, vt vtatur diligentia, quod eligat
aliquem, vel exiſtentem confirmet in-
fra octo dies a tempore vacationis, &
is quidem eligendus, ſit doctor, vel licẽ-
tiatus, aut ſaltem quantum fieri poteſt
idoneus, alias nullum eſt, quod fit, &
poteſtas deuoluitur ad aliũ prout not.
in eod. c. 16. in princ. qui tex. loquitur
de tẽpore, & perſona, & dubitauimus
aliquãdo quid de forma electionis, an
attendi debeat diſpoſitio Innocẽtij ter-
tij in Conc. gen. in cap. quia propter de
elect. loquendo de eccleſijs viduatis,
quibus de prælatis, & ſponſis prouiden-
dum eſt, & vicarius ſponſus dicitur,
& venit appellatione prelati. Milius
in verb. prælatus. ver. 14. quod eſt notã-
dum, ſi ad id ampliare velimus, quod
multi negant ex verbis Concilij, quæ
nec pro ipſis faciunt: ſed relinquo pro
nunc quia dominus meus Card. Alcia-
tus diſſenſit in vicario momentaneo re-
quiri eam formam: & tamen dixi eſſe
viſum durare vltra annum propter lõ-
gas plerũq. prouiſiones eccleſiarum, vt
videmus, earũ præcipue, quę ad Princi-
pis præſentationẽ ſpectãt, & ſic de aliis
inquirere, & aduertere, prout loci qua-
litas, & perſonarum exigẽtia videtur re-
33 quirere. † Eſt, & ſimiliter prouidendũ,
vt pro conſeruatione iurium ipſius ec-
cleſiæ, & capituli, ſit deſignatus archi-
uius communis, in quo ipſę ſcripturæ,
& alia cum inuentario omnium inſtru-
mentorum, iuriumq. ipſorum cano-
nicorum reponantur, duæque claues
duobus de principalibus ipſius capitu-
li aſſignentur: quibus poſtea ſcripturis
plena fides adhibetur auct. ad hoc C.
de fid. inſtr. & not. de prob. in cap. cum
cãm. dixi vnum verbum in famil. ſin-
gul. in l. A. nu 113. poſt medium: Abb.
in cap. ad audientiam, vbi etiam Fel. de
præſcript. nam ipſi deputati habentur,
vt publicę perſonæ correſpõdendo re-
quiſitis huic cõcluſioni, Fel. ibi nu. 11.
Crauett. conſ. 274. & dicitur archiuius
armarius librorum. gl. fi. in clem. vnica.
de iur. in quo ſit officialis deputatus, ꝙ
ſcriptura producenda ſit repoſita ibi
inter authenticas, & ſtante conſuetudi-
ne, Fel. vbi ſupra, idq. & ĩ alijs eccleſiis
collegiatis mandet, & in eccleſia cathe-
drali ipſe clauem vnam cuſtodiat. vide
multa in Concil. prouint. Med. par. 2.
34 fol. 142. † Nec eſt omittendũ, vt di-

ſcutiatur diligenter de qualitate ipſius eccleſiæ cathedralis, ne ſit extra populũ propter ruinam, ſi eſt competenter dotata, & ſi adeo tenues, & exigui ſunt fructus, vt non reſpondeant epiſcopali dignitati, nec eccleſiæ dignitatibus, & neceſſitatibus ſufficiant, in Concilio prouinciali diſcutiatur, & vocatis iis, quorum intereſt videre, per quã vnionem beneficiorum prouideri poſsit, de quibus omnibus ſummus Romanus Pontifex conſulatur, qui pro ſua prudẽtia, aut tenues vniet, aut aliqua acceſſione ex fructibus augere curabit, iuxta dicta in Concil. Trid. ſeſſ. 24 de refor. gen. cap. 13. etſi capitulum eſt adeo exiguum, vt exinde nullum ſeruitium fiat eccleſiæ, nec eſſe curent ipſi canonici, inquirat epiſcopus, per quæ media poſſit ſubueniri, & item ipſum Ro-
35 manum Pontificem conſulat. † Et circa ipſos canonicos non tranſit ſine crimine aliquorum negligentia circa officia eccleſiaſtica, omittendo debita ſeruari, & ſeruando inhoneſta, & prohibita, hinc epiſcopi, alteriusve viſitantis officium eſt præcipere, vt cuncti diuina celebraturi obſeruent omnes cæremonias ſanctæ eccleſiæ, & quæ ſunt ſtatuta per Concil. Trid. nouiſſimo loco, ſeſſ. 22. de obſer. & euit. in celeb. Miſ. nihil prophanum admittendo, ſed omnem operam, & diligentiam eſſe ponẽdam, vt quanta maxime fieri põt interiori etiam cordis munditia, & puritate, atque exteriori item, & pietatis ſpecie peragantur. ex eo enim ſancta eccleſia has cæremonias induxit, vt Maieſtas tanti ſacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hæc viſibilia religionis, & pietatis ſigna ad rerum altiſſimarum contemplationem excitẽtur, quæ in hoc (ſcilicet Miſſæ) ſacrificio latent. ead. ſeſſ. 22. de ſacrif. Miſſ. c. 5. abiiciatur ab eis omne laſciuum & impurum, per eccleſias non diſcurrant, ad fabulationes non prorumpant, nec dũ diuina peragũt, moroſos, aut nimis ſollicitos ſe oſtendant. Sed in omnibus ſe mediocres honeſtati conformes reddẽtes, a cunctis admirentur, & laudẽtur.
36 † Et quia ipſa cathedralis eccleſia mater omnium dicitur, reſpectu totius diœceſis, ſit conſtitutus in ea aliquis principalis, qui ſacramenta, cum opportuerit, adminiſtret probatus idoneitate, & ſufficientia, & in multis poſt epiſcopũ ſolet eſſe cura Archipræsbiteri: cuiuſcumque tamen ſit, conſtituatur talis, qui poſſit, & valeat tanto muneri ſatisfacere, neq; in confeſſionibus admittatur, ſine præuia eius licentia. ſeſs. 23. Concil. Trid. de reform. cap. 15. quod & in aliis canonicis, & præsbiteris ſtatuendum eſt, in reliquis vero nõ permittat epiſcopus ipſos canonicos quouis prætextu alienorum parochianorum curam habere, ſed eam propriis parochis libetam eſse circa animarum curam, ſacramentaq. adminiſtranda, vt quiſque ſuo officio inſeruiat, nec vnus alterius locum occupet, ſed per ipſos curatos cuncta ſuo gregi adminiſtrentur. ſeſs. 7 eiuſd. Conc. de reform. c. 5. & cap. 7. ſeſs. 24. de reform. matri. c. 1. in princ. & §. quod ſiquis, quod in multis eccleſiis non iure canonici prætendebat, & ſe intromittebãt, ſub prętextu ſe eſse communes parochos, ex eo quòd cathedralis eccleſiæ ſeruitium gerebant, legitur in ſynod. diœce. Nea-
37 pol. fol. 75. † Practica igitur in ipſo actu multa præſtat, de quibus inquiratur, quæ prudentis adminiſtratoris arbitrio

bitrio relinquuntur: nam quæ ſunt ex particulari loco alicuius eccleſiæ, non poſſunt vniuerſali regula tradi. l. non poſſunt, cum ſeq. ff. de leg. ſufficit enim generalia omnibus communia tetigiſſe. cętera ſuppleantur ex loci qualitate materiam prudenti viro tribuente. hic enim vſitatiores materiæ pro ipſa eccleſia cathedrali, & capitulo ſunt poſitæ, non particulares cuiuslibet loci, quia ſoret impoſſibile cuiuſcumq. eccleſiæ loca nobis præſcrutari, & præuoſticari, inquit Gul. in ſua amplo eccleſiarum rationali, in proœ. num. 16. ſed ipſa arbitrio viſitantis, & iuxta expoſitionem locorum prouidenda remanent, nunc ad alia tranſeamus.

DE SEMINARIO ERICENDO, SEV erecto, eiuſq; qualitatibus.

CAP. DECIMVMSEXTVM.

SVMMARIVM.

1 *STVDIVM quid ſit, & quomodo omnes ſcire cupiunt.*

2 *Studentibus triplex requiſitum neceſſarium eſt.*

3 *Studia publica erigi ſemper vtile fuit.*

4 *Paulus Apoſtolus prædicauit in ſcholis Athenienſibus.*

Dionyſius Areopagyta vocatus ad fidem ab Apoſtolo Paulo. nu. eod.

5 *Eccleſia quã ſit pia mater ĩ ſuos filios.*

6 *Seminarium clericorum erigendum in omni eccleſia cathedrali ex Concil. Triden.*

7 *Puerorum qualitates intrantium in ſeminarium quæ ſint.*

8 *Epiſcopus de omnibus eccleſiis, et piis locis facit detrahi pro ſubſtentatione ſeminarij.*

9 *Beneficia ſimplicia, reſeruata, & affecta poſſunt vniri ſeminario.*

10 *Hoſpitalia an teneantur ad ſubſtentationem ſeminarij.*

11 *Eccleſia ſi propter paupertatem non poteſt erigere ſeminariũ, quid faciendum eſt.*

12 *Seminaria plura poſſunt erigi in amplis diœceſibus.*

13 *Epiſcopus negligens in erectione ſeminarij corripitur ab Archiepiſcopo, & ipſe a ſynodo.*

14 *Magiſtri deputandi in ſeminarijs pro pueris educandis, quid docere debeant.*

15 *Ratio redditũum ſeminarij, quando epiſcopo reddenda eſt.*

16 *Viſitatio ſeminarij, & eius qualitatũ circa quæ conſiſtat.*

1 QVIA omnes homines natura ſcire deſiderant. † Philoſ. 1. Methaphiſ. cum per virtutem, artem ſcilicet, ſcientiam, prudentiam, ſapientiam, & intellectũ, animus verum perſpicit, aſſentiendo, & diſſentiendo,

tiendo, vt idem ſcribit.4. Ethi. cap. 6. hinc philoſophi ꝓpter ſcire ſtudere pe regrinati ſunt: eod.1.lib.Meth.eſt nã que ſtudium vnicum leuamentum doloris.Plinio authore.8.epiſt.19.vt ſcripſit in fam.ſingu.in.l.5. nu.71.quo me diante quieſcendo fit animus prudens. 7.Phiſ. per tranquillitatẽ ſedantur paſſiones, quibus dominantibus intellectus obſcuratur, & ſynodus generalis Tridentina appellauit ſtudium commune bonum eccleſię.ſeſs.23.de refor. c.18.§.& quia.verſ.in quibus tamen.

2 † Ideo dicimus ex eod. Phil. 1.magn. moral.cap.1.ſtudioſum eſſe, eſt virtutẽ habere, unde tria requiruntur ad perfectum ſtudium. Iuuẽtus,quia quanto iuniores, tanto perſpicaciores. glo.in l. gallus in princ. per illum tex.ff. de lib. & poſth. ſunt enim iuuenes dociliores l.præcipiunt.ff. de edil. edict. poſt non poteſt homo vacare, quia mala vndiq. præmunt.dicit Boet. de conſo.phil.lib. 1.Metr. 1.ponens verſus.

Venit enim properata malis inopinata ſenectus.

Et dolor ętatem iuſſit ineſſe ſuam.

Quamuis etiam dicatur, ꝙ poteſt homo perficere in ſenectute quod omiſit in iuuentute. c.nemo deſperandus, de pęnit. diſt. 7.cap. ancillam.32. q.2. facit. l. Iulianus. ff. de fideic. libe. Secundo requiritur habitus neceſſariorũ, quia natura per ſe non eſt ſufficiens ad ſpeculandum, ſed neceſſaria oportet exiſtere, quod vtique conſiſtit in ſanitate corporis, in debitis alimentis, cæteriſq. opportunis 10. Ethic.cap.10.& 1. Polit. ſine neceſſariis impoſſibile eſt viuere, & bene viuere. Tertio requiritur animi tranquillitas, vt ſup.in prin. eſt dictum,egregia namq. illis ſuppetit memoria,quorum animę nullis diſtrahũtur curis, nec eorũ diuellitur cogitatio. Auic.4. natu.& iſta quies animi fit per ſedationem paſſionum ex ordinata ratione, nam vt dicit idem Boet. eod. trac. lib.2. in proſa.1.omnis ſubita mutatio rerum nõ ſine quodam quaſi fluctu cõtigit animorum.maxime.n.offĩcit mentis inquietudo,& animo,& corpori, de quo pulchre Oui.lib.1.epiſt.4. introducens phedram ſuo Hyppolito, ſcribere inquit.

Quod caret alterna requie durabile non eſt,

Hæc renouat vires, feſſaq; mẽbra leuat.

Marti. de Fano in ſua epiſt. ad Pet. ſcolar. & huic tertio requiſito adiungitur aliud, ſcilicet mẽs hylaris,hylariſq. animus; namq. lætitia excitat calorem naturalem, ſpiritus temperat,& puriores redit, virtutem corroborat, ætatem floridam facit, iuuenile corpus diu cõſeruat,uitam prorogat,ingeniũ acuit,& hominem negociis quibuslibet obeundis aptiorem reddit: hinc magnus ille Plutarc.in lib.de virt.mor.tradit Pythagoram philoſophum animo pacando, ſedandoq. ab effectibus, & perturbationibus vehementioribus muſicã adhibere ſolitum, ex quo Hieronymus Fracaſtorius poſuit verſus.

Tu tamen interea effugito,quę triſta mẽtem,

Sollicitant,procul eſſe iube,curaſq;,metumq;,

Pallentẽ,vltrices iras,ſint omnia lęta.

Nam, & triſtitia, & metus hominẽ ex ſe interimunt. Plin. lib. 7. nat. hiſt. capit. 36. propterea Salomon in Prouer.cap. 17. ſpiritus triſtis deſiccat oſſa.Bar. in proę.trium lib. C. hæc igitur pro ſtudioſis,& litterarũ amore,ẽt vitę

proprię

propriæ conſulendo ſint relata, nunc
3 autem ad propoſitum. † Exinde vtile
ſemper fuit antiquorum inſtitutum,
ſtudia publica,locaq. deſtinata contem
plationi, omniq́ue ſcientiæ erigi, vt ſe
ipſos regerent, alioſque inſtruendo gu
bernarent, a quibus poſtea etiam Re-
ſpublica adminiſtraretur,dicit Iuſtinia
nus Imperator.in proœ.inſtit.§. fin. &
Athenis Gręcię Ciuitate multis annis
obſeruatum fuit, vbi & Marcus Tull.
gloriatur ſe fuiſſe ſub Chryſippo præ-
ceptore,a quo nihil eſſe prætermiſſum
in Stoicis dicit idem Tull.lib.1. de fin.
4 bon.& mal.in princ. † Et apud ipſorũ
Athenienſium aures Paulus apoſtolus
vas electionis prædicans Ieſum Chri-
ſtum crucifixum Dominum noſtrum,
publice de reſurrectione mortuorum,
graui ſermone multos traxit ad fidem,
inter quos fuit ſanctus ille Dyoniſius
Areopagyta Act. apoſt.cap. 17.qui cũ
adhuc in tenebris ambularet, qua die
Chriſtus cruci eſt affixus: videns Solẽ
præter naturam defeciſſe, grandem il-
lam, & ad mirandam protulit ſenten-
tiam,aut Deus homo patitur,aut mun
di machina diſſoluetur, is poſtea ad fi-
dem conuerſus, ſuis diuinis ſcriptis,
ſuoque martyrio eccleſiæ Dei multum
profuit. Hæc igitur ſtudia de publicis
ſumptibus a ciuitatibus erigebant᷑ (ſi-
cuti hodie in multis principalibus ob-
ſeruatur.) Studioſorum gratia,ne men
dicare cogerentur,nullis eis pocula phi
loſophiæ adminiſtrãtibus,vt dicit Boe.
dolens de ciuitate Franciæ Pariſiorum
de diſcipl.ſcol.cap.2.ipſiſq. ſtudiis ere
ctis plurimum Reges ſemper fauere,et
priuilegia conceſſerunt. C. ne fil. pro
5 patr.auct. habita.† Sic pia mater eccle-
ſia inducta,quæ quos peperit obliuiſci
non poteſt.ſeſſ.18.Concil.Trid.§.quo-
niam vero,vt pauperes iuuaret, ne eis,
& legendi, & proficiendi opportuni-
tas ſubtraheretur, ſtatuit in vnaquaq.
eccleſia cathedrali magiſtros conduci,
qui gratis clericos,& alios pauperes do
cerent:prouiſo eis de aliquo beneficio:
ex conſtit.Conc.Later.in cap.1.de ma-
gi.& cap. quia non eod.tit. vt ſacerdo-
tes adimplerent dictum Apoſtoli in
prior.ad Tim.4.attende lectioni,exor-
tationi, doctrinæ, & ſemper permane
in his, vt euitetur ab eis ignorantia c.
6 1.38. diſt. † Quod cum conſuetudo
non obſeruaret,nouiſſime in Cõc.Tri.
ſeſſ.23.de reform.cap. 18. renouatum
eſt, expreſſo ordine in omni eccleſia,
præcipuę cathedrali, ſeminarium pue-
rorum clericorum eſſe conſtruendum,
vbi ſacris literis imbuti, aptius,& cum
maioris plebis vtilitate eccleſias poſ-
ſint regere: ſi ſciunt modum, normã,
& propter quid,poſſunt vtique melius
ſaluti fidelium conſulere, alias eſſent
omnes in foueam cadere iuxta illud
Euang.Luc.cap.6. idque ſeminarium
certis modis inſtituendum, certiſque
7 etiam qualitatibus ſeruatis. † ꝙ pueri
recipiendi ſint ad minus 12.annorum
de legitimo matrimonio: vtantur ſem-
per habitu clericali, ſingulis diebus vi-
deant Miſſas, ſinguliſq. menſibus con-
fiteantur,& ſi confeſſor iudicauerit,ſu-
mant corpus Chriſti,incorrigibiles, &
diſcoli corrigantur, etiam per eiectio-
nem eo.cap.§.diſcolos.cum conſilio ta
men duorum canonicorum præfecto-
rum ipſi ſeminario iuxta mentem Cõ-
cilii: Cathedrali eccleſiæ, & alijs inſer-
uiant,& in diſciplina bonarum artium
inſtruãtur,quæ omnia epiſcopus adim
pleat cum cõſilio, & auxilio prædicto-

rum duorum canonicorum præfecto-
rum ſeniorum,& grauiorum:in.§.quę
omnia: qui poſtea nō poſſunt amplius
mutari, niſi ex iuſta & legitima cauſa,
& quorum conſilium adhibēdum eſt,
tam in cōſtituendis regulis vniuerſali-
bus ſeminarij, & electione loci, quā ēt
in electione ſingulorum puerorum in-
troducendorum,magiſtrorum,librorū
legendorū,& punitionis ipſorum cum
8 ſimilibus.† Idque vt aptius fieri poſſit,
& neceſſariis de fabrica, uictui clerico-
rum conſuleretur, prouiſum eſt eod.c.
vt epiſcopus adhibitis duobus de capi
tulo,quorum vnum ipſe, alterum vero
capitulum eligat,& duobus de clero ci
uitatis ſimili modo eligendis.§.& quia
de fructibus menſe epiſcopalis,capitu-
li,dignitatum perſonatuum,officiorū,
beneficiorum quorumcumque totius
diœceſis, etiam exemptorum, hoſpita-
lium,eccleſiarum, non tamen mendi-
cantium, militum omnium (exceptis
Hieroſolymitanis) certam partem ſin-
gulis annis accipiat, eidem ſeminario
applicando, contradictores de parte
cōtigenti reſpōdere per cenſuras eccle
ſiaſticas cogere, & per alia iuris reme-
dia.§.ad hanc autem,& ſi varietas eſſet
in taxationibus faciendis propter di-
ſcordias,& ſumus in ſeminario erigen-
do,aut erecto ab anno. 1567. fiat taxa
non excedēs dimidiam decimam ſecū-
dum antiquam ſolutionem, & ſiquid
plus exactum fuerit vel reſtituatur, vel
compenſetur, quando in neceſſaria nō
fuerit conuerſum, quod patebit cum
diſcuſſio fit de omnibus cum prędictis
canonicis, & duobus de clero deputa-
tis, & ſic obſeruetur in antea; qui om-
nes quatuor adhibendi ſunt, & in ipſa
diſtributione,& in omni temporali ad-
miniſtratione ipſius ſeminarij, deputa
tionis,expulſionis miniſtrorum, atque
famulorum temporalium, in expenſis
quotidianis, in prouiſione omnium
bonorum, & redditiuū ipſius ſemina-
rij,ſic,& in beneficiis vnitis, locationi-
bus, conceſſionibus, in litibus ſi forte
occurrent, pręter exactionem pertinen
tem ad ſolum epiſcopum, nec ipſos
quatuor deputatos poterit ipſe epiſco-
pus mutare, niſi ex iuxta, & legitima
cauſa: ipſorumq. conſilium adhibere
tenetur, quamuis præciſe non ſemper
9 ſequi. † Beneficia ſimplicia cuiuſcum-
que dignitatis fuerint, & qualitatis,
poſſunt ipſi ſeminario, & debent vniri
vt commode regi poſſit, ſine tamē prę-
iuditio obtinentium:etiam ſi eſſent re-
ſeruata,& affecta, aut in Curia effectū
ſortirentur.§.nec nō beneficia:per quæ
videntur includi etiam beneficia regu-
laria, cum non ſint in hac exceptione
ſeminarij reſeruata, ſicut voluit idem
Conc. eſſe reſeruata in vnione facien-
da cathedralibus,& collegiatis eccleſiis
pro habendis diſtributionibus quoti-
dianis. ſeſſ.24.de reform.gener. c. 15.
& de iure hoc videtur, ſed non conce-
10 dunt maiores hoc dictum.† De hoſpi
talibus(cum poſtea fuerit quæſtio in fa
cto) videtur clarum eſſe,quod tenean-
tur. cum tex.Conc. ea nominet dicen-
do, & hoſpitalium,quæ dantur in titu-
lum, ſeu in adminiſtrationem.in.§. &
quia.eod.cap. 18.per clem. quia conti-
git de religio. dom. & dicitur includi
quodcumque hoſpitale, non obſtanti-
bus adductis in contrarium per Tobiā
Nonium Peruſinum. in conſ.61. duo
ſunt.nu.7. in fauorem hoſpitalis colle-
gii mercatorum, & dum quærit exclu-
dere per illa verba,etiā ex quibuſcunq.
reddi-

redditibus eccleſiaſticis ponderando dictionem etiam ſed videatur tota lex. arg.l.in ciuile.ff.de leg.quia ſubdit tex. etiam aliorum collegiorum, vt illa ſecunda dictio etiam ſit ampliatiua, & cumulatiua, exprimendo caſum magis dubitabilem arg.dict.per Mãt.Apoph. 33.ſecundo dum conatur, ꝙ capitulũ loquatur de hoſpitalibus, quæ dantur in tutelam,& adminiſtrationem perpetuam: hic patitur ſuperfluitatem, nam tex. non habet illa verba (perpetuam) ſed tantummodo; quę dantur in titulum & adminiſtrationem, iuxta conſtitutionem &c. & adminiſtrationis nomen compræhendit, & perpetuam & temporalem: Nec tertio ſuffragatur dum vult loqui de illis redditibus, ex quibus ſoluuntur ſubſidia eccleſiaſtica cum incontinenti ſuperdicat tex.etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos: nam,& videmus in ipſis etiam miniſtros Eccleſiaſticos pro Miſſis dicendis adduci, ergo, & ſubſidia ſunt eccleſiaſtica nec glo.dictum quarto loco ſatisfacit dum loquitur de hoſpitalibus publicis erigendis authoritate diœceſani,& de erectis cui cedant: immo ſubdit, ꝙ taliter erigentes poſſunt pænitere ſe erexiſſe & tex. ipſius cap. Conc. omnia loca eccleſiaſtica, & pia voluit includi, cum etiam iuris patronatus beneficia aſtrinxerit,& compræhendi voluerit, eo.§.verſ. & beneficiorum quorumcumque & in aliis verbis,& ex fabricis eccleſiarum & aliorũ locorum: nam ſi quid piũ inde oritur in eccleſiæ eſt regimine,& faciũt notata per Fel.in c.de quarta, de præſcript. & ad ſtipulatur tex. eiuſdem Concilii ſeſſ.25. de reform.gen. c. 8.§. ꝙ ſi hoſpitalia, vbi omnia cuiuſcumque generis ordinario ſubduntur, & hæc ſunt notanda pro veritate dictarum conſi-
11 derationum præfacti iuriſconſulti.† Sin autem eccleſia cathedralis propter paupertatem cum tota ſua diœceſi non poſſet ſeminarium erigere,& erectum manutenere in ſynodo prouinciali tractandum erit, ſi in tota prouintia apud eccleſiam Metropolitanam, vel in alia commodiori vnum, aut plura erigi poſſunt, in quibus, vel in quo de ipſa diœceſi pueri edocendi cõuenire valeant. §. ſi vero: dicitur autem paupertas, vel ex reddituum tenui prouiſione, vel ex incertitudine eorum. (ſicuti in his partibus, vbi eccleſiæ certos non habent redditus, ſed in decimis conſiſtunt ſoluendis ſecundum temporis qualitatem, & locorum conſuetudinem, cum laici ſic extinxerint, vt decimarum nomen non debeat apponi, niſi velimus proprietatem vocabuli contra ſignificationem etiam in vno ve-
12 rificari.)† Et ex contrario ſi ob magnitudinem, & amplitudinem diœceſis non poſſunt in uno ſeminario omnes pueri eius conuenire, & expediens videbitur, erigantur duo, vel plura ſeminaria,& ſecũdum loca diuidantur, eiſdemque qualitatibus regantur, hoc addito, ꝙ a principali erecto in cathedrali eccleſia & conſtituto in ciuitate, in omnibus dependeant. eod.cap. 18.§. in eccleſiis autem: ex ipſis namque maximos eſſe fructus videmus, cum, & deputati inuicem conẽtur adminiſtrationem meliorem facere, ut in reddendis rationibus,& normis accipiendis a primo, videantur, in quantum excellunt
13 ipſorum loca.† Id autem adeo fauorabile, & pium iudicatur ab ipſo Concilio, ꝙ ſi epiſcopus in eius ſeminarii erectione

ctione negligens fuerit, uel ſuam por-
tionem ſoluere denegauerit, Archiepi-
ſcopus ſuppleat eius negligentiam, &
acriter corripiat, (cũ ſine cauſa id omiſ-
ſum viderit,) quod idem de Archiepi-
ſcopo negligente increpet eũ ſynodus
prouincialis, tam circa erectionem, ꝙ
eius conſeruationem, vt eod. cap. ſtatu-
tum eſt. §. ꝙ ſi cathedralium, non autẽ
ad populorum clamorem, ſed ad pieta-
tem, & charitatẽ, & zelum tantũ eccle-
ſiæ, vt ipſum opus compleatur, (vbi
fieri poteſt) & pauperes clerici fructũ
14 afferre poſſint in eccleſia Dei. † Quæ
autem docere debeant ipſi magiſtri, in
clem. 1. de mag. ſtatuitur, præcipue cir
ca linguam Hebraicam, Arabicam, &
Caldeam, transferentes ipſos libros de
ipſis linguis in Latinum; ſed omnia
remittuntur iudicio Epiſcopi. eod. cap.
§. docebunt autem. & §. vt uero, dicitur
grammaticam, quia per eam ſacræ ſcri-
pturę intelliguntur. c. ſi quis artem. 37.
diſt. cantum, computos eccleſiaſticos,
diſciplinam bonarum artium, ſacram
ſcripturam, libros eccleſiaſticos, Ho-
melias ſanctorum, atque ſacramento-
rum tradendorum formam, maxime
quæ ad confeſſiones audiendas vide-
buntur opportuna, & rituum, & cęre-
moniarum formulas ediſcant ipſi cleri
ci in prædictis ſeminariis edocendi, &
educandi, nec omittãt Catechiſmũ edi
tum ad parochos ex decreto Conc. Tri
den. & iuſſu Pij V. Pont. Maxim. ipſos
pueros docere, & præſtat ꝙ plurimum
eis legere Catechiſmum magnũ, & par
uũ. Petri Caniſij ſocietatis Ieſu, & par-
uum memoriter diſci curare. Poteſt ẽt
eis legi, & id ſatis expedit loco autho-
rum prophanorum Rethorica eccleſia-
ſtica, Valerij Auguſtini, namq. ad ec-
cleſiam iuuandam, patrumq. exempla;
& authoritates percipiendas, & artem
ipſam ſincere intelligendam, atque tra-
ctandam admodum vtilis eſt, etſi ad
Ciceronem de officijs, pro interpræta-
tione, & nitore dicendi mentẽ vertunt,
addant ipſi magiſtri multa ad eundem
finem de iiſdem virtutibus ex libris S.
Ambroſij de officijs, ex quibus eli-
citur prętantia chriſtianarum virtutũ,
meminerintque Beatũ Hieronymum
correptum ab Angelo ex quo nimium
fecerat ſibi familiarem Ciceronẽ. ead.
diſtinctio. cap. legimus, ethnicos autẽ
libros non faciliter reſpiciant, etiam ob
elegantiam linguæ, nam plerumq. ex
libertate loquendi ad mores non con-
ferunt, & ſi in ipſo principio iuuentus
nõ recte inſtruatur, prona reddetur ad
mundi voluptates ſequendas. eod. cap.
18. in princ. eosque libros laſciuos, &
obſcęnos nulla ratione pueris prælegen
dos eſſe decernitur in ſeptima regula
Indic. libr. prohib. & in alijs verſari,
ex quibus fidei Chriſtianæ augmentũ
15 pro certo ſperetur. † Cuius ſeminarij
reddituum rationes ſingulis annis Epi
ſcopus ipſe accipere debet, nec tamen
ſolus, ſed adhibitis præſentibus duo-
bus de capitulo, & totidem a clero ci-
uitatis deputatis, vt in §. rationes, ſta-
tuitur eodem cap. Cum quibus inqui-
ratur, qui ſint redditus, in quibus con
ſiſtant, quot perſonæ, quæve ſalaria, ſi
ſuperſunt, adnotẽtur ſingula, & in qui-
bus neceſſe eſt prouideatur, ad hoc vt
omnibus patere poſſit, fraudisq. ſuſpi-
cio in totum auferatur: & ſi inutilem
rationẽ, & damnoſam reddiderint ad-
miniſtratores, expellantur, & corripiã-
tur de ſuo ſatisfaciẽtes, ſi culpa id fece-
rint, nec in ipſis pueris alendis, ſiue de-

putatis aliqua exceptio, potius in uno,
16 quàm in alio denotetur,& oriatur.†Et in viſitatione diligenter eſt attendendum, & informandũ de illius regimine, adminiſtratione, ordine, norma, modoq. viuendi, de ipſis magiſtris, ac etiam officialibus,& prępoſitis,de vita, & moribus ipſorũ, ſtudio,lectionibus, doctrina, religioneq. & obſeruantia cuiuslibet,domo,& habitatione,atque de vicinis: ne quid obſcęnum committatur, vitia ſint aliena, timor Dei habeatur, quia in animam maleuolam non intrabit ſpiritus ſapientiæ.Sap.cap.1.& initium ſapientiæ timor Domini. Pſal. 110.officium dicant omnes, ſaltem Virginis Glorioſæ,defunctorum, cum ſeptem Pſalmis pęnitentibus,litaniis ſingulis diebus,nec omittãt Roſarium ipſius Beatæ Mariæ virginis, per quam a Deo nobis omnes gratiæ profluunt, & alia, quæ opportuna iudicabuntur, ſecundum laudabiles locorum regulas, & normas traditas, confeſſionesq. frequentent, & accipiendo ſanctiſſimum Sacramentum altaris, ex eorum patris ſpiritualis iudicio, & conſilio, &c.

DE LECTORE SACRAE SCRIPTURAE *ſeu Theologo deputando.*

CAP. DECIMVMSEPTIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Lectio ſacra ſcripturę quàm ſit vtilis.*
2 *Scriptura ſacra ex quibus eſt intelligenda.*
3 *Scriptura ſacra, vt bene intelligatur ſex requiruntur.*
4 *Thomas de Aquino ſanctiſſimus doctor, quantum profecerit oratione.*
5 *Libri debent habere emendati.*
6 *Lectio ſacra ſcriptura eſt frequentanda.*
7 *Artificium per continuum exercitium ſuſcipit incrementum.*
8 *Durabile non dicitur, quod eſt ſine requie.*
9 *Scriptura ſacra nihil eſt certius.*
10 *Theologus in qualibet eccleſia Metropolitanda eſt habendus.*
11 *Lectio ſacrę ſcriptura conducenda eſt in omni eccleſia principali ex Concil. Trid. In monaſterijs poſt, nu.13.*
12 *Magiſter grammatices conducendus ex defectu lectionis ſacrę ſcripturę propter paupertatem. Vbi quibus expenſis,& vnde.*
13 *Epiſcopus ſupplet negligentiam Abbatis pro habenda lectione ſacrę ſcriptura.*
14 *Studia publica debent habere lectorẽ in ſacra ſcriptura.*
15 *Lector aſſumendus pro lectione ſacra ſcriptura debet examinari,& approbari primum ab epiſcopo antequàm legat. nu. 17.*
16 *Fidei profeſſio facienda eſt à lectore ſacrę ſcriptura.*
18 *Scriptura ſacra qualiter eſt interpretanda.*

Epiſcopi

19 *Epiſcopi in menſa debēt habere lectionem ſacrę ſcripturæ.*
20 *Epiſcopi diebus feſtiuis debent docere populū ex fructibus ſacrę ſcripturæ.*
21 *Licentia pro lectione ſacrę ſcripturæ ab epiſcopo eſt gratis danda ſine aliquo munere.*
22 *Lex habet pœnam, & præmium in ſe.*
23 *Lex an fuerit neceſſaria.*
24 *Homo an poſſit facere non eſſe ſubditus legi, ſeu eius miniſterio.*
25 *Lex quare ſit facta.*
26 *Lectio ſacrę ſcripturę quare ſit neceſſaria.*
27 *Docentes ſacram ſcripturam quibus priuilegijs gaudeant.*
28 *Scriptura ſacra in linguam vulgarem non eſt transferenda.*
29 *Biblia in vulgari an permittātur, & cui.*

1 LEctio ſacræ ſcripturæ † quā ſit vtilis, patet, ex eo, ꝙ ipſa mediante Deo fruimur, inde dixit Chriſtus. Ioā. 5. c. Scrutamini ſcripturas, quia ipſæ teſtimonium perhibent de me, & Apoſt. in ſua prior. ad Tim. cap. 4. Attende lectioni, exortationi, doctrinæ, quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo: lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Pſal. 18. domi. Cardi. Hoſi. de author. ſacr. ſcriptu. lib. 3 fol. 271. & qui vult cum Deo ſemper eſſe, frequenter oret, & frequenter legat, orando enim cum Deo loquimur, legendo Deus ipſe nobiſcum: omnisq. profectus in chriſtiano ex lectione, & meditatione deſcendit, cum ea quæ diſcuntur, meditatio-
2 nibus conſeruantur. † Sed ne in laberynthum quis incidat, Scriptura ſacra eſt intelligenda ex cauſa, perſona, loco, & tempore. Iſidor. 29. diſt. c. ſciēdum eſt. Nam omnia, quæ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinā eſſe ſcripta teſtatur Apoſt. ad Rom. cap. 15. & alibi propter nos ſcripta ſunt. 1. ad Cor. cap. 9. quia Spiritus Sanctus voluit antiquorum facta ſub ſcriptura redigi, vt poſteri illa conſiderantes ad ſimilia ſubſtinēda, & operanda animarentur. S. Antoni. in 4. titu. 3. cap. 7. §. 5. narrat ipſa geſta ſanctorum ad imitationē prouocare corda infirmorum. Nempe cū diuina ſcriptura commemorat illorum præclara geſta, contra vitiorum prælia armat noſtra debilia. Ambroſ. in ſuo Examerō,
3 & diximus latius ſupra c. 8. † Vt autē ipſa Sacra ſcriptura bene intelligatur, ſex ad modum profigua requiruntur, primo mentis puritas, quia in animam maleuolam non intrabit ſpiritus ſapiētiæ. Sap. c. 1. nam ex ipſa puritate ſecundum Bern. in ſent. Tria conſequuntur, ſpiritus libertatis, gaudium ſecuritatis, & charitatis firmitudo, dūmodo procedatur cum ipſa in actionis integritate, ſimplicitate, & tranquillitate deuotionis, & Apoſtoli in ſimplicitate cordis laudabant Deum, Act. Apoſ. cap. 2. c. innocens. 22. q. 4. ſimplicitas amica legis. Inſt. de fideicō. liber. §. ſed quia, non in illa ſimplicitate, quæ aduerſatur diſcretioni. gl. in extrauag. Ioā. 22. quia quorundam, in verb. ſimplicium, de
4 verb. ſigni. † Secundo frequens oratio, legitur de glorioſo Beato Tho. de Aquino, (qui, & lumen doctorum, & ſanctus doctor merito eſt dictus) ꝙ magis per orationem, quàm per lectionē hauſerat ſapientiam. & Iacob. 1. ſua canon. ſiquis indiget ſapientia poſtulet a Deo,

quia melior eſt ſapiẽtia cunctis opibus
præcioſiſſimis.Prouer.c.8.nec diſſidet:
Dominus.n. noſter Ieſus Chriſtus ſuæ
eccleſię promiſit ſe daturum ſapientiã.
Luc. cap.21.in Conc.Tridẽ. ſeſſ. 18.in
prin. Tertio humiliatio,quia ubi humi
lis, ibi ſapientia, ab omnibus velle di-
ſcere,etiam minimis.ſæpe.n.Deus reue
lat paruulis, quod aſcondit maioribus,
cap. eſto ſubiectus in fin.uerb.95. diſt.
tex. notab.in l.1.§. ſed neque ex multi-
tudine. C. de vet.iur. enucl.Cagnol. in
l.ſi emancipati. nu.37.C.quando non
pet. & eſt apud Matth. c.11. quia ab-
ſcondiſti hæc à ſapientibus,& pruden-
5 tibus, & reuelaſti ea paruulis.† Quar-
to, vt libros emendatos quis intendat
habere. O quantum nocuerunt vitioſi
codices. Inde inſurrexerunt deprauati
ſenſus,& malignandi initia,inde ceruị-
coſa, & fantaſtica emulatio? niſi enim
emendatio vera habeatur; ſtudioſus
animus nõ quieſcit,ut infra 2.lib.c.31.
Quinto adhibeatur diligentia in ſcru-
tando, & indagando ſcripturas ſacras,
cedendo authoritati diuinæ ſcripturæ,
fugiendo libidinem rixandi, & puerilẽ
obſtentationem vincẽdi aduerſarium,
dicit S. Auguſtinus lib.2.de doct. chri
6 ſtia.cap.31.† Item vltimo aſſiduitas in
ſtudendo, quia ſacra lectio numquàm
de manu eſt deponenda. Flor. in 4. tit.
4. cap. 11. §.1.& tit.11. cap. 2. & 3.&
Auguſt. eod. trac.per quat.libros, eam
totis viribus meditando: nempe ſcri-
pturæ non ſunt datæ, vt in libris tan-
tum,habeamus,ſed ut in cordibus me-
ditemur, cum ipſa lectio doceat, quid
caueas,& oſtendat quo tendas (ſcilicet
ad Deum) lectione aſſidua ſenſus au-
getur, & intellectus illuminatur, nec
ſenſus ſacræ ſcripturæ facilius cogno-
ſci poteſt, ſine legendi familiaritate.
Prouerb. cap. 4. arripe illam, & exalta-
bit te, glorificaberis ab ea, cũ eam fue-
ris amplexatus. hoc etenim de diuina
ſcriptura, quæ ſolum per ſe eſt ſuffi-
ciens ad omnia, & ſine qua nulla eſt
ſcientia ſine errore, quia Deus conſo-
latur nos, & erudit per ſcripturam ſa-
cram. Bern.ſerm.11. Pſal. 90.& Prou.
7. dic ſapientiæ ſoror mea es, & pru-
dentiam voca amicam tuam,nam quã-
to quiſque in ſacris eloquiis magis aſ-
ſiduus fuerit, tanto ex eis vberiorem
intelligentiam capit: ſicut terra (dicit
Dom. Petrus) quæ quanto magis ex-
colitur, tanto vberius fructificat, &
quanto amplius ad aliquam artem ho-
mo aſcendit,tanto magis ad hominem
ars ipſa deſcẽdit. Vnde aſſiduus in otio
ſpirituali ſcrutabitur ſecreta diuinorũ
mandatorum, auocando a terrenis cu-
ris animum ſuum. Et continua fami-
liaritate ſe dederit lectioni ſacrarum
ſcripturarum, niſi hoc fecerit, non ca-
uebit offendicula, quæ cæcus volẽs de
per ſe pergere offendet, ſecundum Iſi-
7 dor. in ſuo libr.de ſum. bono. † Et vbi
deeſt tarditas ingenij, ſupplet aſſidua
lectio: quia omne artificium per con-
tinuum exercitium ſuſcipit incremen-
tum. l. legatis. §. ornatricibus. ff. de
leg. 3. gloſſ. in cap. quàm ſit, de elect.
lib. 6. & in extrauagan. Ioan. 22. cum
ad ſacroſanctæ. §. ad hæc, in uerb. di-
ſtractione, de ſenten. excommu. Plin.
epiſt. 10.& 20. dom. Paui. de viſitat.
2. par. quæſtio. 7. nume.26. cum ſeq.
namq. vbi ingenium nequit fieri per
naturam, fit tamen per aſſiduitatem
legendi; ſic, & antiqui profecerunt,
vt de Socrate primo ſapiente, quòd
à Solis ortu, vſque ad Occaſum im-
mobilis

mobilis ſtudio vacabat, atq. oculis in
cœlum erectis ſolum contemplationi
inſiſtebat. Et plura affert Valer. Maxi.
lib. 8. ſuæ hiſtoriæ, cap. 7. exprimis il-
lis uerbis Catonis ad adoleſcentes.

Inſtrue præceptis animum, ne diſcere
ceſſes:
Nam ſine doctrina, vita eſt quaſi mor
tis imago.

Et in ſacra ſcriptura Apoſtolus ſupra
relatus. 1. ad Tim. 4. Attende lectioni,
& id tamen cum moderatione tempo-
8 ris eſt faciendum. † Quia non dicitur
durabile ſed dãda eſt remiſſio animis,
corporibuſque, vt melius, & acrius re-
ſurgant. Cagn. in epiſt. boni Princ. nu.
30. Nec tamẽ ingenium a Deo pręſtitũ
negligatur, quia condemnationis reus
fit, qui deſpicit donum, quod accepit:
quamuis & ingenium ſuppleat tempus
glo. in ca. monachus. 77. diſt. & omnis
ſcientia eſt in capite, & authore, hoc eſt
diuina ſcriptura. 37. diſt. cap. legimus.
§. hinc etiam, ex Ambroſ. ſuper epiſto-
9 lã ad Coloſs. † Inde tenendum eſt pro
indubitato nihil certius eſſe ſacra ſcri-
ptura, ſicut cum ſancta eccleſia omnes
fideles tenemus D. Card. Hoſ. de fid. &
ſymb. cap. 17. Vnde dixit Auguſti. de
doct. Chriſt. lib. 3. cap. 28. humanis re-
bus non eſſe fidendum, ſed per ſcriptu
ras ſacras multo tutius ambulatur. Et
lib. 4. cap. 6. nihil ſapientius, aut eloquẽ
tius eſſe poteſt noſtris authoribus, quo
rum ſcripta diuinitus inſpirata canonẽ
nobis ſaluberrima authoritate fecerũt.
Ideo in dubium ipſam ſacram ſcriptu-
ram reuocare, nefarium iudicarunt ſan
cti Patres. Ioan. Dried. de eccl. ſcrip. lib.
1. cap. 1. in princ. vbi de eius ſtabilitate,
integritate, & eminentia. lib. 3. tract. 1.
cap. 2. in fine, & plura. dom. Card. Hoſ.
lib. 3. de autho. ſacra ſcript. Auguſt. ſcri
bit ad Hieron. quem refert. dom. Card.
Aracæl. de ſacram. bapti. cap. 10. His ſo
lis libris ſcriptorum, qui canonici dicũ
tur, hanc didici habere reuerentiam, ꝙ
nullum eorum in ſcribendo erraſſe fir-
miter credã: Et ſubdit Scotus: Quia li-
cet Apoſtoli in actibus, & verbis vt ho-
mines potuerint errare, nullus tamen
Apoſtolus, vel Propheta in quantum
ſcriptor alicuius libri canonici aliquo
10 modo errauit. † Vt igitur hæc ſacræ
ſcripturæ lectionis vtilitas in eccleſia
Dei omnino habeatur ad conſolationẽ
animarum, & fidelium profectum, ſta-
tuit Innocentius III. Sum. Põt. in Cõc.
gener. in qualibet eccleſia Metropolita-
na Theologum eſſe habendum, qui ſa-
cerdotes, & omnes in ſacra pagina do-
cere haberet, & quæ ad curam anima-
rum ſpectant inſtruere. cap. quia. §. ſane
Metropolis eccleſia. de magi. Per aſſi-
duas enim lectiones ſcripturæ ſacræ, et
multos vidimus conuerſos ad fidem,
& alios relictis malis moribus ad ſalu-
tem animarum perueniſſe, hocq. Deus
procurat. Vnde & eunucho Reginæ
Aethiopum ſedenti ſuper currum ſuũ,
Iſaiamq. prophetam legenti, accurrit
Philippus, eumque docens baptiza-
11 uit. Act. Apoſtolo. cap. 8. † Sed cum
nõ eſſet plene conſultum, & ob varias
temporum mutationes, non bene ob-
ſeruatum tã ſalutare decretum, nouiſſi-
me ſtatutum eſt in omni eccleſia (cathe
drali maxime) lectionem ipſius ſacræ
ſcripturę omnino eſſe habendam, & in
aliis maioribus, et principalibus, ne cęle
ſtis theſaurus ſacrorũ librorũ, quẽ ſpiri
tus Sanctus ſumma liberalitate hoĩbus
tradidit, negligatur. Et ideo cõducẽdus
ſit lector ad expoſitionẽ, & interperta-

tionem ipſius ſacræ ſcripturæ: cui ſi proprium ſtipendium non ſit deputatum, poterit de præbenda de proximo vacatura prouideri, vel per aſſignationem fructuum alicuius beneficij, vel per beneficiatorum ciuitatis contributionem, ex præſcripto conſtitutionis generalis Conc. Trid. ſeſſ. 5. de reform. c.
12 1. vbi latius diſponit. † Quibus ceſſantibus propter paupertatem, cõducatur ſaltem magiſter grammatices, qui gratis grammaticam doceat, prouiſo tamẽ ei de aliquo modo ex ſupradictis pro ſalario, & neceſſariis, vt in. §. eccleſiæ vero. eo. c. ſtatuitur, vt exinde pueri facilius ad ſacram ſcripturam intelligendã tranſire poſſint. cap. ſi quis artem. 37. diſt. & in cap. 1. de magi. ipſa eſt principium bonarum artium, & diſciplinarum, & Ariſtot. 6. Topi. cap. 6. grammatica eſt ſcientia ſcribendi, & cognoſcendi, quod profertur, & not. in cap. fin. de æta. & quali. ibi numquã de grammatica didiciſſe, nec etiam legiſſe do-
13 narum. † Nec ipſa lectio omittenda eſt in monaſteriis monachorum, vbi commode obſeruari poteſt. quare omnino debet renouari: ſupplente epiſcopo in hoc caſu negligentiam Abbatum, & ſuperiorum. §. in monaſterijs eiuſd. cap. ſicque de conuentibus regularium dignioribus magiſtris aſſignanda. §. in conuentibus, & in conſtit. clem. 5. in Conc. Vienn. de ſtat. mon. clem. ne in agro. §. ad ampliationem. verſ. rurſus. & §. ſane ſingulis, ibi nouitijs etiam fidelis: debent enim monachi fortius contẽplationi, & lectioni ſcripturarum incũbere, quia amando ſciẽtiam ſcripturarum, carnis vitia non amabunt. ex Hieron. in cap. numquam de conſe. diſt. 5.
14 † Quę lectio ſacrę ſcripturæ tanto fæcundior redditur, quanto in publicis Gymnaſiis, & ſtudijs generalibus habeatur, in quibus inſtituenda eſt, & reſtituenda, vbi fuit primum aſſignata: in quo, & Principum Chriſtianorum, & rempublicarum pietas, & charitas exortatur, propter multos fructus inde prouenıẽtes in. §. in Gymnaſijs autem: ad immitationem antiquorum imperatorum, & Neapoli Federicus Imperator ordinauit ſtudium omnium ſcientiarũ. an. dom. 1244. teſte dom. Marin. Fre. de ſubfeud. lib. 1. in 7. o ffic. nu. 16. (fecerat enim ipſe Federicus antequã ab eccleſia deficeret multa vtilia, aliaſq. leges in fauorem eccleſiæ, & contra hęreticos, quas obſeruari mandauit Innoc. IIII.) Sic Romę Eugenius IIII. decreuit ſtudium eſſe erigendum in qualibet facultate, vt dicit Leo X. in ſuis literis confirmatorijs, incipi. dudum ſua uiſſimos. an. 1513. 1. ſui Ponti. (in com
15 muni fol. 105.) † Is autem aſſumendus ad hanc ſacræ ſcripturæ lectionẽ, non paſſim accipi debet, ſed primum examinandus eſt ab epiſcopo loci, ubi id munus exercere habet, de ſua vita. ſi laudabiliter ſe confert in vita chriſtiana, de moribus, & ſcientia, & demũ ab ipſo approbatus admittatur, tam publice, quàm priuatim. eod. cap. §. & ne. non tamen in lectore ſumendo in clauſtris monachorum id ab epiſcopo requiritur: ſit prẹditus documentis poſitis per Boet. de diſcipli. ſcol. c. 6. vt prudẽtia ſit munitus: inquit enim Tullius lib. 4. de fin. bon. & mal. omnibus artibus volumus attributam eſſe eam, quæ communis appellatur prudentia, quã omnes, qui cuique artificio præſunt,
16 debent habere. † Quod vt recte adimpleatur ab ipſo lectore aſſumẽdo, omittendum

tendum nequaq̃ eſt,vt in.1.ſuo ingreſſu pro dicto munere legendi exequẽdo,vt faciat publicam profeſſionem fidei. iuxta bullam Pij IIII. Pont. Max. incip. in ſacr. ſancta. 1564. pontif.ſui an.5.de qua ſupra pluries mentio facta eſt,vt cum in fide debita verſetur in eccleſia Dei,ſperandum eſt ex ſua lectione, vberrimos fore conſequendos fructus in augmentum ipſius fidei,ſic palam faciet diſciplinam doctrinę ſuæ,& in lege teſtamẽti Domini gloriabitur, collaudabũt multi ſapientiam eius Sa-
17 pient.ca. 39.† Et demum in viſitatione cognoſcatur, ſi aſſumpto officio legendi,diligenter impleat munus ſuum ſi cum charitate,zelo pietatis, & ſalute animarum proficiat, & ne ſub ſpecie pietatis impietas ab ipſo diſſiminetur. eod.§. & ne. & ſi quid indecens, & inhabilitatis, aut a vero alienũ inueniet, ipſum remoueat ſuperior per prouiſionem alterius, ne ſub velamine ſanctitatis,illicita, & pernitioſa doceat iuxta quod dicit tex.in clem.1.in prin.de relig.dom.vbi ſubdit gl. illud prouerbiũ in odium hypochritarum, ꝙ ſimulata æquitas duplex eſt iniquitas, ne ſit ad inſtar etiam, falſorum prophetarum, qui ut dicit Dom. Matth.c.7. veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſe-
18 cus autem ſunt lupi rapaces. † Sacra igitur ſcriptura non aliter ab ipſo,& ab aliis interpetretur, quàm ſecundũ eũ ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater eccleſia, & vnanimis conſenſus ſanctorum patrum eod.ſacr.Cõc. Tri. cautum eſt.ſeſs.4.de edit.& vſ.ſacr.lib. §.pręterea:& ſi controuerſia aliqua fuerit pertinens ad ſcripturam, non aliter interpetrabitur, quam quomodo eccleſiæ luminaria, & doctores in ſuis ſcriptis expoſuerunt iuxta aliud decretum Conc.gener.6.Conſtant. cap. 19. nam ipſa intelligitur multiplici ſenſu vt per S.Thomam par.1.quæſt. 1.art.10. & Ioan.Dried. eod. tract.lib. 2. cap.2. fol. 54. ꝙ ſi adhuc dubiũ eſt & dictis ſanctorum patrum non dilucidatur,recurratur ad ſummum Pontificem, ad quem pertinet interpetrari ſenſum ſacrę ſcripturę. vt dicit dom. Card. de Tur.Cre.in ſum. eccl. lib.2. cap. 107. & lib.3.cap.54.in princ. & id etiam in interpetratione decretorum ſacri Cõc. Trid. iuxta bullam Pij Quarti Pont. Max.de confir.Conc.Trid.incip. benedictus.§. ſi cui vero, & .§.nos enim anno 1564.quę eſt repoſita in fine eiuſd.
19 Conc poſtea impræſſi: † Epiſcopi etiã numquam ſint ſine lectione ſacrarum ſcripturarum, ſed eam ſemper adhibeant in eorum menſa, vt anima cibo ſpirituali conſoletur,corpus vero materiali regatur. ſeſs.2. eiuſd. Conc.§. & quoniam,quod ſtatutum fuerat in omnibus ſacerdotibus ex Conc. Tolet.3. cap.7.idque obſeruandum propter remouendas fabulas,quę cõuiuiis admiſceri ſolent, c. pro reuerentia. 44.diſt. c.in oĩbus.de cõſe.diſt.5.vbi prophani hoĩes,vitia,ſceleraq. addunt, vnde memoria refert, & crudelia in conuiuijs fuiſſe perpetrata,ſic vorax ambitio trahit indomitos epulantes,de Alexandro Magno legitur in eius vita plures ab eo conuitatos in menſa fuiſſe occiſos, quos poſtea vino ceſſante plurimum fleuit, & nos legimus apud Marc.cap. 6. Glorioſum martyrem Ioannem Baptiſtam Domini præcurſorem iuſſu impij Herodis in præmium pſaltantis,ob fraudem, & peccatum parentum incaleſcentibus epulis in carcere capite

G 4 per-

percuſſum,quod ſeruare Herodes,licet iuraſſet,nō tenebatur. Quia ad homicidium extendi non debet iuramentum, loquitur tex.in terminis in c.cum iuramento,de homic.cum dicatur incauta
20 iuratio.c. ſicut de iur.iu.† Imò diebus feſtiuis,& præcipue dominicis populū docere debēt epiſcopi eloquia pietatis, ac rectæ religionis; colligentes fructus ex diuina ſcriptura, ex decreto Conc. Gen.6.Cōſtantinop.c.19.quod,& decretis Conc.Tri.confirmatū eſt, prout ſeq. c.dicemus. Vnde oportet,epiſcopū doctorem eſſe, ne inferiorum culpę in eum refundantur,dicit Grat. 86. diſt. in prin.vt in promptu habeat legē ſcrutabiliter, & non tā tranſitorie,tā ſacros Canones,& ſanctum Euangeliū,quàm diuini Apoſtoli librum,& omnem diuinam ſcripturam, atq; ſecundū mādata conſeruare & docere ſibi populū commiſſum,iux.declarationem.7.Syno.re-
21 poſitæ a Grat.in c.omnes.38.diſt.†Pro hac autem legendi, & docendi licentia nihil prorſus datur,ſed omnino ab epiſcopo gratis eſt concedenda. c.1.de magi.ead. ſeſſ.5.cap. 2. Et ſiquid forte ſolutum fuerit,reſtituatur, cap.1. & c. 2. eod.tit. de mag.vbi aſſignat ratio; quia gratis eſt acceptum,gratis eſt dandū,& ibi vide Abb.nu.2.poſt Innoc.An ſit ſimonia aliquid accipere pro licentia docendi,quod ſatis videtur.Nō ſic in ipſo lectore,qui accipere poteſt vnde viuat, vt ſeminanti ſpiritualia dentur temporalia: ſicuti de doctore vēdente iuſtum conſilium dicit gl. in c. quia non multis,de magi.& alia ſimilis in c.infames. §.apud Vrbem.3.q.7.c.non licet. 11.q. 3.Late Tiraq.in ſuo nobil.trac.cap.21. nu. 30. Vnde epiſcopi gratiam a Deo acceptam gratis impartiantur, ne uenditores columbarū dicantur, quos dominus ab eccleſia eiecit.Ioā.c.2.& c.nō
22 ſolū.1.q.3.† Namq. oīs lex Dei habet pęnam & præmium: præmium in bene viuentibus eam cuſtodientibus: nam & legis peritus interrogans dominū Luc. c.10.quid faciendo poſſideret vitā ęternam, ad reſponſum Ieſu,narrans quod in lege eſſet ſcriptum, finem ſuæ interrogationis audiuit: Fac hoc, & viues. Pœnam in male viuentibus eam contemnentibus: cum ipſius legis proprium ſit, ſtatuere bonis præmium, & malis pœnam.23. q.5 cap. non nos: & in homine primo formato, præmium gratia ipſius Dei,qui eſt omne bonū. Pęnam, in quocūq. die comederis ex eo morte morieris. Gen.c.2.Inde dixit gl.in regula quod ob gratiam.in fi.de reg.iur.lib. 6. ꝙ pęna non debet conuerti in præmium,& prę̄mium in pęnam:idq. proponere habet parochus ad populū, vt
23 patet ex cathechiſ.gener. fol.419.†Cū .n. homines in laxiorem vitam prorūperent,neceſſaria fuit lex: ſi homo profecto ratione regeretur, non vtiq. legibus inſudandum eſſet, vt ad rationis normā reduceretur. Abb. Fel.in proę. Rex pacificus. Cagn. in rub.ff. nu. 17. Ideo ſi uis,ò Chriſtiane,ad vitam ingredi,ſeruato mandata. Matth.cap.19 Eſt enim ratio habitus dirigens omnem actionem humanam in vltimū,& optimum finem, quam Boet. noſtram ducem appellat. lib. 1. De conſol.Philoſo. proſ. 3. in fine.Vnde quod ratione caret,extirpandum eſt, cap. cor epiſcopi. 69. diſtin. ſed declinandum a malo, & faciendum bonum,inquirenda eſt pax,
24 & ea ſequenda.1.Petr. cap.5.† Sed cū natura humana prona ſit ad peccandū, cap. omnis ætas. 12. quæſtio.1.& creatura

tura vanitati ſit ſubiecta. ad Rom. cap. 8 Faciunt ad propoſitum dicta per Innoc. in cap. paſtoralis de offic. ordin. quæ ſunt notanda, ꝙ homo poſſet ita eſſe bonus, & adeo ratione regi, vt non ſubiiciatur legi, ideſt exercitio legis, Felin. in eod. proœ. Rex pacificus. nã viuens recte non eſt ſubditus iudici, quo ad exercitium iuriſdictionis. Gemi. per illum tex. 22. diſt. cap. de Conſtantinopolitana. Ideo factæ ſunt leges, vt earum metu, humana coerceatur audacia, & tuta ſit inter improbos innocentia. cap. factæ ſunt. 4. diſt. cap. ad fi-

25 dem. 23. qõ. 5. † Vnde quia proterui non verbis, & benignitate perſuadentur, lex fuit neceſſaria, reprimendo eos per vim, & metum. eod. cap. factæ ſunt, per quam male facere prohibentur. alleg. cap. ad fidem: vbi benefacere in voluntate eſt. Viguer. de leg. humana, cap. 17. verſ. 1. ex illo communi adagio. Vis poteſtatem non timere, fac bonum. Cum quibus proteruis ita viuendum eſt, vt nec ſocietur eorum malo, nec fauendum, c. ita plane. 23. q. 4. & caute ſtandum. ſunt enim cum bonis mixti, nec ſeparari poſſunt, quia zizania inter frumentum, & ſic mali in eccleſia: vt in corpore humano mali humores, qui interdum ex corpore, cap. eſt vnitas in eccleſia, de conſ. diſ. 4. qđ enim procedit ex ore, coinquinat ho-

26 minem, Matth. c. 15. † Ideo omni poſſibili facto curandum eſt ad vitam reducere malos, & per exempla, & per ſcripturas. Quare ſacrę ſcripturæ lectio eſt admodũ neceſſaria, quia quicquid alibi quæritur, hic inuenitur. cap. legimus in fine. 37. diſt. & eccleſia exinde indiget viris litteratis cap. cum ex eo. de elect. lib. 6. quòd autem ſit neceſſaria patet, quia in ipſa quiſq. inſtruitur pro ſua ſalute, quid credere, qñd ſperare, quidve agere oporteat per Ioan. Dried. de eccleſ. ſcript. lib. 1. cap. 1. fol. 2. in fine, & ex tribus probat S. Thom. in ſum. 1. par. q. 1. ar. 1. reaſſumit Flor. in 4. titu. 11. cap. 2. §. 5. qui enim conſeruat legem, multiplicat orationem. Eccleſ. 35. in Prou. c. 3. Cuſtodi legem meam, atque conſilium meum, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis.

27 † Nec deeſt præmium ipſam ſcripturam docentibus, nam & ipſi, & etiam audientes gaudent omnibus priuilegiis circa perceptionem fructuũ præbendarum, & beneficiorum ſuorum, ex conſtitutione Honorij III. in cap. fin. de magiſt. & Innoc. IIII. in cap. cum diuerſis, de priuil. lib. 6. & in canone Concil. Trid. ead. ſeſſ. 5. cap. 1. de reform. in fine. non tamen de diſtributionibus quotidianis, quæ ſolũ intereſſentibus dantur, c. 1. de cler. non reſid. lib. 6. ſeſſ. 24. eiuſd. Conc. de reform. gen. cap. 12. §. diſtributiones, ſupra cap. 15. nu. 25. Niſi forte dicas, etiã in ipſis, in ſtudentibus in ſacra ſcriptura, ſicuti per verbum, ſaluo, loquitur Ioan. And. in citato cap. cũ de diuerſis. quod non videtur per iura ſupra adducta, & in declaratione Euge. IIII. aperte

28 declaratur, de qua ſupra eſt dictũ. † In eo aũt aduertantur ipſi magiſtri, ne ſacrã ſcripturam in linguã vulgarem vertant, id nẽpe non expedit populo, vt dicit Pet. de Soto, lec. 15. de cęr. Miſſ. adducens ꝙ multæ parabolę, & enigmata ſacræ ſcripturæ, ſi in linguã vulgarem transferãtur, nõ minus obſcura ſunt, ꝙ̃ latina: quare poſſent in populo cauſare abſurdas opiniones, & varios ſenſus, quibus intellectus offuſcatus vacillet in religione

religione chriſtiana, & tex.clem. 1. de mag. ſtatuit verti libros de lingua hebraica, arabica, caldea in latinum, non
29 de lingua latina in vulgarem. † Quod autem ſit malum, & pernitioſum experientia viſum eſt, cum vſus ſacrorũ bibliorum cũctis paſſim ſit permiſſus, vt inde potius detrimentum, quàm vtilitas ſit orta, quare qui ſine licentia in ſcriptis ab epiſcopo, vel ab Inquiſitore Biblia in vulgari tenuerit, abſolutionem peccatorum non habeat, niſi ipſis ordinariis redditis: & librarij puniantur arbitrio epiſcopi, idque etiã in regularibus a ſuis prælatis, iuxta quartam regulam Indic. prohib. & hãc lectionem bibliorum in vulgari multũ deteſtatur Arnol. Alber. de agnoſcen. aſſert. cathol. & hæret. q. 28. num. 34. appellans translationem damnoſam, & periculoſam, & dictum Arnaldi adducit nouiſſime Iacob. Menoch. conſ. 82. nu. 111. cum ſeq.

DE PRAEDICATIONE VERBI DEI, *& Prædicatore eius in Eccleſia deputando.*

CAP. DECIMVMOCTAVVM.

SVMMARIVM.

1 *Prædicatio quàm ſit neceſſaria populo chriſtiano.*
2 *Prædicatio eſt præcipuum munus epiſcopi.*
3 *Chriſtus fuit prædicator.*
4 *Prædicandi ſeptem ſunt modi.*
5 *Prædicatoris conditiones quę ſint.*
6 *Prædicator debet eſſe vox.*
7 *Silentium eſt fugiẽdum à prędicatore.*
8 *Prædicatores a quibus debent cauere.*
9 *Facta debent correſpondere verbis in prædicatore.*
10 *Prædicandum quibus non eſt.*
11 *Prædicator ad quid debet eſſe intentus.*
12 *Nullus poteſt affirmare in hac vita ſe ſaluum fore.*
13 *Dimitte nobis debita noſtra, etiam iuſti dicunt.*
14 *Homini tria ſunt neceſſaria ad ſalutẽ.*
15 *Prędicatores nõ debent intrare in ſubtiles quæſtiones. Nec detrahere pręlatis eccleſiarum. nu. 16.*
17 *Prędicator circa officium ſuum poteſt in multis peccare.*
18 *Peccatores fugiunt audire verbũ Dei. nu. 19.*
20 *Reſurgimus a peccatis plerumq́; ob timorem.*
21 *Prędicatio verbi Dei quare audiatur.*
22 *Chriſtianus non debet eſſe otioſus in fide, ſed operari.*
23 *Norma prędicatorum quę ſit.*
24 *Prædicator debet prędicare a quatuor partibus Mundi, ſicut ſunt quatuor venti.*
Venti principales quid ſignificãt. ibid.
25 *Fructus prędicationis qui ſint.*
26 *Gladius dicitur verbum Dei, & quare.*

Verbum

27 *Verbum Dei dicitur illuminatiuum.*
28 *Viri idonei debẽt aſſumi ad onus prędicationis.*
29 *Prædicator debet examinari ab epiſcopo, & approbari in ſcriptis.*
30 *Prædicator quando puniatur ab epiſcopo.*
31 *Prędicator ſilet epiſcopo prędicante, vel coram ſe prędicare faciente.*

SI lectio ſacrę ſcripturę in eccleſia Dei vtilis eſt, vt ſupra
1 diximus. † Prædicatio uerbi Dei etiã redditur neceſſaria populo Chriſtiano. iuxta dicta in Conc. Triden. ſeſſ.5.de reform.cap.2. nec minus expedit prædicatio Euangelij, quàm ipſius lectio. & S. Auguſtin. recitatus a Grat. in cap. interrogo. 1.q. 1. non eſt minus verbum Dei, quàm corpus Chriſti, ſcilicet quoad efficientiam, vt bene declarat S.Anton.in ſum. 2. part. titu.9. cap.11.per totum, quia ſicut cibo materiali corpus reficit̃. ita, & anima ſpirituali cibo, quod eſt verbum Dei, recreatur. Abb. in cap. inter cętera, de offic. ordin. Alphon. Aluar. in ſuo Specul. cap. 11. non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni uerbo, qđ procedit de ore Dei. Matth. cap. 4. & Maria ſedens ſecus pedes Domini audiebat verbum illius. Luc. cap. 10.
2 † Prædicatio exinde dicta eſt eſſe præcipuum munus epiſcopi, ſic dicitur in cap. 20. Concil. 4. Carthag. ut epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed vt lectioni, & orationi, & verbi Dei Prædicationi tantummodo vacet: & clarius ſeſſ.24. Concil. Trid. de reform. gener. cap. 4. in princ.& in eius conſecratione iuxta ritum Pontificalis libri. fol. 31. accipe Euangelium, & vade, prædica populo tibi cõmiſſo. Apoſt. in prior. ad Tim.4.prædica uerbum, inſta opportune, importune: immo proprium ipſius de prædicationis miniſterio cogitare ſemper, dicit beatus Greg. lib.2.epiſt.39.do.Archiepiſ. Brachar. de morib. prælat. cap.7.Frat. Ludou. Granat. de offic. paſt. 2. part.
3 cap.6. fol.26. † Ex quo apparet quàm magna ſit huius officij prædicationis authoritas, & præeminentia, cum Chriſtus Saluator noſter fuerit Prædicator. cap. cum ex iniuncto, de hære. vnde & prophetæ, & Angeli prædicatores dicuntur, probat Flor. in 3.tit.18.cap. 3. & Ioannes Baptiſta, ego uox clamantis in deſerto, dirigite vias domini. Ioan. cap. 1. S. Bernar. ſuper caut. ſerm.22. Chriſtus factus eſt nobis ſapientia in prædicatione, iuſtitia in abſolutione peccatorum, ſanctificatio in conuerſatione, quam habuit cum peccatoribus. fuit enim facũdus in ſuauitate ſermonum, & morum ſuorum. ſerm.31.ipſe namque eſt ſapientia patris. Luc. c.
4 11. ad Coloſs. cap. 2. † & licet dom. Flor. in 3.tit.18.cap.5.conetur demonſtrare ſeptem modos prædicandi, ſeu procedendi in prædicatione, per expoſitionem Euangelij, & epiſtolæ, de die ſecundum morem antiquorum, item ſumendo authôritatem a ſacra ſcriptura pro themate ſermonis, qui modus hodie adhuc a multis ſeruatur. Tertio per diſtinctiones, & eſt facillimus modus, item per aſſignationem multiplicationis effectuum diſcurrendo propoſitiones, cauſas, & gradus, & per thema Euangelij, ad illud de die, ad quod multum iuuant figuræ veteris teſtamenti,

ſtamenti: & per interpretationem, & expoſitionem nominis, vt ſi de aliquo feſto agatur, qđ & primi prædicatores obſeruabant.7. per curioſitatem moralem,ſeu per moralitatem ſequendo exēpla in vnoquoq. caſu.vide ibidem. Hodie tamen varie obſeruatur ſecundum qualitatem locorum,& perſonarum,vt in multis conſpicimus, & vidimus,ſicuti in libris magni illius concionatoris verbi Dei epiſcopi Bitontini Frat. Cor.Muſſi. Vltimo, & melius ſequendo apoſtolorum inſtitutum eis a Chriſto datum, vt Deo commendantes ab ipſo ſperent, quid influat cordibus ipſorum,vt populū ſpiritualiter paſcant. Matth.cap.10.Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini,dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini,non enim vos eſtis,qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri,qui loquitur in vobis. Et c. 12.apud Luc. Ponite ergo in cordibus veſtris non præmeditari,quemadmodum reſpondeatis: ego enim dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere,& contradicere aduerſarij veſtri. Et ad Hierem.cap.1.Ecce dedi verba mea in ore tuo. Iſai.c. 49. poſuit os meum quaſi gladium acutum: Ex quo Dauid in ſuorum pſalmorum initio rogabat dominum,vt aperiret labia eius,quod per orationem & viuam
5 fidem aſſequitur. † Vt autem officium ſuum quilibet prædicator adimpleat. dicit Aluar.Pelag.de plant.eccl.lib.2.c. 4. debet verſari in docendo verbo, & opere.Primo ꝙ habeat interiorē charitatē ardentem,exteriorem vitam lucentem: nā cuius vita deſpicitur, eius prædicatio contemnitur. c.porro.3. quæſt. 7.item ꝙ accipiat tempus opportunū, locum, & qualitatem audientium, ſapientibus ſcilicet alta prædicando,ſimplicibus plana,docendo utilia, non fabulas, figmenta poetarum allegorice interpretando. Auguſt. lib. 2. de doct. Chriſt.cap.17.& inquit Arnal.Alberr. de hæret.quæſt.28.nu.33.qui in eccleſia Dei ad populum declamat, det operam, vt præceptis reſpondeant opera: qui enim fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum,& qui docet, debet vitare omnia verba,quæ non docent:& vt ad intelligentiam veniant audientes.Auguſt.eod.tract.lib.4. cap. 10.& cap.30.Vnde primum oret Deū, vt ſermonem bonum præbeat ori eius, & audientes cum fructu ſumant,& cū bene agit melius docet, cum in omni eccleſiaſtico doctore quæramus, quid ſequatur,quid doceat,quomodo dicat, quomodo viuat,ſpiritu feruenti prædicetur,vt non ipſe, ſed Spiritus ſanctus videatur eloqui,alias inquit Gregor. in Moral. Verba, quæ de frigido corpore proferuntur,nequeunt inflammare creditores ad ſupernum deſiderium,vnde loquatur cum authoritate, vt non ſua verba,ſed domini dicat.Matth.cap.10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine.eod.cap.cum ex iniuncto.Hierem.cap.1.Ecce dedi verba mea in ore tuo.& exemplo ipſius. Ioan.c.8. A me ipſo facio nihil: ſed ſicut docuit me pater,hæc loquor.& cap.7.mea doctrina non eſt mea,ſed eius,qui miſit me: nec prætermittat rectitudinem ſermonis, & intentionis, vt non aliud intendat, niſi ſalutem audientium,ne ambitio in eo notetur,vt ingemiſcens de aliquibus dicit ipſe Arnald.Albert.ead.quæſt.28. & nume.alleg.cum ſcientia competenti,ne ipſe erret,& alios in laberynthum adducat, nam vani ſunt omnes homi-

nes in quibus non eſt ſcientia Dei Sap. cap.13. capiens opportunitatem temporis, nam dicitur eccl.c.2. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam tempore ſuo. & cap.8. omni negocio tempus eſt, & opportunitas, nec ſit ſine gratia adiutrice. quia prædicatio non eſt fructifera ſine gratia Dei: de qua dicit Apoſtol. ad Colloſsenſ. cap. quarto, ſermo veſter ſemper cum gratia ſale ſit conditus: non enim ignorare debet operum noſtrorum ſine gratia Dei imbecillitatemq; : dicit namque ipſe dominus, in euangel. Ioann. 15. Sine me nihil poteſtis facere. & in vlt. ad Cor. cap.3. non q idonei ſimus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. & in priori cap.15. gratia autem Dei, ſum, id q ſum. Auguſtin. de eccleſi. dogmat. cap. 42. cum duobus ſequent. ex Concilio Arauſic. canon. 6. & 7. & ſeſs. 6. Concil. Tridenr. de iuſtifica. cap. 16.
6 † Si enim prædicator eſt, vox eſt, id eſt Chriſti, cum quo debet ſe conformare. Ioan. 1. ego vox clamantis in deſerto. ad tit. cap. 2. tu loquere, quæ decent ſanam doctrinam: cum manifeſtauerit Chriſtus verbum ſuum in prædicatione. cap. 1. & 2. ad Tim. 4. opus fac euangeliſtę, & quiſq. euangelij prædicator, ita debet in eccleſia laborare, vt defuncto fratri, id eſt Chriſto, ſuſcitet ſemen, qui pro nobis mortuus eſt, & quod ſuſcitatum fuerit eius nomen accipiat. octaua quæſtio. prima cap. olim. & Iſa. cap. quinquageſimo, dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſcitare eũ, qui laſſus eſt verbo. ſic enim ſibi prodeſt, & eccleſię, & tunc vtroque pede erit calciatus.
7 † Et cum prædicatoris nomen ſortitur, caueat tacere. tempus eſt loquendi, dicit Apoſt. ad Cor. ve enim mihi ſi non euangelizauero. Iſai. cap. 6. ve mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum. & Hierem. cap. 48. maledictus, qui opus domini facit negligenter: & ſi Paulus Apoſtolus formidabat, quanto magis alius exiguus. 43. diſtinct. cap. diſpenſatio: inde conqueritur dominus apud Hierem. thrē. 4. paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. ead. ſeſs. 5. cap. 2. §. id vero. Iſai. cap. 58. clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, et domui Iacob peccata eorum & indiſcretum ſilentium, eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit cap. ſit rector. 43. diſt: vbi ſubdit. tex. ſæpe namque rectores improuidi humanam ammictere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimeſcunt, & iuxta veritatis vocem. Ioan. cap. 10. nequaquam gregis cuſtodiam paſtorum ſtudio tenent, ſed mercēnariorum vice deſeruiunt, qui veniente lupo fugiunt, dum ſe ſilentio abſcondunt, quos Dominus Canes mutos non valentes latrare dicit. Iſaia capit. 56.
8 & in dicto capit. ſit rector. † Caueat autem quiſque prædicando, ne dictis ſuis falſitatem immiſceat, adulationem fugiat, dicto capit. diſpenſatio, circa finem. eo magis arrogantiam, ne odibilis fiat, & fructus operum perdat. ſcandala, diſſentiones, æmulationes vitentur, ex quibus multa mala ſequuntur, dum fauendo vni opinioni alteri detrahat. in extrauag. Sixti IIII. graue nimis, ſuperfluitatem, & leuitatem, ne imitetur? Sed omnes ſtudeant populũ ad lachrymas de peccatis ſuis, nō ad riſum ducere, indiſcretum ſermo-

ſermonem numquam proferendo, neque multum proprio ſenſui innitendo de conſtir.cap. ne innitaris.Flor.eod.c.
9 18.cap.4.† Nec debet eſſe alienum a vita prædicatoris,qđ ipſe prædicat,ne ſit illud euangelij in eo,Matth.cap.23.dicunt,& non faciunt. Populus enim accreſcit in fide ex factis,potius q̃ ex uerbis,incertum namq. loquitur,cũ aliud loquitur,& aliud facit, ſi incertam vocem det tuba (dicit do. Petr.) quis ſe præparabit ad bellum. 1.ad Cor. c.14. populus ipſa facta ſequitur,quia de factis raritas maxima, de verbis autem ſemper fit copia.Vnde plus eſt quid facto explicare quàm verbo.Abb.in cap. dilecti filij.nu.4. de appell. & voluntas potius datur intelligi facto, quàm verbo.ff.de edil.edic.l.ſi tamen.§.ei.& verba plerumq.contra intentionem proferuntur.deci.in l. non vult hæres. ff. de reg.iur. & dixit.not. Phi. 10. Ethi.qđ verba non faciunt nos bonos (ſcilicet ſolum) ſed facta eis referre, & ſi concordant cum operibus verba, recipere illa oportet:ſin vero diſcordant, rationem requirere, ſed dominus præcepit. Matth.cap.23.omnia. quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite,ſecundũ
10 vera opera eorum nolite facere. † Detractores cum viderit prædicator, fugiat eis prædicare.Matth.cap.7.Nolite ſanctum dare canibus, neque mittere margaritas ante porcos, curioſe proponentibus non reſpondere,ſicuti de illo curioſo, & moleſto, qui interrogauit magnum virum, quid faceret Deus in qualibet hora diei. Vnde Chriſtus Herodi interroganti reſponſum non dedit.Matth.cap. 23. aut verbo Dei inſidiantibus Pſal. 38. poſui cuſtodiam ori meo, cum conſiſteret peccator aduerſum me: Obſtinatis,quia non recipiunt verba prudentiæ Prouer. 18. niſi dixeris ea.quę verſantur in corde ſuo, ideſt,quæ ſunt beneplacita eis: ſed qui eſt Chriſti, verba Chriſti loquitur, & qui ex Deo eſt,verba Dei audit. Ioan.c. 8 de quibus dicitur Cor durum male habebit in nouiſſimo.eccl.c.3.Iob.cap. 41. cor indurabitur quaſi lapis,& ſtringetur, quaſi mallearum incus, quibus in malitia obſtinatis Deus non miſeretur,quoniam Chriſtum abſoluiſſe mortuos in errore non legimus. facit. 24. qõ. 4. c. legatur. & in pœnis continuis reſtant,ex quo noluerunt conſilijs ſalutaribus ſanari.47.diſt.cap. quo ad nos, & quibus eſt ſine fine mors perpetua. Auguſt. in Enchir.ad Laurent.cap.92. & cap.93.non enim acquieuerunt, ſed iniquitati crediderunt, vnde iram, & indignationẽ habent reportare S. Tho.
11 contr.gent.lib.3.c. 140. cũ ſeq.† Ideo ipſe prædicator ad hoc ſit intentus, vt animas Deo acquirat, vnde non debet in totum ſtudere uerborum elegantiæ, vt habetur in Conc.Remenſ.cap.11.refert ſuo.part.6.ca.198.ſtudendo communi linguę,quia ille eſt uerus doctor, qui prędicando lachrymas,non riſum mouet,qui corripit peccatores, & nullum beatum,nullum felicem dicit.Iſai. cap.3.Popule meus, qui te beatum dicunt, illi te decipiunt, & uiam greſſuũ tuorum diſſipant. Inde ſapiens ille Solon Athenienſis ad Creſum Regem ſe fœliciſſimum iactantem reſpondit, neminem in hac uita o Rex beatum dixeris, quod paulo poſt expertus eſt ipſe Rex, cum ex excelſo ſui regni ſolio deiectus inditionem Cyri Regis deuenerit profuit tamen ſententia in Solonis, quia eodem exemplo commotus Cy-

cus

rus, liberum dimiſit pacatis rebus, ſic vadunt res mundi, quod demonſtrat Franciſcus Petrarcha in prim. de mort. cap. ponens verſus.

Iui eran quei, che fur detti felici,
Hor ſono ignudi, miſeri, & mendici.

Imitatus Ouid. lib. 3. Metamor. eamdem ſententiam in Cadmo ponentem.

Sed ſcilicet vltima ſemper.
Expectanda dies homini eſt, diciq́; beatus.
Ante obitum nemo, ſupremaq́; funera debet.

Non enim poteſt quis in hac vita certitudinaliter ſcire ſe eſſe in gratia Dei, quàmuis coniecturaliter ex operibus poſſit conijci. in Conc. Trid. ſeſs. 6. de iuſtif. cap. 9. in fin. verb. beat. Vincent. ordi. præd. in ſerm. de ſanct. ſyl. in
12 princ. † Cum enim chriſtianus in hac vita, ſit vt viator, poteſt ad bonum, & ad malum verti, (& utinam non potius ad malum.) ideo non eſt affirmare, quem ſaluum eſſe, vt eſt dictum, & Menochius alleg. conſ. 82. Neſcit homo in hac vita, an amore, vel odio dignus ſit. eccl. cap. 9. neſcit finem ſuum, Iuſtus perit in iuſtitia ſua, & impius multo uiuit tempore in malitia ſua. ibid. c. 7. quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda eſt: ſed Dei, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. ad Ro. 6 ead. ſeſs. de iuſtif. c. 16. in fi. Nam ſi quis dixerit ſe non habere peccatum, ſe ipſum ſeducit, & ueritas non eſt in eo: Ioan. in ſua prior. c. 1. Auguſt. contr. Pelag. c. 8. lib. 3. & de eccleſ. dogmat. cap. 35. & de futura Beatitudine non poteſt eſſe certitudo ſcientiæ, ſed credulitas tantum, illum fore ſaluum. Innoc. in cap. ſi. verſ. illud autem de iur. cal. omne autem eſt ex gratia Dei, cum quos vocauerit, hos, & iuſtificauerit: non enim ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ad Rom. c. 8. Ideo reſoluitur dubium ſecundum Theologos. Aut quæritur certitudine morali, aut ſcientiæ externę, et & internæ, aut vero certitudine fidei, quod non poteſt. Immo aſſerere quem iuſtum certo ſcire ſe eſſe in Dei gratia, & ſecurum de vita æterna, in hæreſim Lutheri incidit. contra quam eſt determinatio ſanctæ eccleſiæ. in Conc. Trid. ipſa ſeſs. 6. de iuſtif. c. 12. Nemo quoq. (inquit) quàm diu in hac mortalitate viuitur de arcano diuinæ prædeſtinationis myſterio uſq. adeo præſumere debet, vt certo ſtatuat ſe omnino eſſe in numero prędeſtinatorū. &c. & can. 15. ſiquis dixerit hominem renatum, & iuſtificatum teneri ex fide ad credendum ſe certo eſſe in numero prædeſtinatorum. anathema ſit. In Concil. Meliuit. cap. 6. vbi recitatur dictum Apoſt. Ioan. 1. cap. 1. vide citatos per Menoc. eod. conſ. 82. nu. 5. & nu. 57. cum plur.
13 ſequent. † Inde Auguſt. eod. tract. de eccl. dogmat. cap. 36. affert illam ſententiam veram, quòd iuſti omnes veraciter pro ſeipſis etiam dicant ſupplices ad Deū. Dimitte nobis debita noſtra. & Conc. Trid. adducta ſeſs. 6. ipſo tit. c. 11. nam iuſtorum illa vox eſt, & humilis, & verax. dimitte nobis debita noſtra. ex Matth. cap. 6. Luc. cap. 13. Mart. Nauar. de horis can. cap. 19. nu. 165. & in c. unum orarium. §. nomine. 25. diſt. vbi Hier. cōtra naturam eſſe dicit, aliquem eſſe ſine peccato, & melius in c. de quotidianis, in prin. de pænit. diſt. 3. ad Rom. cap. 5. Propterea ſicut per

vnum

vnum hominem peccatum intrauit in mundum,& per peccatum mors,ita,et in omnes homines mors per tranſiit, in quo omnes peccauerũt.ſeſs 5.eiuſd. Conc.de pecc.origin.§.ſiquis Adę.ſeſs.
14 6.de iuſtifi.cap.1.† Prędicator itaq. ſollicitus eſſe debet pro ſalute audientiũ in his explicandis, inuigilans omnes obſeruare viam iuſtitiæ, & mandata diuinę legis,cum homini tria ſint ad ſalutem neceſſaria, a quibus pendet tota lex & ſcientia;ſcilicet credẽdorum,deſiderandorum,& operandorum: quia ſine operibus fidem mortuã dicimus. Iacob.cap.2.ead.ſeſs.6.c 11. & can.20. Prima ſcientia conſiſtit in Symbolo; ſecunda in oratione dominica.& tertia in lege & in euãgelio.Declarat Alphõſ. Aluar. in ſuo Specu.c.50. 1.parte verſ. 15.Quia Symbolum nihil aliud eſt,niſi breuis collectio credendorum facta ab Apoſtolis cum in vniuerſum mundum prædicaturi Chriſtum Crucifixum vellent ire, a ſpiritu Sancto ducti. B.Clemens in epiſt.ad Iac.Frat.Domi. & Auguſt. de temp. in ſerm. 181. & Do. Card. Aracęl.in præfat.ad Symb. Apoſtol. Oratio dominica inſtituta ab ore ipſius Chriſti docentis Apoſtolos ſuos orare.Matth.cap.6.continet ſummam petendorum. Augu. de bon. perſeu.& in Ench.ad Laur.cap. 115. cum ſeq.Do.Card.Hoſt. in lib.confeſs. cap. 54.Mart.Nau.in Man.latino.cap. 11. nu.1.Gul.in ſuo ration.lib.4. ca. 47.& infra in aliis libris ſerioſius continetur. de lege. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata,Omnia,quæ dixi vobis cuſtodite.Exod.cap.23.Deutoron.cap.28.in princ. qui euangelium annunciant, de euangelio viuunt. 1.ad Corin. cap. 9. Multa diſſerit idem Do.Card. Aracæl. in tract. de conſ. euang. & infra latius de lege noua, quæ ad modum neceſſa-
15 ria ſunt ſcitu.† Sed aduertant ipſi prędicatores, ne in publicis concionibus intrent in ſubtiles quæſtiones, ex quibus volando multos uidimus ſe ipſos fregiſſe, & frequentius Diabolus argumenta contrarię partis infigit cordibus audientium, vt in multos labantur errores.Aduertit Arnald.Alber.de hęret. quæſt.13.nu.19. Vnde ad Titum ſcribens Apoſtolus dicit, ſtultas quæſtiones,& genealogias,& contentiones, & pugnas legis deuita; ſunt enim inutiles,& vanæ Et extat decretum Concil. Later.ſub Leon X.ſeſs.11.neq. in ipſis popularibus concionibus diſputentur de conceptione Virg.Mar.in extrauag. Pij Quinti Pont.Max. incip. ſuper ſpecul.1570.pont.ſui an.5.vide eundẽ Arnal.Albert.de hæret. quæſt. 17. Nec in ſpecie aliquem reprehendere; ſed generaliter, ne ſcandala oriantur, & exemplo Chriſti, qui dixit; Vnus veſtrum me traditurus eſt, non reuelando, & not.arg.cap.2. de offic.ordi.quem tex. allegat Cag. in l.fi. nu. 55.C. de pact.
16 † Idq. ſuper omnia, ne prælatis eccleſiarum detrahant.not.in clem. religioſi.de priuil.& exceſs.pręl. Quia dicuntur ponere os in cœlum. 21.diſt.cap.in tantum. Flor.eod.tit. 18.cap.4. uerſ.4. debet, & vide glo.in d.cle.§.quibus.in verb. detrahant. Cauendo in generali loquutione, ne nimis linguam protrahant; qui enim incõſiderate loquitur, ſentiet mala. alleg. glo. Nauar.ibid.nu. 142. Eſt namq. detractio per ſe mala & damnoſa,& offendens alios, mortalis idem Nauar.cap. 8.in princ. Vnde eccl.c. 10.contra detrahentes ſecreto. Si mordeat ſerpens in ſilentio,nihil eo

minus

minus habet, qui occulte detrahit; In cogitatione tua Regi ne detrahas,& in ſecreto cubiculi tui, ne maledixeris diuiti;quia & aues cęli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit ſententiam;ſibi detractio non prodeſt,alteri vero nocet. ſecundũ philoſ. 2. Rheto.c.2.& in pſal. 100. Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Et niſi chriſtianus linguã ſuã refrenauerit,vana erit eius religio.5.q. 5.c.in loco. Facit dictũ Pii Papæ. in.c. nihil.de cõſe.diſt.5. Nihil enim prodeſt homini ieiunare,& orare,& alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua
17 cohibeatur. † Vel retrahere parochianos ab eccleſia parochiali iuxta eamd. conſt.clem.in hoc enim quis peccat ſicuti in aliis enumeratis per Nauar. in Manu.c.25.nu.141. vt ſentiens ſe eſſe in peccato mortali,& mentiendo maxime circa doctrinam fidei, vel diſſuadẽdo decimarum ſolutionem vltra prędicta.Item ſi facetias,fabulas,aut quid ridiculum immiſcerent ipſi prædicãdo, vel ſi prædicator aberraret a recto tramite iuſtitiæ, deſperationem audientibus inducens; De quo dicit dominus per Prophetam. in pſalm. 49. Quare tu enarras iuſtitias meas,& aſſumis teſtamentum meum per os tuum,vt recitat Bern.ſuper cant.ſerm.62.circa finẽ. peccata,& ſcelera increpare prædicatoris officium eſt, & eis comminari pœnas æterni cruciatus; et ꝙ maior pęna, quę poſſit inueniri,eſt priuatio viſionis Dei, in quo exultat Angelorũ chorus; impii tradẽtur in ignem æternum, vbi vermis eorum ideſt conſcientię,nõ morietur,ignis nõ extinguetur.Ber. in lib. ſerm.41.Si enim obſeruaſſent mandata Dei, eſſent ſine timore æternæ damnationis. Prou. cap. 4. Cuſtodi præcepta mea,& viues.eccl.cap.8. qui cuſtodierit præceptum domini, non experietur quidquam mali. pſal. 118. Beati immmaculati in uia, qui ambulant in lege Domini. Quare? Quia cuſtodiam legem tuam ſemper in ſeculum, & in ſeculum ſæculi. Quia mandata tua exquiſiui,& cuſtodiui legem tuam.
18 † Et ſi ipſi peccatores fugiunt audire verbum Dei,fugiunt enim lucem. Ioã. 3. Qui male agit, odit lucem. Vnde Iob.cap.24. Si ſubito apparuerit aurora, ideſt prædicator, arbitratur umbram mortis. Amoſ.cap.5. Odio habuerunt corripientem in porta, ideſt in eccleſia & de quibus dicit pſal.106. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & quorum reproborum tanta eſt peruerſitas, vt non ſolum bene agere non cupiant; ſed nec alios bene agere ſinant, & id deterius cum omnino mali ſint, vt boni tamen cupiunt,& volunt honorari. Vnde malos chriſtianos peiores eſſe infidelibus, ſanctus Augu. teſtatur ſuper pſal. 30. & contra eos corripientes inſurgere graui odio videmus, tamquam ſi magna iniuria affecti eſſent, ut dicit Euariſtius Papa. in cap. ſunt non nulli. 2. quæſt. 7.& tex. optimus ſacri Conc. Trid. ſeſs. 13. de reform. cap. 6. ubi verba ad epiſcopos diriguntur & cuius tex. diſpoſitionem nos ipſi, ſicut multi alii experti ſu-
19 mus. † Et vtinam ex increpatione, & correctione ad viam veritatis redirent, cum ſalutari conſilio non adquieſcant Hierem.cap.6.Et de his loquitur Apoſto.in ſua 2 ad Tim.cap. 4. Sanam doctrinam non ferunt, ſed ad ſua deſideria coaceruant. Et iterum: Reſiſtunt

veritati homines corrupti, mẽte reprobi circa fidem.cap. nec mirum.26.q.5. Sequuntur enim Diabolum,qui malus eſt; nam malitiam Diabolus fecit,quia Deus, qui vniuerſalis eſt conditor, nihil niſi bonum fecit. Auguſt.de eccl. dogm. cap. 60. & lib. 12. de trini. cap. 8. Agere malum non eſt agere, ſed deficere ab agendo, & in 4. Hypogn.Omne malum non eſt natura, ſed actus accidens defectu boni: & omnis malus ſui malefacti eſt author. de liber. arbit. lib.1. cap. 1. & in lib. de corr. & grat. cap. 7. Mali ex quo non perſeuerant in bono, non ſunt a maſſa perditionis liberati: inter quos ſi Innocens verſetur nec faciendo malum, nec factum malũ approbando, adhibendo dilectionem corrigendi, pleniſſimum officium caſtiſſimæ Innocentiæ, & diligentiſſimæ ſeueritatis implet. cap. ita plane. 23.q. 4. Et ideo mali non ducuntur, nec reguntur ductu rationis; ſed errore ſenſualitatis, gl. ad Boet. de conſol. philo.
20 lib. 1. metro.3. in fine. † Sunt tamen
aliqui audientes narrari pœnas inferni, ignem perpetuum, q compunguntur, etſi non amore, ſaltem timore arcẽtur a peccando, & retrahuntur ab erroribus: licet proprium hominum perfectorum ſit magis deduci ad virtutem amore Iuſtitiæ, quàm timore, iuxta illud vulgatum in ore omnium dictũ.

Oderũt peccare boni virtutis amore,
Oderũt peccare mali formidine pęnę.

Quod ex Horatio, refert Arnal.Alber. de hęret. q. 31. nu.4.& Eccl. cap. 12. conſurgent ſcilicet peccatores a peccato ad vocem colubris, id eſt galli, qui Petrum negantem ad lacrymas excitauit; cum poſtquàm gallus cantauit, recordatus verbi Ieſu. Matth.c.26.egreſſus eſt foras, & fleuit amare. Et frequẽtius in prædicationibus homines compunguntur de conſecr. diſt.4.cap. proprie in fine, & multa Aluar. Pelag. de plant. eccl. lib. 2. cap.69. col. 7. & hic metus peccandi propter Gehennã non eſt peccatum, vt hæretici ſentiebant: ſicq. diffinitum eſt in Conc. Trident. ſeſſ. 6. de iuſtifica. cap.8. & infra dice-
21 mus. † Sed veritatem ſectando audire
debemus libenter prædicationes, & ad id omnes hortari, ut per deſideriũ veniamus ad Deum clamantem. Matth. cap. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis,& onerati eſtis,& inuenietis requiem animabus ueſtris: & cupientes diſſolui cum Apoſtolo, & eſſe cũ Chriſto. Per mortem anima iuſti completa pænitentia ad cælum euolat,hæreditatẽ ſibi promiſſam. Beati enim mortui, qui in domino moriuntur. Apoc.c.14. & fiducia ad Deum, ut in generali iudicio anima noſtra cum corpore glorificetur. Matth.c.21. Voca operarios,& redde illis mercedem ſuam. De virtutibus igitur Chriſtianus vadit ad Paradiſum, de vitijs autem ad infernũ,ſed virtus interior nõ ſufficit, cum requiratur
22 externa bona operatio. † Non.n.iuuat
chriſtianũ otioſum eſſe in fide, ſed ſecundum veritatem ſanctæ eccleſiæ ab omnibus tenendam,cuilibet requiri, & quamlibet virtutem interiorem, & etiã bona opera exteriora, ſine quibus per fidem ſolam non iuſtificabitur homo, eod. ſacr. Conc. præcitata ſeſſ. de iuſtifica. c.10. & can.9. vt diximus prius in famil. ſingul. in l. f.nu. 80. Auguſt. de fid. & oper. cap. 14. Ipſaq. opera bona ſunt ex gratia, non gratia ex operibus. Idem in epiſt. ad Paul. fol. 245. & in pſal. 31. merces noſtra gratia vocatur,

&

& prçſumenti de operibus merces non
imputatur ſecundum gratiam. Et ui-
de ſupra num. 14. abſitque nobis glo-
riari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu
23 Chriſti. ad Galath. cap. 6. † Eſt ergo,
redeundo ad primam materiam, præ-
dicatoris officium quatuor memorare
ſemper in ſuis ſermonibus. Primo be-
neficia nobis collata a Deo, cuiuſmodi
ſunt creationis, redemptionis, iuſtifi-
cationis,& aliorum; quia cum in Chri
ſto renaſcamur, ab ipſo iuſtificamur,
ea quippe renaſcẽtia per meritum paſ-
ſionis eius gratia, qua iuſti euadimus,
nobis tribuitur, eadem ſeſſ. 6. de iuſti-
fi. cap. 3. Illum ergo imitando, qui ſo-
lem oriri facit ſuper bonos & malos.
Item beatam vitam annuntiando, pœ-
nas comminando, & quarto vigilantiã
recordãdo propter fragilitatem noſtrã,
vt homo ſciens ſe infirmum, caueat
cadere in profundum inferni. Quia ſi
ſciret paterfam. qua hora fur veniret,
vigilaret vtique: & non ſineret perfodi
domum ſuam. Matthæ. cap. 24. Ideo
qui perſeuerauerit vſq. in finem, ſaluus
24 erit, eod. cap. † Et hoc ad ſimilitudinẽ
quatuorum ventorum principalium;
ab Oriente, a quo nobis omne bonum;
ab Auſtrali propter ſuauitatem,& leni-
tatem; ab Aquilone propter timorem
pœnarum. Hierem. c. 1. ab Aquilone
pandetur omne malum, quod de An-
tichriſto dicitur; qui eſt caput omniũ
reproborum. Item ab Occidẽte, qui in-
clinat infirmitates noſtras, vt cognoſca-
mus nos ipſos. Et de his quidẽ quatuor
ventis habetur, lib. 2. Metaph. & cap. 2.
quid ſit ventus; & ſpiritualiter interprę
tatur vanus timor, vana ſpes, vanus do-
lor; vanum gaudium. Daniel. c 8. Flor.
in ſum. 4. par. tit. 14. c. 7. §. 1. & libr. 1.
Parali. cap. 9. Et dicuntur quatuor ven-
ti Cardinales. Caſſan. in ſua glo. part.
12. conſide. 14. & Ezech. cap. 37. A
quatuor ventis veni ſpiritus, & inſufla
ſuper interfectos iſtos, vt reuiuiſcant;
qui & reuixerunt, ubi reſurrectio mor
tuorum optime notatur, & Apocalyp.
cap. 7. vidit Ioannes quatuor Angelos,
ſcilicet tenentes quatuor ventos terræ.
25 † Et cum ſit admodum fidelis, & op-
portuna diuinorum eloquiorum præ-
dicatio. clem. 1. de mag. dom. Paui. de
viſit. 2. part. 2. quæſt. nu. 67. in fine, fru
ctus multi deducuntur, & aliqui enu-
merant nouem, ſcilicet ꝙ frangit corda
noſtra per timorem, conterit per dolo-
rem. pſal. 50. Cor contritum,& humi-
liatum. Deus non deſpicies: Liquefacit
per amorem. pſal. 21. Factum eſt cor
meum tamquã cera liqueſcens, in me-
dio vẽtris mei, id eſt, in parte ſenſitiua,
vt exponit Do. Card. de Tur. Crem. Itẽ
tradit cor noſtrum ſurſum per deſide-
rium. pſal. 41. Quemadmodum deſi-
derat ceruus ad fontes aquarũ, ita deſi-
derat anima mea ad te Deus, p dilectio-
nem ſcilicet, pſal. 76. Memor fui Dei,&
delectatus ſum. Item viuificat; quia vi-
uus eſt Dei ſermo. ad Hebr. c. 4. ſanat,
pſal. 106. Miſit verbum ſuum,& ſana-
uit eos: illuminat, iuxta alium pſalm.
118. Lucerna pedibus meis verbum
tuum, & lumen ſemitis meis. Et vlti-
mo denique dicitur vulnerare amore,
& timore, vt per primum operemur
bonum; per ſecundum reſipiſcamus a
malo. Alios duodecim fructus, ſeu ope-
rationes adducit Florent. in ſecunda, ti-
tu. 9. cap. 11. §. 2. Vnde cum magna
attentione eſt audiendum uerbum Dei.
26 † Quia dicitur ſermo eius penetrabi-
lior omni gladio, gladius verbum Dei.

Pſal. 149. ad Hepheſ. cap. 6. cum conſcientias audientium feriat, vt videant Chriſtiani, in quo ſtatu ambulent; etſi negligenter audierint, non minus erũt rei, quàm ſi corpus Chriſti ſua negligentia in terram cadere permiſerint. c. interrogo. 1. quæſtio. 1. Vnde ſi dum profertur in eccleſia Dei verbum, quis egreſſus fuerit, excommunicetur, de conſecrat. diſt. 1. cap. ſacerdote. Nam Deus habet miniſtros, & vindices in eos, qui male agunt, & ponit Ambr. in Homil. quæ legitur in dominica infra octau. Natiuit. domi. ſicuti de iudice miniſtro legis. cap. iudex. 23. quæſt. 5. & cap. præced. qui malos percutit in eo, quòd mali ſunt. Et habet uaſa interfectionis, vt occidat peſſimos;
27 miniſter eſt Dei. † Quòd autem verbum Dei illuminet, patet etiam ex Bernard. dicente. Si tenebras ignorantiæ pateris audi, quid loquatur Dominus; aperit. n. omnia ſermo correctionis. c. in ſacerdotibus, 61. diſtinctio. Item in prædicatione cognoſcit homo peccata ſua, ſicut in ſpeculo, & expulit omnes ignorantias: tamquàm veriſſima ſcientia. Flor. vbi ſupra in 10. fructu. Verbum Dei infirmitati, vt virtus, ignorãtiæ, vt ſapientiæ apponitur, ſuper cant. Bern. ſerm. 86. in fin. Auguſt. in libr. de Corp. domi. recitatus a Grat. in cap. intra. 1. quæſtion. 1. De virtute verbi Dei credendum eſt, quòd in uerbis Chriſti ſacramenta conficiantur, cuius prius creantur imperio eius, vtiq. ver-
28 bo recreantur ad melius. † Nunc igitur ex longo itinere ad actum viſitationis accedendo, videndum eſt, ꝙ ſiue ad tempus, ſiue ad paucos dies aſſumi debeant viri idonei, qui in bono opere ſe habeant, & ſtare cœperint, & digni mitti ad alios lucrandum, cap. inter cetera de offic. ordin. alleg. ſeſſ. 5. cap. 2. ubi intermiſſum eſt: Hoc officium epiſcopi per ſe ſuppleant, ſin autẽ viros idoneos aſſumant, ne diſtricte ſubiaceant vltioni. Deputatus vero examinetur, ſi piè ſollicite, ac deuote hoc officium exerceat, catholicam fidem prædicet: & cum alijs fidem Chriſtianam prædicare habeat, fecerit ipſe primum profeſſionem fidei, vt de lectore in c. præ-
29 cedenti eſt dictum. † Niſi enim authoritatem habeat in officio, qualiter adſiſtet? Apoſt. ad Rom. cap. 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur, non autẽ a ſe ipſo hoc munus prædicationis aſſumere poteſt, ſed vbi prædicare voluerit, ſe præſentet epiſcopo loci, a quo examinetur, & approbetur, licentiamq. in ſcriptis obtineat, gratis ab ipſo epiſcopo concedendam. Sic. n. cautũ fuit, in Concil. Lateran. ſub Leon. X. ſeſſ. 11. & a Concil. Trid. præfato cap. 2. §. ſi uero, & ſeſſ. 24. de reform. gen. cap. 4. etiam in eccleſiis regulariũ, qui ultra licentiam ſuorum ſuperiorum, ab epiſcopo etiàm loci habere licentiam debet. §. in eccleſiis. cap. 2. & eod. cap. 4. nullus, dum dicitur. Nullus autem ſęcularis ſiue regularis, etiam in eccleſiis ſuorum ordinum contradicẽte epiſcopo prædicare præſumat. Mart. Nauar. in Man. cap. 25. num. 143. verſ. 4. ſuppleat epiſcopus negligentiam aliorũ ſuperiorum, ſi in parochialibus eccleſiis eis ſubditis prædicationẽ verbi Dei
30 non intromiſerint. §. ſi quæ vero. † Et ſi quis prædictorum, (quod abſit) aſſumptus ad hoc munus hæreſes prędicauerit puniatur ſecundũ iuris diſpoſitionem, aut loci conſuetudinem, iuxta decretum eiuſd. cap. ſecundo. §. ſi uero.

Si

Si autem errores, ſcandalaq. in populo diſſeminauerit, tam ſi prædicauerit in ipſis eccleſiis epiſcopi, quàm regulariũ, ei prædicationis officium interdicatur. dicto. §. ſi vero. Et quia ſolẽt laici in eos prædicatores inſurgere falſis informationibus, dignus eſt, qui verbum Dei in eccleſia ſeminat, ut protegatur, & defendatur, quare procuret epiſcopus in fauorem ipſorum prædicatorum, ne quis eorum calumnioſe, & iniurie vexetur, iniuſteq; moleſtetur; ſed contra
31 vexãtes procedat. † Cum autẽ epiſcopi per ſe ipſos prædicant (vt tenentur) iuxta præfatos canones, vel publice corã ſe prædicare faciunt, alius prædicator ea hora ſilere debet, per extrauagan. Bened. XI. inter cunctas, de priuil. §. caueant tamen, cum ſit dignum minorẽ maiori, & inferiorem ſuperiori in hac parte deferre. Ipſi etenim, & omnes parochi in ſua diœceſi, & eccleſiis parochialibus, diebus Quadrageſimæ, Aduentus, Ieiuniorum, & dominicis, feſtiuis aliisq. diebus hoc munus prædicandi impleant, adimpleriq. faciant, iuxta præcitatum, cap. 4. ſeſſ. 24. & cap. 7. & ſeſſ. 22. de ſacramen. Miſſ. cap. 8. Aliquem autem ſub nomine regularium extra clauſtra, & obedientiã uiuentem ad prædicandum, aut presbyterum ſęcularem non admittat: niſi fuerit notus, & moribus & doctrina probatus, nec ſub prætextu cuiuſcũq. priuilegij, antequam ſedes Apoſtolica conſulatur. dicto cap. 2. §. caueant prætereа. Quæſtoribus, & eleemoſynariis omnino prohibendo hoc officium. §. quæſtores. Laicos retrahat etiam ſub pœna excommunicationis, de hæret. cap. cum ex iniuncto, & de expenſis prædicatori faciendis, eleemoſynisque præſtandis, aliisque neceſſariis attendatur conſuetudo, quam vt laudabilẽ approbat canon eiuſd. Conc. ead. ſeſſ. 24. cap. 4. &c.

DE POENITENTIARIO IN ECCLEſia Cathedrali conſtituendo.

CAP. DECIMVMNONVM.

SVMMARIVM.

1 *POEnitentiariæ officium magnum in curia Romana. Reformatum a Pio V. nu. 2.*

Philippus Boncompagnus Cardinalis Sancti Sixti magnus Pœnitentiarius laudatur, nu. eo.

3 *Pœnitentiarij deputati in eccleſijs vrbium a quibus abſoluant.*

4 *Pœnitentiarius in eccleſia cathedrali deputandus eſt ex Conci. Trid. & is qualis eſſe debeat. nu. 7.*

5 *Eccleſia certos caſus aliquibus reſeruandos retinuit.*

Epiſcopus habet poteſtatem reſeruandi ſibi caſus. nu. eo.

6 *Præbenda de proximo vacatura concedenda eſt Pœnitentiario deputato.*

8 *Pœnitentiarius deputatus in viſitatione examinandus eſt.*

9 *Pœnitentiarius deputatus ab epiſcopo a quibus non abſoluit pœnitentes. Et quid exiſtẽtes in articulo mortis. n. 10.*

11 *Conſtitutus in articulo mortis, quando quis dicatur. Et de modo iniungendi pœnitentiam. ibid.*

POteſtatem ampliſſimam ligandi, & ſoluendi Petro Apoſtolo dñs noſter Ieſus Chriſtus per illa verba; Quodcumq. ligaueris. Matth. c. 16. & ſuis ſucceſſoribus dedit. cap ad Apoſtolicæ. §. nos itaq. de re iudic. lib. 6. clem. paſtoralis in fine.
1 eod. tit. † Hanc poteſtatem animas ſoluendi, in foroque pœnitentiali diſpenſandi Summus Pontifex Chriſti Vicarius, & Principis Apoſtolorum ſucceſſor, alicui ex ſuis Cardinalibus committit qui Summus Pœnitentiarius Eccleſiæ Romanæ dicitur, & totius orbis; qui, & aliis hoc munus ſubdelegat exercendum in eccleſiis Vrbis, quæ hodie ſunt in ore omnium, licet quatuor principales. & ipſe per ſuam ſignaturã in multis diſpenſat; per verba tamen differentia a ſignatura Sãctiſſimi Do. Papæ. Ille enim diſpenſat per verba fiat in forma: hic vero per verbum placet ita Petr. Rebuff. de ſignat. 2. part. nu. 21. cum ſeq. & de diſpenſ. nu. 35. & vt dicit Gomeſ. in proœm. regul. cancell. primitus hoc officium apud multos
2 conſiſtebat. † Sed cum omnis poteſtas ex multitudine officialium forte, & incuria temporis dilatata extra terminos fuerit, expediens fuit hoc officiũ in multis extenſum magis, vt nunc videmus, reformari, & ſanctæ mem. Pius Quintus Pontif. Max. qui totis viribus nixus fuit cuncta ad priſtinam integritatem reſtituere, ipſum officium reformauit, vt patet in ſuis Apoſt. litter. ſuper ea re cõfectis incip. In omnibus rebus. an. 1569. pont. ſui 4. & in aliquibus prius Pius Quartus in alijs incip. In ſublimi Beati 1562. an. 3. vbi ſede vacante in foro fori quieſcit officium. §. uolumus. erectum hoc officium frequentius per. S.R.E. Cardinales, ſicuti hoc anno. 1579. cum vacauerit per obitum magni Cardinalis Hoſij, ſumma prudentia, ſingulariq. vigilantia ad illud exercendum aſſumptus fuit Illuſtriſſimus dom. Cardinalis Philippus Boncompagnus ſanctiſſimi Domi. noſtri Papæ ex fratre nepos Tituli Sancti Sixti, moribus, virtute, fide, integritate, & zelo honoris eccleſiæ quàm maxime inſignitus, & dominus meus obſer
3 uandiſſimus. † Ad inſtar igitur pœnitẽtiariorũ in eccleſijs vrbis deputatorũ, qui abſoluunt omnes venientes ad Curiam Romanam a peccatis, & ſententijs epiſcopo reſeruatis. Floren. in ſum. 3. part. tit. 17. c. 14. vt qui tam ex longinquis partibus veniunt ad venerandam vrbem (in qua principes Apoſtolorum Petrus & Paulus ſanguinẽ pro Chriſti nomine largiſſime effunderũt; de quibus dicit gl. in extrauag. execrabilis in verb. Romanæ. de præb. Ipſam vrbem Apoſtoli Petrus, & Paulus vna die pro merito, loco uno pro gloria, ſub uno perſequutore pro pari virtute cõpaſſi glorioſo cruore martyrij Chriſto domino conſecrarunt, per quos Romæ euangelium reſplenduit, & eccleſia religionis ſumpſit exordium in extrauag. dudum. clem. 7. de pœnit. & remiſſ. cap. ſacroſancta. 22. diſt.) reme-

dium ſuarum animarum & ſalutem inueniant, ſicque conſolati ad proprios lares remeare poſſint. Et qui pęnitētiarij in anno Generalis Iubilei maiorem inueniūtur habere poteſtatem abſoluēdi: Alexander Sextus in anno Iubilei, licet omnes caſus conceſſerit, voluit tamē, quatuor eſſe eis reſeruatos, in quibus non haberent poteſtatem: in ſuis litteris incip. Paſtoris æterni. 1499. an.
4 8. † Sicq. vt plenius omnium ſaluti cōſultum ſit, prouiſo in eccleſia de lectore Sacræ ſcripturæ, verbi Dei pręedicatore, vt ſatis in ſuperioribus viſum eſt, quia frequentius occurrunt confeſſiones caſuum reſeruatorum, a quibus inferiores abſoluere nequeunt, ne intermedium temporis pro ſalute animarū interponatur, Statutum eſt in omni eccleſia cathedrali eſſe pænitentiarium eligendum, qui a reſeruatis caſibus epiſcopo abſoluat pęnitentes ex decreto Concil. Trid. ſeſs. 24 de reform. gen. c. 8. §. in omnibus eccleſijs. Nam nulli dubium eſt eſſe multos caſus pænitentiales, de quibus infra ſuo loco dicemus. & Dom. Petr. lib. 4. cap. 24. nu. 11. epiſcopumq. habere ius reſeruandi ſibi caſus, a quibus nullus inferior abſoluere poteſt, ex alio decreto eiuſ. Conc. ſeſs. 14. de ſacram. pœnit. can. 11. neq. vigore cuiuſcunque priuilegij, etiam propter mare magnum mēdicantibus conceſſum. Quod eſt notandum, ne ſub prætextu primæ conceſſionis maris magni, ſeu alterius confratariæ, ſeu ſodalitatis, aliquis maxime regularis in ipſis ſe intromittat in pernitiem ſuę
5 animæ. † Namq. eccleſia ſancta ſpiritu Dei recta, propter authoritatem conſeruandam nec non ſingulorum poteſtatem, & iuriſdictionem denotādam certos caſus in foro conſcientiæ reſeruauit non ab omnibus relaxandos, ſed epiſcopis tātummodo retinuit, & aliis iuriſdictionem ordinariam habētibus. Eſt enim abſolutio ipſa ſacramentalis, actus iuditialis. ead. ſeſs. can. 9. & ideo non niſi in ſubditos exercenda. Conuenitq́ue pro reformatione eccleſiaſticæ diſciplinę, vt ſicut ſunt epiſcopi præsbiteris ſuperiores. ſeſ. 23. eod. Conc. de ſacr. ord. can. 7. ſic etiam certam in foro pænitentiali maiorem aliis habent poteſtatem, & authoritatem alijs deſignandi caſus quos ſibi tantummodo vo
6 lunt eſſe reſeruatos. † Huic deniq. pænitentiario ſic deputato, iuxta idē Cōc. vt melius, & libētius ſuo muneri ſatiſfaciat, debet epiſcopus prouidere de aliqua præbenda de proximo vacatura; nec caret priuilegio; dum enim confeſſiones pęnitentium audit, ſi eſt canonicus, ut præſens in choro habetur. eo. c. in fine, quia dignus eſt operarius mercede ſua. Matt. c. 10. ex illo etiam Apoſtoli. quis militat ſuis ſtipēdiis vnquā? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? ex authoritate legis Moyſis. Deut. 25. Non alligabis os boui trituranti. hæc 1. ad Cor. c. 9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum non eſt, ſi nos carnalia veſtra
7 metamus. † Is tamē pęnitentiarius deputandus non ad nutum eligatur, ſed ſit magiſter, vel doctor, vel licentiatus in theologia, vel in iure canonico, ac ætatis annorū quadraginta, ſeu aptior pro loci qualitate, ex præſcripto eiuſd. Conc. c. 8. cum nulli ſacerdotum liceat canones ignorare. 38. diſt. c. nulli. quia ipſorum arbitrio pęnitudinis tempora reſeruantur. 26. quæſt. 7 c. tempora. &

cap.hoc ſit poſitum, & non ſecundum rigorem antiquorum canonum, non tamen dimittendo totum tempus pęnitentiæ gl.in d.c.hoc ſit poſitum. per c ſi is qui prælatus. 23.q.4. conſiderando circumſtantias peccatorum, & pęnitentium. Aluar. Pelag.de plant.eccl.lib. 2.cap.27.col.4.in fine.cum iuſta cauſa faciat minui pęnitentiam, ſecundum Mart.Nauar.in Man.cap.26.nu.21.& num.præced.quando pænitens recuſat accipere pænitentiam; & ponit aliqua Dom. Paui.in hoc tract.2. part.quæſt.
8 8.nu.80. & nos infra ſuo loco. † Et in viſitatione examinetur etiam ipſe pænitentiarius; an ſuum officium ſollicite, deuote, & aſſidue præſtet, ornatus omni modeſtia, honeſtatem, & venerationem præferendo, ac de eius vita, moribus & qualitatibus vt quam aliis paratus eſt pręſtare, ipſe in ſe puritatē conſcientiæ habeat & non aliud intendat niſi munus pręſtitum exercere pro Dei gloria, & ad ſalutem animarum, quarum cura admodum difficilis eſt propter damnum, quod imminet, ſi minus bene exerceatur (quod abſit) & vbi maius periculum intenditur, ibi proculdubio plenius eſt conſulendum c.3.de elect.lib.6. & ſi de periculo animarum aliquando agitur, tutior via eſt eligenda.c.excomunicatorum.23.q.5. cap.illud.§.licet autem.de cler.excō.vel
9 de poſ.mini. † Sed hic licet generaliter conſtituatur, niſi expręſſius detur, in quinque non abſoluit. Primo in ſollemni pænitentia imponenda. cap. accedentibus de exceſ.pręla.Secundo ubi excomunicatio eſt cōtracta.c. peruenit de ſent.excommunic.Tertio ſtante irregularitate,per ea,quę dicit Card.in cle. dudum.§.ſtatuimus.de ſepult. Quarto in incendiarijs.23.q.8.c. ſi quis membrorum. & c. peſſimā. vbi contra iſtos eſt terribilis tex cuius diſpoſitionē epiſcopus caueat relaxare, niſi damnum voluerit reſtituere,& anno abſtinere ab officio epiſcopali,& contra quos quando ſit lata excommunicatio ipſo facto, vel inferenda. Mart. Nau. in Man.cap. 17. nu. 100.fol. 217. Et quinto ſtante conſuetudine, ꝙ certa crimina ad epiſcopi iudicium referantur.de pæn.diſt. 1.cap. in actione. cum ſeq.& c.pręsbiter.26.q 6.ad quæ multa dicit ipſe Nauar.in c.27.nu. 256. eiuſd.Man.& infra alio loco pleniſſime dicemus. Quia vbi ambiguum, & difficile foret iudicium, ad ſuperiorem epiſcopum acceditur.arg.not.tex.in c.per venerabilem qui fil. ſint legit.Et ideo quam pænitētiam alicui in foro conſcientię epiſcopus imponit, nullus inferior relaxare poteſt.de maior.& obe.c.cum inferior. licet ipſe impoſitam a ſacerdote poſſit dimittere.21.diſt.cap.inferior,& quandoque ex cauſa minuit pænitentiam datam a Papa gl.fi.27.q.7.cap.tempora.Card.in clem.1.§.1.12.q.de pęnit.et remiſs.Vnde,vt eſt dictum per nullam quamlibet generalem approbationem confeſſoris, cenſetur eſſe data poteſtas caſuum reſeruatorum.Vt not.in cap.ſi epiſcopus de pænit.& remiſs.lib.6.vbi Ioan.And. enumerat alios caſus,a quibus ſimplex ſacerdos generaliter ap-
10 probatus non abſoluit. † Quamuis in neceſſitatis caſu tā in prædictis, quàm in aliis,vbi aliter ſubueniri non poteſt pænitenti, generaliter abſoluat. 2. quæſt.5.cap. fin. & eſt communis practica, etiam a cenſuris. de offic. ordin. cap. paſtoralis. verſi.ad quod dicimus. & in Concil. Trid. ſeſs. 14. de ſacra. pęnit.

pęnit.c.7. vbi in fine dicitur. In eccleſia Dei ſemper cuſtoditum fuiſſe, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis, atque ideo omnes ſacerdotes quoslibet pęnitentes a quibusuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt, & tex. Conc. ad propoſitum adducit etiam Marii. Nauar.
1 eod. c.27.nu.71. ver. 6. † Sed quærimus quando dicatur quis in articulo mortis conſtitutus, reſpondetur ex veriori opinione, ſtari arbitrio boni uiri, qui iudicabit ex illa infirmitate potius mortem, quàm vitam eſſe enim habitu rum, de aliis debent attendi circumſtátiæ: ſi communiter eueniat mors. gl. in d. cap. paſtoralis. tab. abſolutio. 1. nu. 33. vnum verbum Flor. in ſum. 1. part. titu. 10. cap. 3. §. 5. Iaſon in l. 1. §. is videtur colum. pen. ff. ſi quis iuſd. non obtemper. & in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. num. 44. ff. de lib. & poſth. Fely. in eod. cap. paſtoralis. Petr. Ger. ſing. 12. Nauar. cap. 26. Man. nu. 31. verſ. 23. & qualiter fiet abſolutio quo ad Deum, & an intelligatur abſolutus quo ad eccleſiam, quando fuit denuntiatus excommunicatus, quòd non ſepellitur in eccleſia. Viguer. in cathol. Inſtit. de ſacr. ord. §. 1. verſ 18. cogitabis, & nota quòd iniungitur ſemper, ꝙ ſuperuiuendo ex eo periculo mortis, ſe præſentet ſuperiori, a quo infirmitate ceſſante abſoluēdus erat. ſyl. eod. verb. num. 8. arg. cap. de cętero, vbi not. de ſent. excom. c. quod de his. c. quamuis, eod. tit. & eſt tex. not. & ibi doct. quando dicatur impedimentum ceſſare, in clem. 1. §. fin. de pęn. vbi ſecundũ Abb. pro ſimili. qő. eſt bona gloſ. & eſto memor, quia ille text. in graui facto multum profuit, in allegationibus eſt dictum, &c.

DE OFFICIO DIUINO, REUERENTER, horisq́ debitis celebrando in eccleſia.

CAP. VIGESIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Cultus Dei eſt duplex.*
2 *Chorus quid ſit, & ad quid inuentus.*
3 *Laici non debent ſtare in choro cũ clericis celebrantibus.*
4 *Epiſcopus debet tollere abuſus ortos in choro.*
5 *Clerici in choro qualiter ſtare debent.*
6 *Magiſter chori eſt deputandus.*
7 *Officium magiſtri chori quod ſit.*
8 *Genuflexio eſt ſignum humilitatis: & variatur ſecundum perſonas. nu. 9.*
10 *Orandum eſt genibus flexis.*
11 *Officium diuinum in quibus conſiſtat: & dicendum eſt in eccleſia. nu. 12.*
13 *Clerici dicentes officium, quæ debent attendere. nu. 14.*
15 *Officium quale ſit dicendũ in eccleſia.*
16 *Beneficiatus, vel in ſacris conſtitutus tenetur ad officium diuinum.*

17 *Clericus dicendo officium ſatisfacit precepto, & meretur.*
Actum faciens ex neceſſitate an plus mereatur, quàm faciens ex voluntate. nu. eod.
18 *Clericus excōmunicatus an teneatur ad officium.*
19 *Clericus celebrando officium, quomodo poteſt peccare.*
20 *Epiſcopus qualiter procedat contra nō dicentes officium.*
21 *Concilij Lateranenſis diſpoſitio contra omittentes officium.*
22 *Conſtitutio Pij Quinti Pont. Maximi ad idem.*
23 *Clerici habentes preſtimonia tenentur ad officium ex eadem lege.*
24 *Penſionarius an teneatur ad officium, & quale.*
25 *Infirmus excuſatur a celebrando officium. Et vtrum habeat diſtributiones quotidianas, nu. 26.*
27 *Miſſa mortuorum quando ſit dicenda.*
28 *Miſſa nō tantum pro viuis, ſed, & pro mortuis dicitur. Et an pro paruulis baptizatis decedentibus. nu. 29.*
30 *Completorium non debet omitti dici in eccleſia.*
31 *Maria Virgo ſemper eſt laudāda. vbi multa de eius vita, & morte, & qui Apoſtoli interuenerunt, & quæ de eius ſanctitate dicat Beatus Dionyſius. nu. eo.*
32 *Proceſſio, quæ fit cum candelis ardentibus, quid ſignificet.*
33 *Laici an poſſint præſcribere vſum candelabrum.*
34 *Dies ieiuniorum denuntiandi ſunt in eccleſia.*
35 *Cautus, qui debet fieri in eccleſia, & qui laudatur.*
36 *Miſſa ordinaria, ſeu ferialis nō eſt omittenda libenter pro particulari.*
37 *Anniuerſaria defunctorū quando ſint celebranda, & quid ſit anniuerſarium.*
Epiſcopi debent eſſe vigiles, vt anniuerſaria celebrentur. nu. eo.
38 *Simonia non eſt redditus accipere pro celebratione anniuerſariorum.*
39 *Laici turbantes proceſſiones, qualiter puniantur.*
40 *Litaniæ non poſſunt fieri à laicis ſolis, ſine clericis, & orationibus.*
41 *Litania inſtituta a Gregorio XIII. Pont. Max.*

SI multa diximus ſupra uiſitanda in eccleſia cathedrali ad augendam religionē chriſtianā, non eſt omittendum, quin multa addamus dicenda de officio diuino in ipſa item eccleſia, & in alia principali celebrando, ex quo extollitur ipſe
1 cultus Dei. Qui eſt, duplex. † Interior colendo Deum fide, ſpe, & charitate, mentis deuotione meditando, & exterior per obſequia extrinſeca promptiſſima voluntate præſtando, oratione per quam ad Deum aſcendimus, & adoratione ſimiliter interiori, & exteriori, de qua dictum eſt ſupra, cap. 8. nu. 2. 3. ſacrificia offerendo, laudesq. debitas tantæ maieſtati canendo, cum Pſalmis, & Hymnis, Pſalm. 149. Cantate domino canticum nouum, laus eius in eccleſia ſanctorum. Exod. cap. 5. & iterum Pſalm. 80. Sumite pſalmū, & date tympanum, Pſalterium iocundum cum cythara, & in alio 95. Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. idq. licet ab omnibus ſit faciendum, expræſſius tamen a deputatis

ad

ad diuinum cultum, & eius myſteria. Vnde ſanctè inſtitutum eſt, iure diuino officium celebrari a clericis, & iure poſitiuo ad certas horas deſtinatū. Abb. in cap. 1. nume. 2. cum ſeq. de celebr. Miſſ. certoq. loco, & tempore in eccleſia cōuenientibus. ſic enim exprimitur ille cultus interior per fidem, ſpem, & charitatem. Auguſt. in Enchyr. ad Lau

2 ren. cap. 3. Caniſi. par. 2. in prin. † Et fuit antiquus mos eccleſiæ miniſtros Dei conuenire in vnum, ad laudes ei porrigendas, ad hoc eſt enim chorus inſtitutus ad pſallēdum cum Hymnis, & canticis, ut Dei nomen reuerenter, pariterq. deuote laudetur. ſeſſ. 24. Concil. Triden. de reform. gen. cap. 12. §. omnes vero, dictus quaſi conſenſio cātantium, vel in ſacris multitudo collecta alternatim reſpondentes clerici in duplici choro cōſtituti iuxta ordinem Beati Ignatij (qui poſt Petrum fuit tertius epiſcopus Antiochenſis) denotantes Angelos, & ſpiritus iuſtorum laudantium Deum quaſi reciproca uoluntate Gul. in ration. lib. 1. cap. 1. nu. 18. ſic legitur de antiquis patribus Paulo, primo Eremi. & mirabili illo Antonio, quibus colloquētibus multa de regno Dei, coruus integrum panem attulit, cum primo, Paulo dimidiatum; qui ſumpto cibo cum gratiarum actione, vbi tantiſper recreati ſunt, iterum gratiis de more Deo datis noctem in diuinis laudibus conſumpſerunt: de choro etiam not. legiſtæ, in l. ſi chorū. ff. de leg. 3. licet varie poſſit accipi. declarat gloſ. in l. cum eiuſdem. ff. de edil. edict. & Ouid. lib. 3. Metamorph. dum Delphinorum piſcium naturam deſcribit.

Inſt̃ chori ludunt ſpeciem.

3 Cum vero † ipſi clerici ſunt in choro celebrantes, laici non debent in ſimul ſtare cap. ſacerdotum, de conſecr. diſ. 2. cap. 1. de uit. & honeſt. cleri. Floren. in 3. titu. 12. cap. 3. in princ. & cap. 7. §. 3. adducit mirabile exemplum Beati Ambroſij Archiepiſcopi Mediolanenſis (ex quo admodum illuſtris eſt effecta inter alias Italiæ vrbes ipſa ciuitas Mediolanenſis: ſicut iterū hodie exultat de ſanctitate, & vigilantia, atque ſapientia alterius ipſius Archiepiſcopi, ampliſſimi. S. R. E. Cardi. Caroli Borromei,) qui a choro clericorum iuſſit recedere Theodoſium Imperatorem, & inter laicos ſedere, quod præceptum humiliter, & reuerēter adimpleuit Pius Imperator, vt multi exinde dixerint quid maius? an zelus Ambroſii? an obedientia Imperatoris? vtrumq. admiramur, & laudamus? debent ergo laici recedere, nec turbare diuinum officium, quod ſi turbauerint grauiſſime puniantur per excommunicationem, & etiam iure ciuili. C. de epiſco. & cleri. l.

4 ſi quis in hoc genus, infra. nu. 39. † Si qui forſan abuſus (quod abſit) in choro ſint orti, omnino tollantur ab epiſcopo, vt diſſolutiones, mutationes locorum, riſus, cantilenæ, aliaq. dehoneſtantia ipſum officium. ſeſſ. 22. Conc. Trid. de obſeru. & euit. in celeb. Miſſ. §. ab eccleſiis. eſt enim abuſus, ideſt malus uſus, quaſi contra naturam. l. 1. §. ſciendum. ff. de edil. edict. Abb. in c. ex litteris num. 2. de conuerſ. in fid. & pernirioſus abuſus. de celeb. Miſſ. cap. pernirioſus, vana, & ꝓphana colloquia, deambulationes, ſtrepitus, clamores, ſecularesq. actiones, choreæ item omnino alienæ a clericis, eod. cap. 12. ludi, tripudia tollantur, de conſecr. diſt. 3. cap. in re-

in teligioſa.Dom.Paui.in hoc tract. q. 7.nu.8. nihil cōmune cum ipſis prohibitis,ne quod in ſecularibus actionibus plerumq. prohibetur, in eccleſia Dei admittant.arg cap.2.in fine.de cu
5 ſtod.euchar. † Sed ſtare debent clerici in choro cum ſuper pelliciis, & canere quando eis competit, non muteſcere, ſicut canes muti non valentes latrare. Iſai.c. 56 cap. ſit rector. in princ. 43. diſt.honeſtatem præferant corde,& geſtis,quia oculus impudicus nuntius eſt cordis impudici.c.nec ſolo. 32. quæſt. 5.unuſquiſq. in loco decenti. minores deferant ſuperioribus:ipſi officio inētenti, non deferanr cultum diuinum ante finem, neq. tardi ueniant ad officium, pileos in choro non deferant, præ manibus non chirotechas, ſeu pelles odoriferas,aut ſeruiant, vt Deum laudantes,aut non accedant:pręſtat enim non facere, quàm male facere.l.1. ff.ſi quis in ius uoc.non ier. per glo.in l.mora.ff. ſolut.matri. & dixit alia gloſſa. in. c. ſi Paulus.in fine.ead.32.quæſt. 5. ꝙ melius eſt non incipere,quàm ab incæpto deſiſtere, deſiſtitur enim ab officio,cū ordo debitus,ipſeq. modus ſtandi, ſeu etiam geſtus profanatur. deſcendendo ab altitudine cultus diuini,ad circuitū profanum.ead.gl.in verb.opprobria ip
6 ſo cap. ſi paulus. † Quod vt euitetur, deputandus eſt magiſter chori, qui ſit ſufficiens ad id munus explendum: & cui cæteri obediant, qui vbi magnus eſt clerus, poteſt inſtituere duos ex nouitijs iunioribus, qui intonent dicenda, ſignumq. alijs dent, ex quibus poteſt omnium ad eccleſias creſcere deuotio, & cantus ordinetur iuxta officiū, & Miſſa, ſi duplex ſit, vel ſemiduplex aut de feria, ut omnes concordes ſe inuicem habeāt. clerici minores ſuo funguntur officio, & ordinatim, vt ſciant quales poſtea conueniat ſe eſſe: & vbi non ſunt procuret epiſcopus, ut in eccleſiis cathedralibus, collegiatis,parochialibus, ipſorum quatuor minorum ordinum functiones reſtituantur, nec per alios, niſi per conſtitutos in dictis ordinibus exerceantur.ex decreto eiuſ. Conc.Trid.ſeſ.2 ..de ſacram.ordin.c.
7 17.† Inſtruat etiam ſacerdotes circa Miſſas dicendas, quomodo, & qualiter,& quæ canenda ſunt,prædoceant & cum quibus cæremonijs vt optime aduertat conrad. denuntietq. eis, quale ſit officium celebrandum,quę antiphonæ,pſalmi,verſus,lectiones, reſponſoria,item quando ſedendum, ſtandum, genuflectendum, qui dicturi ſunt epiſtolam,euangelium inſtruantur primū in ſacriſtia, & ꝙ incedant omni deuotione ad altare, vultu dimiſſo, ubi ſi reſidet ſanctiſſimum ſacramentum Euchariſtiæ,profunde genuflectant,ſi adeſt tantum crux,cum debita reuerentia capite inclinato; faciat in ſuper tabellam in ſacriſtia deſcribens per ſingulos menſes, vel per ſingulas ebdomadas,Miſſas,anniuerſaria, officia ſingulis diebus, & horis dicenda ab ipſis præsbiteris,& alijs,quo tempore,quove ordine, quod ſimiliter ab omnibus obſeruari procuret hęc ex ſynodo prouint. Mediol.2.par.de offic.mag.chor.
8 † Fuit autem genuflexio omni tempore magnum ſignum humilitatis.ſic Plinius elephantis naturam commendās. lib.8.de nat. hiſtor. c.1. in fine. ſcribit Gul.in ration.lib.5.cap.2.nu.45.de genuflexione in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.lib.6.cap.7.nu.28. coram quo proſtrari debemus genu cordis, et corpo-

corporis,de immuni.eccl.cap.decet do-
mum Dei. in bulla Pij Quinti Pont.
Max.inci.cũ primũ de prohib.blaſphe.
& al. §. Vt igitur ann. 1566.primo ſui
Pont.cum humilitas ſit virtus quędam
qua homo veriſſima cognitione ſibi ui
leſcit & gl. fi.in.c. 1. de relig. domi. in
clem. ponit gradus ipſius humilitatis
ibiq. affert dictum Diaboli ad Macha-
rium hæremitam. ieiunas interdum,et
ego nullo vmquàm cibo,reficior,tu ſæ-
pe vigilas,me numquam ſopor oppreſ-
ſit. humilitas tua ſola me vincit: ipſa
eſt,quæ aperit regnum cęlorum, & re-
ſecat myſteria ſcripturarũ quæ p actus
exteriores denotatur,& quàm maxime
9 genuflexione.† Sed tamen variatur ſe-
cũdum qualitates perſonarum,in quo,
& populus eſt docendus. Deo namq.
Domino animę, & corporis vtroq. ge-
nuflectitur. ad Epheſ.cap. 3. flecto ge-
nua mea ad patrem domini noſtri Ieſu
Chriſti. Prælatis eccleſiarum genu dex
tero, tamquam ſupra animas poſitis,
Dominis vero temporalibus.genu tan-
tum ſiniſtro, vt ſuper corpora poteſta-
tem habentibus.Matth.cap. 10. Beatus
Vincent.ordin. prædic.in vigil.Aſcenſ.
quod oſtendit dominus apud Luc.cap.
12.ne terreamini ab his, qui occidunt
corpus, & poſt hęc non habẽt amplius
quid faciant,oſtendã autem vobis, quẽ
timeatis,timete eum,qui poſtquam oc
ciderit,habet poteſtatẽ mittere in gehẽ
10 nam, ita dico vobis hunc timete etc.†
Oratio autem fit genibus flexis,ſic no-
ſtram miſeriam cognoſcamus, & hu-
militatem confiteamur: Chriſtus do-
minus noſter traddens nobis exemplũ
Matth.cap.26. Luc.cap.22. poſitis ge-
nibus orabat dicẽs. pater ſi vis tráſfer
calicem iſtum a me. & factus in ago-
nia prolixius orabat, & progreſſus pu-
ſillum procidit in faciem ſuam orans,
& dicens,&c.quod eſt plus, quàm ge-
nuflectere,& Luc.cap.6.& erat pernot-
tans in oratione Dei.non tamen pręces
fiunt ſemper in eccleſia genibus fle-
xis, cum aliquibus diebus erecti ſtare
doceamur.diebus Dominicis, Paſcha-
lis,Penthecoſtes,natiuitatis Domini,et
alijs.tex. not.in cap. 2.de fer.& diffuſe
de omnibus videri põt Didac. Couar.
11 lib.4.variar.reſolut.c.19.nu.7.† Conſi
ſtit autem officiũ diuinium in ſeptẽ ho
ris,quas canonicas dicimus. pſal. 118.
ſepties in die laudẽ tibi dixi.correſpon
dentibus ipſis horis ſingulis myſteriis
paſſionis Chriſti.Gul.in ration.lib.1.c.
1.& dicuntur horæ canonicæ certa of-
ficia diuina certis horis ab eccleſia inſti
tuta,nocturnas, & diurnas horas dicit
ſummus Pontifex.in extrauag.cum nõ
nullæ.de præb.& dignit.& alibi officiũ
nocturnum,pariter, & diurnum.in ca.
dolentes de celeb.Miſs.§.hæ igitur.qui
eſt not. in materia, & grauibus vtitur
verbis,vel dicũtur horę canonicę, quę-
dam ſatisfactio obligationis contractæ
propter ordinem,beneficium, officiũ-
ve ſuſceptum, cui talę imminet Onus.
Alber.de Fer.de hor.canon.nu.12. neç
nouum inuentum, ſed etiam in veteri
teſtamento id obſeruatũ legimus apud
Cypri.dum tract. de expoſit. oration.
domi. & bonus tex. in cap. presbyter.
91.diſt.plenius Mart. Na. in ſuo tract.
de orat.& hor.canon.ſuper. cap. quan-
do autem ſtamus.de conſ.diſt.1.vbi ele
ganti ordine per. 22.cap. omnia diſſe-
12 rit.nam beneficium datur propter offi
cium.cap.fi.de reſcr.lib.6. quod ſi non
dicatur,non tribuit gaudium capienti.
cap. obertus de orto. §. in primis, de

mil.

mil.uaſs. qui cont. eſt qui habet aures audiendi audiat dicit glo. in c.præced.
12 eod.tit.† In eccleſia celebrandum ſi in ea ſunt clerici intitulati, (ut in omni ca thedrali,& principali eſſe debent) quia eccleſiæ ad hoc ſunt inuentę de cōſecr. diſt.1.per tot.Petrus,& Ioannes ad horam orationis nonam aſcendebant in templum Act.Apoſt.c.3.& ſecundum morem ipſius eccleſiæ debitis horis facto ſigno per campanā, Eccleſia enim proprie eſt dicta domus Dei,& orationis.ead.ſeſs.22.Conc.Trid.de obſer.& euit.in celeb.Miſ.§.ab eccleſiis, quãuis propter in cōmoditatem,ſeu etiam diſtantiam permittatur in aliqua eccleſia horas ſtatim poſt Matutinū dici uſq. ad nonam incluſiue. quod in eccleſijs regularibus, vel vbi ipſi presbyteri vitam ducūt,& habitationem,nō permittitur. quia poſſunt commode vnicuiq.
13 horæ reſpondere, & ſeruire. † Qui dū officium celebrant,prouidendū eſt, ne exeant chorum,ne diſcurrāt fabulātes, ſilentium fugientes, intendāt exterius colloquutionibus laicorum,dumq. auditum ad indebitos ſermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad diuina. eod. cap. dolentes,ſed intenti ſint ipſi officio,in doctrinis,& conſilijs fructuoſi,curæ animarum ſi ineſt,& diuino officio peruigiles, benedictiones faciendas, cæremoniaſq. cum honeſtate tractent,vt per ea declarēt, ſe mente, ac deuoto cordis affectu, non ſolum corpore adeſſe.iuxta dicta ead.ſeſs.22. de refor.cap.1.§.neminem,ſemper cū decenti veſtitu. ex alio decreto eiuſd. Conc.ſeſs.24. de refor.gen.cap.12.§. veſtitu.ſicque conuerſatione,ſermone, & ſcientia in eccleſia luceant: ſeſs.14. de reform.c.1.Nicol.Plou. caut.1.ton-ſuram,& coronam debitam geſtando. clem.2.de uit.& hon. cler.Marti. Nau. in Man.c.25.nu.111.fol.430.quæ deſignat in presbyteris, & aliis de poſitione omnium temporalium,ex Inſtitutione Rom. eccleſ. tempore Beati Petri.24.diſt.cap.prohibitæ.13. quæſt.1.
14 cap. duo ſunt. † Ipſumq. officium recitent voce graui,& honeſta, non procurantes modum placendi laicis,propter modulationem,& ſuauitatem, nec Breuiarium in manibus,cor, & oculos ad ſecularia, ac ſi in echſtaſim ſint poſiti, & quę dicenda ſunt in medio eccleſiæ, non ſupra chorum,tamquam dedignātes de gradu deſcendere, nec aliorum voces occupent? Sed omnes ſuo gradu incipiāt,& ſequantur,etiam, ꝙ ipſi digniores ſe cognoſcant, ſi non perſonas, officia tamen in eis conſiderantes,caput inclinet, quoties nomen domini noſtri Ieſu Chriſti refertur,in cuius nomine omne genuflectatur, cæleſtium, terreſtium,& infernorum.ad Phil. c.2. & eod.§. vt igitur in bulla prædicti Pij Quinti. & idē aduerſus Gloria patri, ad ſymbolum in illis verbis.Et incarnatus eſt.ad euang. Ioan. cap.1. Et verbū caro factum eſt,& ad aliud,& Procedētes adorauerunt eum.Matth.c.2.etiam in his tribus genuflectendo.ad Benedictus,ad Magnificat.Nunc dimittis, & ſic dereliquis iuxta ritum ſanctæ Eccleſiæ.dum euangelium legitur,nōn ſedētes, ſed ſtantes venerabiliter curui, in conſpectu euangelij, vt Dominica verba intente audiant,& fideliter adorent. c.Apoſtolica authoritate, de conſ. diſt.
15 1. † officium non aliud dicatur in eccleſia ab ipſis presbyteris, & clericis, quam ſecundum morem Rom. eccleſiæ:& licet epiſcopus quilibet, & eccle-

ſiæ

ſia poſuiſſet ſibi particulare inſtituere officium, vt dicit Ioan.de Lign.de hor. canon.nu.3.quod cæteri ſequi teneban tur, & eo ceſſante iuxta ritum Metropolitanę eccleſię,& epiſcopalis 12.diſt. c.de his:ex quo proceſſit, vt in eccleſia Dei,varie, & diuerſimode laudes canerentur,& officium celebraretur, quodadmodum egre ferebat magnus ille Pō tifex Paulus quartus,vti Pius Quintus eius imitator in bulla de celebra.nou. offic. teſtatur (de quo erat not. Conc. Tolet. 4. cap. in hæc verba.Placuit, vt vnus ordo orandi,atque pſallendi a no bis per omnē Hyſpaniam, atq. Galitiā conſeruetur. vnus modus in Miſſarum ſollemnitatibus, vnus in veſpertinis of ficijs: nec diuerſa ſit vltra in nobis eccleſiaſtica conſuetudo, quia in vna fide continemur, & regno.) tamen vt ſancti Patres verbum habuerunt in Conc. Trident.ex nouo officio edito,eiuſdem decreto, & iuſſu dicti Pij Quinti, non niſi ipſum nouum officium celebrare debent, præter aliquod particulare alicuius eccleſiæ ſupra ducentum annos inſtitutum, ſi id mutare noluerint.§. ijs exceptis. Abolito in totum officio trium lectionum compilato per Fran. Quig. tit.ſant.Cruc. in Hieruſal. pres-
16 by. Cardi. † Omnes igitur clerici beneficiati, & in ſacro ordine conſtituti de iure tenentur ad celebrandum diuinum officium cap. dolentes ſupra cit. Ioan.de Lig. de hor. can. 3. quæſt. cum propter officium detur beneficiū cap.fin. de reſcr. lib.6. ſi enim lucra ſectantur, rationis eſt, vt & id onus ferant. clem. 1. de cenſib. & per not. in cap. 1. de celebr. Miſs. & ad officium Beatæ Mariæ Virginis, ſtante maxime conſuetudine ipſius eccleſiæ,quæ non eſt abrogata per ipſam bullam in nou. Breuiar. in alijs tamen certis diebus, cum indulgentiis,ſi dicatur, iuxta tenorem præfatæ Conſtitutionis, dummodo non omittatur vbi conſuetudo fuit.§.hoc autem & Flor.3.part.tit.13.
17 cap.4. §.3. † Ipſaſque horas integras quis dicat, eo maxime,cum ſtipendiis eccleſiæ ſubſtentetur. Hoſt. in ſum. de celebra.Miſs.§.a quibus: in quo eſt notandum,quòd clericus obligatus dicere officium,vt ſupra,dicendo, etiam ꝙ ſit ratione obligationis contractæ,ad huc meretur, meritumque ei accreſcit, quia facit actum ex neceſſitate, potiuſquàm ex voluntate. argumen.l. cum poſtulaſſem in fine. ff. de damn. infec. gloſs. not. & obliuioni non danda allegat tres rationes in clementi. 1. in uerb.ſe ipſum de reliq. & uene. ſan. adducens dictum Auguſtini.

Felix neceſſitas,quæ ad meliora compellit.

Et gloſs. allegat Abb. in cap. 1.nu. 3.verſ. quid autem, de ſum. Trini. in cap.cum quidam ubi omnino Fely. de
18 iur. iur. † Et ad celebrationem officij tenetur etiam clericus excommunicatus (licet priuatim non publice,) ſuſpenſus, aut interdictus, nec poteſt omittere, alias nouum incurreret peccatum, cum ſit de præcepto, & omittens, peccat mortaliter.4.diſt. cap.denique. Ioan.de Lig.de hor.can. quæſt. 6. & 7. gloſs. in cap. illud de cleri. excom. min. cap. presbyter. 28.diſt. eſtque omnium communis opinio. Ioan. Briaert. in quodlib. quæſti. 4. propoſ. 5. poſt,qq. quod l. Adrian.Sexti Pont. etiam quòd ſit priuatus beneficijs, & exiſtat in ordine ſacro. Couaru.in cap. alma,mater,prima part. §.3. nume. 7.

verſ.

verſ.ſic et excommunicatus.&.§.5. nu. 2.de ſent.excom.lib.6.inſuper ꝙ fuerit iniuſte excommunicatus,idem not.lib. 3.uar.reſolut.cap.13.nu.8.verſ. 12. cir-
19 ca medium,& ſequuntur doct. † Item celebrando quis officium poteſt pe cca re multis,modis, non recitando horis debitis, niſi ex neceſſitate,aut iuſtis de cauſis.cap.presbyter.91.diſt.male recitando,partem omittendo,ſyllabas contractando,ordinem præpoſterando.horam ante horam debitam, verſus mutando,& quæ ſtando debent dici,ſedẽdo,aut non genibus flexis,cum pręcipitur ſanctum particularem quærendo, pro omittendo officium de feria. multa Aluar. Pelag.de planct.eccl. lib.2.ca. 27.Mart. Nauar.in Man. c.25.nu.96. cum plur.ſeq. & nu. 118. & omittens ſemper peccatum mortale vel ſi vnam horam,aut duas, duo peccata, & ſi ex obliuione reliquiſſe horã, vel pſalmũ, ſi bene recordetur, tenetur ſupplere, nec laudatur aliquorum dictum, vt omittenti officium,vel vnum, at duo, adiungantur ſolum pænitentia de illis repetendis, quod non obſeruatur,ſed in aliud pium opus commutandum, ſecundum qualitatem pænitentis, & eſt ſatis rationabile.ex Florent, eod.ca.
20 4.§.5.& 6. & per alia quæ dicemus. † Epiſcopus igitur viſitans habet inquirere,ſi eccleſiaſtici ipſi contineant celebrationẽ ipſius officij, ſi in choro qui tenentur,hora conuenienti, nocturnũ melius de mane, quàm de ſero,aliaſq. horas debito tempore iuxta eundem tex.cap.dolentes.& cap.1. & cap. Eleutherius.91. diſt. ſicq. de aliis in ſacris conſtitutis, & in omnibus beneficiatis alias punctũ horę ammittat deficiens, & quandoq. totius diſtributionis contigentis, nec excuſatur ille presbyter, qui omnes pænitentiarios vrbis faſtidiuit, petendo ſe declarari excuſatum a celebratione officij, ex capitis dolore, cum iam viſum fuerit, ꝙ intermediate modo vnam horam dicere poterat,modo aliam, ſicuti ex alijs factis apparebat,& licet Pius Quintus Pont.Max.rẽ liquerit ſuæ conſcientiæ, quia non acquieuit,apparuit multum peccare. (uide quæ dicit Mart. Nau. de hor. cano.
21 c.11. & infra. nu.25.) † Vbi vero aliquem clericum beneficiatum deſidem inuenerit omittentem officium,procedat contra ipſum ad pœnas impoſitas in Conc.Later.ſub Leone X.ſeſſ.9. tit. de reform. Cur. §. ſtatuimus quoque & ordinamus, ut quilibet habens beneficium cũ cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento benefic io, diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus nõ faciat, pro rata obmiſſionis recitationis officij,& temporis,ſed eos tamquam iniuſte perceptos in fabricas huiuſmodi beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Si vero vltra dictum tempus, in ſimili negligentia cõtumaciter permanſerit,legitima monitione præcedẽte, beneficio ipſo priuetur, cum propter officium detur beneficium.Intelligatur autem officium omittere quoad hoc,vt beneficio priuari poſſit, qui per quindecim dies illud bis ſaltem non dixerit memini remiſſiue in famil.ſingul.in l.c.num.107. quia abutitur gratia ſibi conceſſa quia officium cauſa beneficij ſibi dati, non dicit, ergo perdit beneficium, quod tunc ei euadit maleficium, propter peccatum mortale, ꝙ incurritur, non celebrando etiam, ꝙ

ignorat,

ignorat, duplici grauatur onere, quia ſi non idoneus abſtinere debebat. cap. non eſt putanda, in fine 1.q͡o.1. Mart. Nau. in hoc trac. eod. c. 11. n. 20. ponẽs verſum Oratij poetæ de ſcribẽtibus ad quæ natura ipſorũ admodum diuerſa.

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis æquam.

Viribus, &c.

Peccat tamen eo magis non adhibẽ-
22 do diligentiã. † Sed quia dubitari poterat, de ea conſtitutione, vel in declaratione temporis ad remouendum dubium, procedat ſimiliter contra omittentes, ſecundum nouiſſimam conſtitutionem Pij V. Põt. Max incip. in prox. Later. 1571. pontif. ſui an. vj. quam verbatim refert idem Mart. Nauar. in Man. cap. 25. nu. 122. fol. 458. ſuper rata omiſſionis officij, & temporis, ſecundum quam ratam epiſcopus faciat erogari fructus in fabricam eccleſiarũ, vel in eleemoſynas pauperũ, quod adeo verum eſt, vt ad reſtitutionem omittẽs teneatur, nec facit fructus ſuos, pro quibus diebus omiſerit, vt neceſse ſit indulgentiam a ſede Apoſtolica habere, prout ſcimus, & vidimus practicari proximis annis, & cum in practica viſitandi diſcutiatur, pro maiori commoditate ipſam legem hic inſeri curauimus, cuius tenor eſt.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex proximo Lateranenſi Concilio pia, & ſalubris ſanctio emanauit, vt quicũq; habens beneficium eccleſiaſticum, cũ cura, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes, q̃ illud obtinuerit, diuinum officium legitimo ceſsante impedimento non dixerit, beneficiorũ ſuorum fructus pro rata omiſſionis officij, & tẽporis ſuos non faciat, ſed eos tamq̃ iniuſte perceptos, in fabricas ipſorum beneficiorũ, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Verumtamen multorũ animi ſuſpenſione tenentur, cuiuſmodi ratæ prędictæ ratio ſit habenda. Nos huic rei, euidentius, atq; exprẽſſius prouidere volentes. Statuimus, vt qui horas oẽs canonicas vno, vel pluribus diebus intermiſerit, oẽs beneficij, ſeu beneficiorum ſuorũ fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur. Qui vero Matutinum tãtum dimidiã, qui cęteras omnes horas aliã dimidiam: qui harum ſingulas. ſextã partem fructuum eiuſdem diei ammittat. Tametſi aliquis choro addictus nõ recitans, omnibus horis canonicis cũ aliis pręſens adſit, fructusq. & diſtributiones forte aliter aſſignatas ſola præſentia iuxta ſtatuta, cõſuetudinem fundationẽ vel alias ſibi lucri feciſse prętẽdat. Is ẽt præter fructuum, & diſtributionum ammiſſionẽ. Item ille, qui primis ſex menſibus officium nõ dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat admiſiſſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacũque alia beneficia, etiã nullum omnino ſeruitium habentia obtinẽtes, cum prædictis pariter contineri. At quicũq. penſionem, fructus, aut alias res eccleſiaſticas, vt clericus percipit, eũ modo prædicto ad dicendum officium paruũ B. Mariæ Virginis decernimus obligatum, & penſionũ, fructuum, rerũq. ipſarum ammiſſioni obnoxium, nulli
23 ergo, &c. † Per quam legẽ determinatur quæſtio, de qua erat dubiũ ꝙ obtinentes præſtimonia, ſeu partes præſtimoniales, & oĩa quæcumq. alia bene-

ficia,

ficia, etiã quolibet ſeruitio carentia, teneantur recitare dictum officium, nã que compręhẽduntur ſub eodem pręcepto. §. declarantes, quod eſt contra iſtos habentes beneficia ruralia, ſine aliqua eccleſia, & titulo, ſeu terras prædiales dictas, vt tenent multi Neapolitani in pluribus locis de quibus infra lib. 2. cap. 7. nu. 6. & quòd præſtimonia de iure ſint beneficia ſecularia. tenet Petrus. Rebuff. in pract. benef. tit. ſecul. ben. nu. 16. fol. 7. & in Conc. Trid. ſeſs. 14. de reform. cap. 9. & prius ſeſs. 5. de reform. cap. 1. §. de cætero. in cap. fin. in princ. de conceſs. præb. lib. 6. & beneficia eccleſiaſtica, & perpetua dicit. do. Paui. in ſua glo. in extrauag. Ioann. 22. ſuſcepti, de elect. adducit Oldr. conſ. 114. incip. in eccleſia Gallagoritana. & id Pius confirmauit eod. §. declarã-
24 tes. † Et hoc dicimus de penſionario, qui licet alteri renuntiauerit beneficiũ quo obligabatur ad celebrationem huius officij, tenetur tamen ad officium paruum, & horas B. Mariæ Virg. ſub eiſdem pœnis ammiſſionis, fructuũ & penſionis, vt in §. at quicumq. ead. lege continetur. & iuxta quam conſtitutionem epiſcopus habet determinare, & multa declarari poſſunt ad eius intelligentiam per eundem Mar. Nauar. ipſo cap. 25. vſq. ad num. 124. (& vtilis fuit diſpoſitio particularis, quia de rigore iuris, ex quo participabat de eccleſia, & forſan penſio abſorbebat fructus integros, ꝙ teneretur ad ipſum
25 officium. Vnde ceſſat ſcrupulũ.) † Infirmus tñ excuſatur à dicendo officium doct. in cap. 1. de celebra. Miſſ. quando tamen infirmitas eſt talis, quòd dicendo cauſaret damnum, aggrauaretque morbum, quia tunc in nullo tenetur, nec audire ſi nocet, nec conualeſcens recuperare. 91. diſt. cap. clericus Aluar. Pelag. lib. 2. cap. 20. col. 10. circa med Nicol. Plou. de hor. cano. qõ. 4. vbi de multis alijs. Nauar. eod. cap. 11. eiuſd. tract. de hor. cano. Viguer. de vitt. iuſt. §. 5. verſ. 4. pone. nu. 21. ex quo non excuſatur alius nobilis, qui poterat dicere interpellatim, quamuis ſimul vno tempore non, cum infirmitas dabat ſpacium, nec cum alio recitando cauſabat damnum tantũ. & ſi vno die plus, duobus tamen minus. Nauar. eod. cap. 25. nu. 110. & cap. 11. alleg. & de alio ſimili dicto, vide
26 ſupra eod. cap. num. 20. † Et hocde infirmo eſt ampliandum, quòd licet diſtributiones quotidianę non niſi intereſſentibus ſint dandæ, per ea, quæ late diximus ſupra cap. 15. num. 25. dantur tamen infirmo, quando vera exiſtit cauſa infirmitatis, etiam ob culpam prouenientis, ſecundum unã ſubtilem quæſtionem receptã per domi. Couarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 13. numer. 8. & cum in facto eſſet quæſtio fuerũt multa allegata, ſed non fuit determinatum ob inſtantiam aliorum, cui dubio eram contrarius, quia dederat ille cauſam delicto, & peccato, per quod infirmitas prouenerat. licet Couar. non declaraſſet, nec ex maleficio debebat portare commodum & male meritus debebat publica egeſtate laborare. l. bona fides. ff. de poſ. alias eſſet iniuriam naſci, vnde iura oriuntur l. meminerint. C. vnde vi. cap. qualiter, & quando in princ. de accuſ. & indecens eſt crimen ſuum, commodis alienis impendere. cap. fin. 46. diſt. & hoc de rigore iuris, aliud de æquitate, ne afflicto adderemus maiorem

affli-

affli&ctionem l. diuus.ff. de offic. præſid. l tam de[?]mentis.C.de epiſcop.aud.
27 † Cum ipſo item officio in eccleſia cathedrali dicendo computamus Miſſam mortuorum dicendam qualibet feria 2. non impedita feſto nouem lectionum, extra tamen tempus paſchale, & aliam quolibet primo die cuiuſlibet menſis pro ſacerdotibus defunctis, iuxta rubric. noui Miſſ. cum ſuo offic. mort. ex alia ſimili rubri. noui Breuiarij. Nicol. Plou. 2. part. quæſt. 7. quod epiſcopi in viſitatione, & extra ſub graui præcepto obſeruari curabunt, cum ſacerdotes iam obliti defecerint, & ne commemoratio defunctorum omittatur maxime eorum, qui pro ſuarum animarum ſalute legata pia reliquerunt. ſeſſione 25. Concil. Trident. de reform. gener. cap. 4. †
28 Miſſæ namque ſacrificium recte, & rite non ſolum pro uiuis, ſed etiam offertur pro defunctis in Chriſto, nondum ad plene probatis. ſeſſio. 21. eiuſdem Conc. de ſacrific. Miſſ. cap. 2. & canon 3. Si quis dixerit Miſſas non debere offerri pro viuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, alijs neceſſitatibus anathemaſit. cum ſit potiſſimum ſuffragium pro animabus detentis in Purgatorio. eadem ſeſſio. 25. de purgat. in princip. & infra alio loco dicemus, quia ſuffragia eccleſiæ ſunt cauſa meritoria purgationis eorum, qui ſunt in purgatorio, Franc. de May. de ſuffrag. Couar. in repetit. cap. alma mater. 1. part. §.5. & §.4 de ſentent. excommun. lib. 6. Petrus de So[?] de ſuffrag. defunct. lect. 3. duobus modis ſecundum Dom. Petrum, & per uiam gratiæ, & per viam iuſtitię, per uiam gratiæ, per interceſſionem publicam capitis, quæ in collatione ſacramenti altaris eſt: & per interceſſionem priuatam membrorum, ſcilicet per orationes iuſtorum: ſic, & dupliciter per viam iuſtitiæ, per modum redemptionis pęnę, per largitionem eleemoſynarũ Tob. 4.c. Luc. c. 14.& per modũ ſolutionis pęnę i afflictione
29 ieiuniorum. † Etiam pro paruulis baptizatis decendentibus mundatis a peccato originali licet non habeant aliquid culpæ, ex quo per lauacrum ſancti baptiſmi mundati ſunt, ſed celebratur Miſſa ad recommendandum redemptionis myſterium, ſicuti nor. Archid. in cap. pro obeuntibus. 13. quæſt. 2. vt oſtendatur ipſos paruulos ad vnitatem corporis myſtici pertinere, quod eſt notandum pro ſubtilibus (non tamen celebratur eodem modo pro ipſis, ac pro aliis, applicando in ſecundo memento valorem Miſſę eorum animabus Nauar. de horis can. cap. 19. num. 65. vel cum ſolitis reſponſorij & ſolita Miſſa, vnde ad remouendum errorem, qui poſſit ori ri poſuit idem Nauarr. eod. tract.cap. 21.num. 24.cum ſeq. officium dicendum in obitu peruulorum poſt baptiſ-
30 mum ſuſceptum decedentium.) † Et pro vltima hora dicimus Completorium quod omittendum non eſt, debetque celebrari in eccleſia hora debita, vel ſaltem poſt veſperas. vbi clerici ſint manſionati. Dictum completoriũ, quia in eo completur communis vſus loquutionis, cibi, & potus, ſignificans finem præſentis vitæ Gul.in ration. lib. 5.cap. 10. vbi qua ratione hæc hora inſtituta, qualiter ordinata, quid ſignificet, cum precibus, ſymbolo, & aliis, cum hymno. Te lucis ante ter-

minū quo Deum poſcimus, noctem fore ſaluam ab omnibus malis, ipſoq. docemur omni hora præces ad Deum eſſe porrigendas, ſicuti ante lucem in hymno. Iam lucis, & in vltima, quæ eſt Completorium, & fortius propter varias illuſiones, phātaſmataq. & alia, quæ hoſtis antiquus noctis tempore immittit. Dicendumq́ue eſt præcipue omnibus diebus ſabbatorum ad honorem Glorioſæ Virginis Mariæ omniū aduocatæ, ad cuius ſummas laudes, propter maximam deuotionem, quam
31 habemus ad ipſam dicimus. † Quòd ipſa eſt inuocanda in omnibus neceſſitatibus noſtris. Bern.in Home.2.ſuper miſſus eſt, quæ ſi pie inuocetur, nō deerit neceſſitatibus noſtris. vnde aquæductui eam ipſe deuotus doctor aſſimilat, cū per ipſam ad nos omnes gratiæ profluant: Caſſa.in ſua glor.3.par. 4. conſide. quæ inter ſanctos primatū obtinet. Gul.in ration. lib.7.cap.7.nu. 1. gloſſ. in l.omnes dies, in uerb. apoſtolicæ. C. de fer.aſſumpta in cęlum in anima, & corpore. Hoſt. in c.ne initaris, de conſtit. ſed quo anno ętatis ſuę variatur, alij in 62 alij in 63.cęteri vero in 60. vt reſidet Gul. eod. lib.c. 24. num.1. plenius Berard.de Buſt. in ſuo mar. par. 11. per tot.dicit tamen Dionyſius in ſua cronica, quòd Maria virgo obijt anno 12. poſt Chriſti paſſionem, de diui. nomi. cap.3 Ioā.Dried. de eccle. ſcriptu. lib.3. cap. 4.fol. 201. qui beatus Dionyſius teſtatur mortis tempore ipſius Glorioſiſſimæ Virginis interfuiſſe cum Timotheo, vbi etiam præſentes fuerunt omnes Apoſtoli miniſtrantes, licet diſperſi eſſent, virtute tamē Spiritus ſācti vniti (excepto Thoma, qui venit tertio die, & non caret myſterio) vt optime ſcribit Ioann.Damaſcen. in ſerm. de Aſſumptio. Beat. Mar. & quinta die talis feſtiuitatis celebramus: quantæ autem ſanctitatis dūm viueret fuerit, teſtis eſt ipſe deuotus Dionyſius, qui inſtructus de fide a Paulo Apoſtolo (ſupra cap. 16. nume. 4.) cupiens videre glorioſam Virginem in terris, habētem Chriſtum filium triumphantem in cœlis, eam videns admiratus dixit. Si de tui filij Diuinitate, non fuiſſet mihi a Paulo Apoſtolo prædicatum, faciliter te crederē eſſe Deum, quam merito omnes Reges, & Principes reuerenter adorant, & ad honorem cuius. Ludouicus XI. Rex Franciæ ob maximam deuotionē introduxit hora meridiana pulſari cāpanam, qua populus genuflexo ſalutationem Angelicam ipſi Mariæ deuote exhiberet. vt refert Guag. & Carol. de Carcaſ. lib.1. Regal. Franc. III. Iure, fol. 46. quod hodie vbiq́ue ſeruatur, o vere Glorioſa Virgo, quæ non tantum laudari potes, quantum debes, monſtra te eſſe matrem, ſumat per te præces, qui pro nobis natus tulit eſse tuus, quæ fuiſti dignior, & excellentior omnibus Apoſtolis, de pœnit. & remiſs. cap. noua. extende alas miſericordiæ tuæ ſuper me deuotiſſimum famulum tuum epiſcopū: propitiare ſupplex oro Regina cœlorum dirige ſemitas meas, & totius Populi Rauellenſis, (nunc etiam Sarnenſis) commiſsi, in viam ſalutis, & in vltimo exitu duc animam meam, omniumq. mihi commiſsorum ad ſuum verum redemptorem vnigenitum filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui cum patre, & Spiritu ſancto ſit benedictus in ſecula ſeculorum,

& ſic

& ſic per te gratiæ ſuæ munera accipia-
32 mus. Amen.† Sint etiam intenti ipſi,
& epiſcopus prouideat circa officium
benedictionis ramorum palmarum, &
candelarũ in die purificationis ipſius
Virginis, ꝙ fiat proceſſio ſollemnis cũ
candelis ardentibus, & rationem aſſi-
gnat Gul. lib. 7. cap. 7. quia notatur in
ipſa candela ardenti, Chriſti charitas,
& amor, ex tribus Primo ratione com
poſitionis, ꝙ candela ardens conſiſtat
ex igne, cera, & papiru. per ignem Chri
ſti deitas, quia Deus noſter ignis cõſu-
mens, in cæra caro Chriſti puriſſima
quia ſine corruptione ex intemerata
Virgine eſt conſumpta, in papiru alba,
anima Chriſti, quę intus latet. Secũdo
rõne communicationis, quia ſe ipſum
conſumpſit in noſtrum lumen. Tertio
rõne indeficientis participationis, quia
lucet bonis, & malis. Matth. 4. c. expò-
nunt doct. in ſermonibus eiuſd. feſti-
uit. qua die candelarum uſus expen-
dendi pro magna cæremonia ab anti-
33 quiſſimo in eccleſia Dei ſeruatur. †
Sed non ex hoc ipſi laici poſſent prætẽ-
dere iuriſdictionem, vel præſcriptionẽ
ipſa candelas ex debito ſibi dari, vt cõ-
cludit Sylu. in verbo decima. nu. 7. per
rationes, & firmabat p aliqua argumẽ-
ta dominus Carolus Montilius Archie
piſcopus Amalphitanus. nunc epiſco-
pus Viterbienſis licet Fede. de Sen. cõſ.
155. quem ſequitur Roſella contrariũ
dixerit, & nobis placet, ex antiqua vni-
uerſalis eccleſiæ cõſuetudine: nec ſunt
mutanda, quę antiquam habuerunt
interpretationem. l. minime. ff. de legib.
& ſic vbique obſeruamus, vide Fely. in
34 cap. ad Apoſtolicam. in fin. de ſimon.†
Item in ipſa officij celebratione, con-
numerantur præcipuæ, dies ieiunio-
rum, aduentus, quadrageſimæ, qua-
tuor temporum, vigiliarum, quibus
diebus officiandum eſt prolixius, &
maiori attentione, & omnes in eccleſia
conuenire, vt frequentior ſit populi
concurſus. Hoc addito, quòd quali-
bet dię dominica publicentur, & denũ-
tientur populo ipſi dies ieiuniorum, vi
giliarum, quatuor temporum, qua-
drageſimæ, aduentus, & feſtorum oc-
currentium in ſequenti ebdomada ex
decreto eiuſdem Conc. Trid. ſeſſ. 25.
tit. de del. cib. cum de aduentu ſemper
quid proponendum ſit fidelibus. &
quòd Aduentus Chriſti dicitur qua-
tuor modis. In carne, in mente, in mor
te, & ad iudicium, & quàm fuerit pri-
mus aduentus neceſſarius, cum totus
languebat orbis, vt dicit Auguſti. quòd
tunc magnus venit medicus, quando
per totum mundum, magnus iacebat
ægrotus: quatuor tempora inſtituta a
Caliſto Primo Pontifice. an. dom. 217.
ex illo Zacch. cap. 8. denuntiando du-
plex eſſe ieiunium ſpirituale abſtinere
a peccatis de conſecr. diſt. 5. c. nihil. cor
porale, abſtinere a cibis. præceptum a
Deo in Paradiſo. 35. diſ. cap. ſexto, qua-
drageſimale de iure diuino, ſed eccleſia
Spiritu Sancto edocta declarauit tem-
pus debitum. Mar. ca. 2. venient autem
dies, cum auferetur ab eis ſponſus, &
tunc ieiunabunt in illis diebus. dom.
Card. Hoſius. in lib. confeſſ. cap. 91. ubi
ex multis probat ieiunium quadrageſi
malem cæleſti maieſtate eſſe præce-
ptum, non terrena cogitatione inuen-
tum fol. 653. ſicuti peſſimus ille Ar-
rius ſentiebat, qui negabat ſe eſſe ieiu-
naturum cum eccleſia vt idem lib. 3.
confut. teſtatur. fol. 262. Couar. lib.
4. uari. reſolution. cap. 20. vbi de ieiu-

nio,naturali,diuino,eccleſiaſtico, hora prandij, cibiſq. debitis differit & dicitur ieiunium perfectum in tribus. In bonum, quando quis ieiunat in charitate ad ſatisfaciendum Deo pro peccatis. In melius, quando ieiunat in Dei honorem & proximi vtilitatem, miniſtrando pauperibus,quod ſibi per abſtinentiam ſubtrahit.In optimū,quando homo ex una parte abſtinet, & ex alia bona agere non ceſſat.Adiuuando ieiunium ſuū oratione,eleemoſyna,& ſpirituali letitia.S.Ant. in 2. tit. 6. cap.2. multa Nauar.in Man. cap. 21.nu. 11. Hęc populis denuntiari ſalutare ſem-
35 per viſum eſt. † Aduertendumque eſt etiam, ne unquam cantus laſciuus,vel impurus, inhoneſtusve miſceatur. Nā licet cantus ſit neceſſarius,vt probat.Albert.de Fer.eod.cap.1.nu.57.& laudatur ex Conc. Trid. ſeſs. 23. de reform. cap. 18.§. vt vero:is tamen debet eſſe honeſtus ſeſs.22. de obſeru. & euit. in celebr.Miſs.§.ab eccleſijs.Nau:in prædicto cap. 21. nu. 10. in fine. Synod. prouinc. Mediol.2.par.de Miſs.& can. Inde dicitur in cap.1. de vit. & hon. cler. in extrauag. docta ſanctorum patrum decreuit authoritas, vt in diuinę laudis officijs, quæ debitæ ſeruitutis obſequio exhibentur, cunctorum mēs vigilet. ſermo non interrumpet,& modeſta pſallentium grauitas placida modulatione decantet.nam in ore eorum, dulcis reſonabat ſonus: quippe omnino ſonus in ore pſallētium reſonat, cū Deum corde ſuſcipiunt,dum loquuntur verbis, in ipſis quoq. cantibus deuotionem accedunt: cum multis ad propoſitum facientibus. Vbi qui nouos,& inuſitatos miſcent cantus,diſcipuli nouellæ ſcolæ dicuntur.§. ſed non-

nullę,& ordinarijs locorum mandatur de puniendo excedentes, & quòd ſemper cantus illibata integritas remaneat
36 Flor.eod. cap. 4.§.9. † Præcipiendum item eſt,vt Miſſa concorder frequētius cum officio, nec ordinaria, ſeu ferialis de facili prætermittatur, propter aliā ex deuotione de celebr. Miſſ. cap. quidam. & cap. creatura. Abb. in cap.1. nu.8.de vit. & hon. cleri. Marti. Nau. in Man. cap. 21.1. pręcepto. Ferdin. Paez in reper.c.Miſſas.nu.15. cum ſeq. de conſecr. diſt.1. licet communis ſit opinio, ex tolerantia totius vniuerſalis eccleſiæ,ſatisfieri præcepto quamlibet audire.& cap.2.de celebr. Miſs. varijs modis interpręτatur & præſtat,quòd procedat de congruitate, licet rationabile ſit Miſſam cum officio conuenire. vide Domi.dę Soto.in 4.diſt.13.quęſ.
37 2.art.1. circa finē. † Nec omittatur prouideri circa officium anniuerſariorum, & quòd continue diebus debitis celebrētur,& ſi in diebus Dominicis,et feſtiuis occurrant, fiant diebus pręcedentibus, quia melius eſt præuenire, quàm poſt ponere. Ioan. de Selu. de benef.1.part.q.5. nu. 95. Gul.in ratio. de offic.mort.lib.7. cap. 35.nu. 16. cū ſeq. circa quæ obſecro, & obteſtor dominos meos Coepos per diuinnm iudicium,vt ſint vigiles, vt ipſa celebrentur pro fidelibus defunctis,qui relique runt, idq. diligenter, quia iam experti vidimus,& teſtamur,a multis omitti: eſt autem Anniuerſarium,qđ fit pro defuncto anno reuoluto a die mortis ſuæ gl'o.& doct.in citato cap.cum creatura.de cele.Miſs.& in eccleſia, vbi fuit ſepultus teſtator, dixit Raphael.Cum. conſ.12. ſic de ſanctis, cum anniuerſariorum eorum dies celebrantur dicit

ſtatu-

ſtatutum fuiſſe in Conc. Aphric.c.13. Ioan. Eckius. de hor. canon. fol.183. & ipſorum diſtributio tantum danda eſt præſentibus ſupra.c.15.nu.25.non obſtante quauis conſuetudine. Fran.a
38 Rip.de Arbit.reſp.1.nu.8.† Et eo fortius tenentur pro ipſis celebrandis, ſi inde habent redditus conſtitutos: non enim eſt ſimonia pro celebratione ipſorum anniuerſariorum redditus accipere, ſed licitum, immo meritorium eos conſtituere iuxta doctrinam Inno. in cap. quoniam enormis.ne præl. vic. ſuas.vbi not. vide de materia.ſicuti nõ eſt prohibitum, ſed permiſſum apponi conditiones ſpirituales, & de redditibus, quòd ſingulis annis Miſſæ celebrentur, vnde valet legatum factum a teſtatore, de annuis ducatis decem, pro Miſſis, ſeu anniuerſariis celebrandis: & quid ſi non dicantur, an debeantur ipſi redditus. idem Franc.Ripa.in l.nemo poteſt.nu.125.cum ſeq.ff.de leg.1. diſputando ad partes ſic concludit. & in.l.ex facto.ff. ad Trebb.ex quo veriſſima redditur concluſio Marc. Nauar.in Man.cap.27.nu.257.quòd de pecunia legata parocho, vel de eius lucro àd rationem quinq. pro centenario, quot annis tot Miſſæ dicantur, nihil poſſe opponi, quin legatum non teneat.per ea. quæ ibi adducit, ad quęſtionem autem ſi teſtator poſſit apponere conditionẽ in legato, ꝙ ſi Miſſę non celebrentur, poſſint hęredes ad arbitrium reuocare legatum vide Bar. in l.1.nu. 3. & nu.9. ff. de condit. indeb.Barb. conſ. 23.lib.
39 1. † Aduertat in ſuper, quòd in proceſſionibus faciendis ſolita dicantur officia, nec omittatur debitas fieri, generales inſtitutas ab eccleſia, ſiue ex neceſſitate, ſeu conſuetudine loci, ad quas omnes etiam exempti (exceptis, manentibus perpetuo inſtrictiori clauſura) venire tenentur, iuxta decretum ipſius Conc.Trid.ſeſ.25.de reform.regul.ca. 13.§.exempti autem: & ſi laici eas turbauerint, ut plerumq. viſum eſt, excommunicentur, procuretque eos puniri tamquam turbantes diuinium officium. l. ſiquis in hoc genus. & auct. ſed nouo iure. ibid. poſita. C. de epi-
40 ſcop.& cler.† Neq. ipſas proceſſiones, ſeu litanias ferat epiſcopus, ꝙ laici faciant, cum ipſę non poſſint a laicis celebrari, ſine clericis, orationibus, & cruce. Pulcher text. in alleg. auct. Sed nouo iure. in fin. vbi de pœna turbantium. iuncto tex. cap. in loco 5.quæſt. 4.vbi vide, & de ipſis multa per Gul.in ration. lib.6. cap. 102.ipſis inuentis a Gregorio Primo Pontifice. Alphonſ. Aluar. in ſuo Specul. cap. 33. fol.85. Solent enim Pontifices Romani, ſecundum varietatem, & exigentiam temporum, neceſſitateſq. exiſtentes, quibus eccleſia Dei fatigaretur, & totius Chriſtianitatis ſtatus, certas inſtituere præces, quibus continuo ad Deum miſſis humili, & contrito corde, fideles a peccatis conuerſi digni reddantur & veniam peccatorum obtinere, & chriſtianum orbem in melius regi,
41 qđ, & frequẽtius introduxerunt.† Sed his noſtris infelicibus tẽporibus, quibus eccleſia Dei a multis fatigatur propter hęreticos, vgunoctos, populorũ ſeditiones, multaq. alia imminentia, particulares litanias indixit fieri in oĩbus eccleſiis, ſecularibus, regularibus, & clauſtralibus, & ab omnibus eccleſiaſticis B. D. N. Dñs Greg. XIII. Pont. Max. Princeps eximię ſanctitatis, ſingularisq. prudẽtię, (& cui Deus ſapientiã

dedit eccleſiam ſuam optime regere) imitatus, & ipſe ſanctum Gregorium primum Pontificem ſuum prædeceſſorem (qui iuxta eius vitam, & ſcriptis, & operibus eccleſiam Dei multum illuſtrauit,) in vltimis litteris ſub data Romæ. 3.Cal. Auguſt. 1578. Pont.ſui an. 7.quas ipſi canonici vbi in eccleſia ſunt ordinati ſingulis diebus ante altare, vel poſt Miſſam vel primũ, decantare habent, cum præcibus inductis. in §. ſacra vero: in aliis vero feſtiuis cum proceſſione addita per eccleſiam.§. diebus vero. qui vero eccleſias non habent, domi recitate tenentur, uerſ. quodq. nec ceſſare epiſcopus faciat, donec aliter fuerit ordinatum, iuxta tenorem ipſarum litterarum. eod. §. ſacra lex enim ſemper loquitur. l.hodie. ff. de pœn. ſic etenim orando, & flendo peccata, Deus redditur propitiabilis cunctis, qui eum toto corde requirunt. 2. Parali. 3. cap. 11. vt per ſuam miſericordiam veniat nos conſolari, quia iam ſumus in quarta vigilia. Marc. cap.6. Aluar. Pelag. de plant. eccle. lib. 1. cap. 55. col. 3. quod cõſequimur ſi ambulauerimus in perfectione charitatis, non deuiando a recta linea mandatorum Dei. Ioan. 1. c. 2. Qui ſeruat verbum eius, in hoc charitas Dei eſt perfecta, & habendo ita cor fixum ad Deum, vt non ſolum non declinemus ab eius voluntate, ſed neque poſſimus. Domi, Sot. in 4. diſtinc. 19. quæſtio. 3.ar. 2.colum. 3. Luc. cap. 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud, &c.

DE ALTARIBVS SINE DOTE *non fundandis.*

CAP. VIGESIMVMPRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Sylueſter Papa primus inſtituit ritus conſecrandi altaria.*

2 *Martyrum reliquiæ ponuntur in conſecratione altarium.*

3 *Corpus Chriſti non debet recondi ſub altare pro reliquia.*

4 *Altare quid ſit, & quid ſignificat.*

5 *Chriſtus quomodo ſignificatur per altare.*

6 *Altare eſt duplex.*

7 *Epiſcopi an hodie habeant priuilegium altaris portatilis. ex Conc. Trid. n. 8.*

9 *Altare debet eſſe lapideum, & quare.*

10 *Altaria fundata in eccleſia debent habere dotem competentem, & quæ ſit dos competens. nu. 11.*

12 *Altare in eccleſia conſecrata non poteſt erigi ſine conſenſu epiſcopi.*

13 *Altaria conſtructa authoritate epiſcopi dicuntur beneficia eccleſiaſtica.*

14 *Clericus conſtruens, aut deſtruens altare in eccleſia conſecrata inconſulto epiſcopo qualiter puniatur.*

15 *Altare nõ poteſt erigi ſupra ſepulchra hominum.*

Altare,

16 *Altare, quomodo dicatur erigi ſub honore ſanctorum.*
17 *Miſſa, quòd dicatur à ſacerdote in honorem alicuius Sancti, quomodo intelligatur.*
18 *Altaria qualiter debent eſſe cooperta.*
19 *Laici non debet adhærere altaribus cõſecratis.*
20 *Epiſcopus viſitans altaria, quæ inquirat.*
21 *Superſtitioſa contractans in altaribus debet per epiſcopũ puniri, et qualiter.*

POſtquàm anno dom. 315. Syluestro Primo Pontifice perſequutiones Conſtantini Imperatoris fugiente, & in monte Soracte in cauernis latitante dignatus eſt ipſe Christus dominus noſter cor Imperatoris tangere, & ad ſuam fidem conuertere: qui cum lepra eſſet infectus, relicta illa crudeli infantium occiſione, quam cogitarat, accerſito ipſo Syluestro, humiliter lauacro ſancti baptiſmi accepto, mundatus eſt, & a peccatis, & a lepra. Statim omnibus Romanæ ditionis ſubditis facultatem dedit fieri christianos, Eccleſiasq. fabricandi, & immenſa dona eccleſiæ largitus eſt. Vrbemq. Romam cum ſuis adhærentibus Beato Petro, eiusq. ſucceſſoribus, relinquens, & in Græciam ſe transferens. c. futuram 12, q. 1. in hiſtor. tripar. lib. 1. & in eccle. lib. 9. Ipſe Sylueſter edificata eccleſia Lateranenſi, quam etiam piiſſimus Imperator donauerat, (& qui, & ob honorem duodecim Apoſtolorum, voluit duodecim cophinos terræ primus in humeris portare.) Inſtituit ritum conſecrandi altaria: vbi ſacrificiũ Miſſę offereretur. Gul. in ration. lib. 1. cap. 2. num. 6. Alphonſ. Aluar. in ſuo Speculo, cap. 35. & dicta Gul. reaſſumit Ioan. de Selu. doctor Gal. in trac. de ben. 1. par. q. 5. num. 58. cum unctione Sancti Criſmatis. c. Altaria. c. placuit, de conſecr. diſt. 1. iuxta ritum pontificalis libri, & Alphonſ. Aluar. ponit multa in eod. cap. 35. vbi de conſtruente primum altare Deo. † Et dum altaria con-
2 ſecrantur, aliquæ Martyrum Reliquiæ reponuntur, iuxta ordinem eiuſd. pontificalis, ex cap. placuit. ead. diſt. cum tribus grauis Thuris; ideo dicit idem Gul. eod. lib. c. 9. num. 25. Quia exempla ſanctorum cum fide Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti debemus retinere in memoriam, & per ipſa exempla charitas accenditur, quæ operit multitudinem peccatorum. Apoſtolus pulchre in ſua priori ad Corin. cap. 13. vbi dicitur via excellentior reducendi animas ad patriam Cęleſtem, & ibi vide Gul. de tota materia conſecratio-
3 nis. † Sed reliquiis martyrum deficientibus non reconditur Corpus Christi ſub ſalutari hoſtia contentum, ſecundũ communem opinionem, vt per Abb. in c. 1. num. 2. de conſ. eccl. vel alt. ex conſultatione Hoſti. facta Innoc. Põt. Sylu. in verb. altare, num. 4. Quia eſſet peruertere vſum Sacramenti deſtinatum, iuxta formam Sanctæ Eccleſiæ Dei, & ſi abſq; Reliquiis erepta fuerint, enertantur, dicit tex. eiuſd. cap. placuit, ex Conc. Aphricano. cap. 1. Et quòd reliquiæ ſint certæ, & non per ſomnia, & inanes imaginationes, & quaſi reuelationes quorumlibet hominum. Nec eſt vera opinio gl. in d. c. placuit, dum vult ſufficere corpus domini, ſi non extant reliquiæ, quia omnino non tenetur, vt

ſupra

ſupra cum ad cibum animarum ſit ipſum ſacramentum, nec vltra remediũ inuentum extendere debemus, cap.3. de appell. hoc vero de altari ſtabili dicunt doct. ſed in portatili, velint ceſſantibus reliquiis; quæ haberi nõ poſſunt poſſe conſecrari remota oratione, oramus te Domine. Angel. altare.num.3.
4 quod nec practicamus. † Dicitur enim altare, quaſi alta res, vel alia ara, Gul. eod. cap. 2.num.2. plura ſignificans, vt ibidem, & maxime corda noſtra, quæ debent eſſe Deo dedicata, Ignis charitatem, Thus orationem ſanctorũ. Ioã. de Selu. ipſa. q. 5. & per menſam ſignificatur ipſum altare, iuxta interpretationem Conc. Triden. de ſacrif. Miſſ. c. 1. 5. hæc. ſeſſ. 22. ex verbis Apoſtoli in poſteriori ad Corin. cap. 10. non poſſe eos, qui participatione mẽſæ dominorum polluti ſunt, menſæ domini participes fieri, vt vtrobiq. per menſam altare intelligatur, (& vere dicitur altare alta res, quia primum in cęlo miraculoſe Chriſto apparente fuit ara conſtructa a Cęſare Auguſto, quãdo cogitabat, ſe, ut Deum honorari velle, cui Sybilla Cumana (ſecundum quoſdam) perſuaſit ne fieri. Quia de proximo naſciturus erat Rex regum, & Dominus dominantium, & in caleſcente Sole vna die apparuit in aere Virgo cũ Chriſto, acquieuit optimus Imperator, & tunc conſtrui fecit aram Deo venturo, quæ vſque hodie Romę dicitur eccleſia ſanctæ Mar. Aracęli, in qua, altare ipſum aliquibus gradibus ſupereminens eſt conſtructum, in quo ſummi Pontifices priuilegium conceſſerunt animas a purgatorio liberari per ſuffragium Miſſarum, & nos ibidem celebrauimus. anno 1577. cum in vrbe commoraremur ex gratia S. D. N. D. Gregorij XIII. Pont. Max. (& hoc anno 1581.) hæc de externis pro ſybillis, pro quibus, Lactan. Firmi. diui. inſtitu. lib. 1. c. 6.
5 † Chriſtus etiam, qui eſt dator, & conſeruator charitatis. cap. in ſcripturis. 8. quæſtio. 1. per altare ſignificatur. Lamb. de iur. patron. lib. 1. prima par. quæſt. 11. ar. 8. nume. 1. per totum cũ ſequen. artic. cum ipſe ſolus ſit noſter Redemptor, & Saluator. ſeſſ. 25. Concil. Trid. de inuoc. vener. & reliq. ſanct. in princ. & quàm optima ratione, cum ſuper altare illud Crucis ſe ipſum totũ pro nobis immolandum Patri, (vt nos Deo reconciliaremur) tunc cruentum, modo vero in altari eccleſiæ incruentũ ad perpetuam commemorationẽ vſque in finem ſeculi ſuæ ſanctiſſimæ paſſionis obtulit. ſeſs. 22. de ſacrifi. Miſs. c. 1. cuius paſſione, & morte in ara ſanctæ Crucis deletũ eſt noſtrũ chirographũ decreti; quo aſtricti eramus ad pœnas inferni, de quo loquitur Apoſtol. ſcribens ad Colloſs. c. 2. (quid autem interprætetur ipſum chirographum. Dom. Card. Aracęl. de ſymb. Apoſt. cap. 20.)
6 † Eſt autem duplex altare, ſuperius, id eſt ipſe Deus, trinitas; & inferius eccleſia militans. Item interius, fides incarnationis, exterius ſacramenta eccleſiaſtica. In veteri teſtamento duo altaria, vnum holocauſti ex terra, in quo cremabantur hoſtiæ, Exod. c. 20. aliud thimiamatis, eod. lib. cap. 30. ex lignis ſethin auro coopertum, de Noe poſt diluuium. Gen. c. 8. de Salomone lib. 3. Reg. c. 7. ſed proprius ad materiam ſtabile, & portatile, primum firmũ in eccleſia, aliud portatur de loco in locum, de eccleſia in eccleſiam, & per viam cõceſſum tantũ certis perſonis. c. quoniã. de pri-

de priuil. lib.6. & per breue apoſtolicū
ſolitū cōcedi,prout meminit Gom.epi-
7 ſcopus Sarn.in trac.breui.nu.26.†Epi-
ſcopi ſicut in multis ſunt priuilegiati a
iure, ſic,& hoc potiebantur priuilegio,
ut eod. c.q̃m,immo,& aliis cōcedendi.
Ioā.Andr.in c. quod nonnulli tit.alleg.
eiuſdē dicti ratio erat,quia epiſcopos ſę
pius ab eccleſiis abeſse neceſse erat, &
de honeſtate nō debent ſtare ſine Miſ-
ſa, alterius vero dicti, vt aliis concedāt
in ſua diœceſi tm̃ exiſtentibus, ſecundū
oēs incitato c. q̃m.ex mente Ioan.And.
in c.in his,ipſo tit.ſed quia licet in alta-
ri portatili ſacrificabatur,non tñ erat,ꝙ
ſemper in loco adhoc deſtinato,ſeu de-
8 dicato.† Ideo hodie non videtur licitū,
ſed abrogatum,cum ſacrificium Miſsæ
nō permittatur celebrari,extra eccleſiā,
ex pręcepto eiuſd.Conc.Tri.memorata
ſeſ.22.in decreto de obſer.& euit. in ce
lebr. Miſ.§.neminō præterea,& id ēt ad
notatum eſt per Mar. Nauar.in Man.c.
25.nu 81. vbi vide aliqua pro declara-
tione tex.in c.cōcedimus,de conſe. diſ.
1.cum ex cauſa extra eccleſiā in ara con
ſecrata celebrari permiſsum erat: ceſsa-
runt.n.Deo ſic fauente tyrannorū perſe
quutiones, quibus coacti erant antiqui
illi chriſtiani in occultis locis celebrare,
cū eo portatili : Vnde redeundo ad pri-
mum nitorē,& primam reformationē,
non niſi in eccleſiis Deo dedicatis, nūc
celebrādū,vel in oratoriis particulariter
inſtitutis , non vt prophanis habitis de
9 quibus,in 2. lib.† Hoc autē altare lapi-
deum eſse debet, nō ligneum,exemplo
antiqui illius noſtri Patriarchæ Iacob,
qui erexit lapidem in titulum,c.altaria,
de conſec.diſ.1. quia Chriſtus per alta-
re ſignificatus, eſt lapis excreſcens in
montem. Gul.eod.c.7.nu.28.& lapidē,
quem reprobauerunt edificantes , hic
factus eſt in caput anguli . pſalm. 117.
Matth.c.21.& ſummus angularis lapis.
c.fundamēta,de elec.li.6. ſic ipſe B.Syl-
ueſter poſt edificatam Lateran.eccleſiā
ſtatuit, ibiq. reponens altare ligneum
primū , vbi celebrabat ſtantibus perſe-
quutionibus,eaq. eſt adiecta lex , nullū
præter Romanum Pontif.poſſe ibidem
celebrare , (quod vſq: nunc ſeruatur)
ſicuti alia multa ſanctiſſime ordinauit
cōcernētia celebrat.Miſſar.in altaribus.
10 † Et cū in eccleſia fundātur altaria, ha-
beant dotē competentē pro celebratio-
ne diuinorum,& neceſſariorū, pro mi-
niſtris,ad hoc nō ſint ſuperflua , & pro
nihilo erecta, c.eccleſiæ,vel altaria.c.pla
cuit,ead.diſ.1.alias cogātur fundatores
per epiſcopum ad dotem, ſicut de aliis
beneficiis dicimus, c.nemo.alleg.di.nec
patiendum ſuis iuribus fraudari, vt in
multis videtur, ꝙ etiam homines diui-
tes,& qui exinde magis Deo tenentur ,
ſuas cappellas, ſeu altaria a prædeceſſo-
ribus eorū multis præcibus, obtēta, ſpo
liata,nudave teneant,ſine ēt vna Miſſa,
nec increpatio ſufficit, teſtes ſunt eccle-
ſiæ conuicinæ,teſtamur,& nos de mul-
tis in hac Reuellenſi eccleſia, (& modo
11 in pręſenti Sarnenſi.)†Quæ aūt ſit dos
cōpetens,diſcurrit Ioā.de Selu. de ben.
qō.5.8. requiſito.nu.167. ex dictis per
Roc.de curte in trac. de Iur.patr.3.par.
q.8.& nu.172.Sed magis procedūt cir
ca ipſas eccleſias, & beneficia , maxime
curata,in quibus maiora imminēt one-
ra , in altaribus autem ſecus, ſed conſi-
deratur onus celebrationis, vt miniſter
habeat competētem rationem ſeruitij ,
cum qui altari ſeruit , de altari viuere
debeat.c.cum ſecundū,de præben.& vt
neceſſaria de pannis , & cādelis haberi,
& rein-

& reintegrari poſſint, cum opus fuerit, vel pro ipſis Miſſis tãtum, ſecundũ moderationẽ eccleſiæ, & circa hęc dicta poſſent cumulari multa diffuſo ſermone dicta per Lãbert. de iur. patr. lib. 1. 1. part. 5. quæſt. princ. 21. ar. ſed nu. 16. loquendo proprie de dote aſſignanda, pro edificatione altaris concordat cum
12 prædictis. † Et quando eccleſia eſt cõſecrata non poteſt ibi erigi altare ſine conſenſu epiſcopi. cap. nemo. ead. diſ. 1. 68. diſt. cap. quàmuis. in auct. de eccl. edific. §. ſi quis autem. ſicut dicimus de oratoriis priuatis ad finem ibi Miſſas celebrandi ſeſs. 22. eod. decreto. §. neminem pręterea, nec inconuenit. debet enim epiſcopus in ſua eccleſia cuncta rimari, & præſcrutari. ſi tempore conſecrationis ipſius eccleſię certa, & commoda fuerunt erecta altaria, ipſaq. ſufficientia ad cultum diuinum, iuxta loci qualitatem, & eccleſiarum redditus, & onera, nec aliquis modo extra eũ poſſit addere, & ſic facere officium, qđ epiſcopus debet in ſua eccleſia, idque, & plerumq. euenit, & in remotione rumor ſucceſſit maxime vbi primum re-
13 formatione opus fuit. † Quod cum fuerit de licentia conſtructum dicitur ſimplex beneficium eccleſiaſticum. ca. quęſitum 1. quęſt. 3. Petr. Rebuff. in pract. benef. tit. ſecul. benefic. nu. 15. fol. 7. nec primum poteſt appellari beneficium, ut ibidem. allegat Fel. conſ. 41. & 45. tũc enim dicitur habere quaſi titulum, quia titulus proprie eſt eccleſię, & reſidet pęnes principalem, vt puta rectorem, & ſimil. per ea, quę in primo caſu dicit Anton. de Butr. conſ. 3. & ante approbationem dicatur legatum pium debitum pro tali ſeruitio altaris. in trac. nomin. quæſt. 15. nu. 18. nec teſtator poteſt facere beneficium per ſe. diſputat Fel. eod. conſ. 45. nu. 6. & ſic obſeruatur: & ſtante conſenſu ſuperioris concedatur in titulum, & reguletur ſecundum ordinarias benefi-
14 ciorum regulas, & conſtitutiones. † Et ſi clericus in eccleſia cathedrali abſq. epiſcopi conſenſu altare cõſtruere tentauerit, & conſtruxerit. poteſt deponi. iuxta tex. in cap. nullus presbyter. de conſecr. diſt. 1. per Alphonſ. Aluar. epiſc. Monopol. in ſuo Specul. cap. 14. in prin. & ſicut non poteſt conſtruere, pariterq. non poteſt deſtruere, quod eſt fortius (arg. a maiori doct. in l. 1. C. de neg. geſt.) ead 1. diſt. cap. eccleſia. Archid. not in cap. placuit alleg. & cap. quamuis. 68. diſt. licet ante conſecrationem potuerit. quia multa licent vno tempore, quæ alio ſunt prohibita, & ſtante prohibitione, ceſſat conceſſum. arg. 7 quæſt. 2. cap. lex diuinæ. argumentatur gloſs. in cap. peruenit. 93.
15 diſt. † Nec permittendum eſt ſupra ſepulchra hominum altaria eſſe erigẽda, vt ibidem admonet Archi. per tex. in cap. non oportet de conſecr. diſt. 1. niſi martyrum corpora eſſent. Florent. in 3. tit. 12. cap. 6. §. in fine. ex quo bene ordinatum fuit remoueri abuſum tumulos hominum in altum, etiam ſupra altaria, & muros eccleſiæ, & ſuper ipſa altaria reponendi ſupra cap. 10. nu. 5. & Fęlix Papa primus, qui fuit vigeſimus quintus Papa, a Beato Petro an. do. 272. inſtituit ſupra memorias, & ſepulchra martyrũ Miſſas celebra-
16 ri, vt in eius vita notatur. † Aduertendumq. etiam eſt, quòd licet dicamus altaria ſub honore aliquorum ſanctorum, non tamen illis erigi dicuntur ad honorem Dei, ſed Deo ad honorem ſancto-

ſanctorum ipſorum optime dom.Car-
di.Hoſius in tit. de cęremon.quę ſum.
a loco cap. 90. fol. 631. Ioann. Drie-
do. de eccle. ſcript. lib. 43.cap.4.part.
fol.296. inde fiunt præces in pontifica
li.2.part. fol. 133. vt hoc altare ad ho-
norem tuum, & memoriam ſancti tui
talis conſecrandum benedicere digne-
ris, &c. & in alio cum dicimus, ſanctę
Petre ora pro nobis, ſanctę Paule ora
pro nobis: non autem ſanctę Petre, aut
Paule miſerere nobis, ſed bene ad Deū
17 Pater de cęlis miſerere nobis.† Idem-
que de Miſſa dicimus celebrata ad ho-
norem alicuius ſancti, non illi, ſed al-
tiſſimo Deo offertur ſacrificiū,& inten
tio mentis dirigatur, ex decreto Conc.
Trid. ſeſſ. 22. de ſacrific. Miſſ. cap.3.
nec vllibi auditum eſt dicit Ioan. Drie-
do. in loco citato, ab aliquo in ablatio-
ne ſancti ſacrificij altaris eſſe dictum,
offerimus tibi Petre, aut Paule, ſed of-
ferimus tibi domine, agentes gratias
de illorum Victorijs, & eorum patro-
cinia implorantes, vt ipſi pro nobis in-
tercedere dignentur in cælis, quorum
memoriam facimus in terris: quod epi
ſcopus populum, & clerum, inſtrue-
re debet. offerimus ergo Deo verum,
idemque ſacrificium, quod pro nobis
obtulit ipſe Chriſtus, & nobis dedit
offerendum, ſic omnes tradunt in ma
teria de ſacrifi. Miſſ. cum doctrina ſan
18 ctæ eccleſiæ. † Debent etiam ipſa al-
taria eſſe cooperta linteaminibus albis
deſignantibus humanitatem Chriſti
Saluatoris noſtri. Gul. in ration. lib. 1.
cap.7.num.14. Matth cap.27. Ioſeph.
enim accepto corpore Chriſti de cru-
ce inuoluit illud in ſindone munda. Io.
de Sel. ead. quæſ. 5. nu. 61. & tribus pan
nis mundis ad denotandum ſanctiſſi-
mam Trinitatem, uel ꝙ presbyter de-
bet eſſe ornatus tribus virtutibus, fide,
ſpe, & charitate, quæ eſt complementū
omnium virtutum Apoſt. in prior. ad
Cor. c.13. quæ tres virtutes dicuntur
digniores omnibus, quia reſpiciūt Deū
pro primo obiecto, & principali, & ha-
bent veritatem pro prima regula actuū
ſuorum, ad quos inclinant, & non regu
lam aliquam acquiſitam humanitus:
& innituntur veritati diuinæ Caſſa. in
ſua glo. part. 12. conſ. 25. licet virtutes
Cardinales innitantur regulę humanę,
& rationi naturali, ad quas omnes aliæ
referuntur, ſicuti riuuli ad fontem ſcri
bit Mar Tul. lib.5. de finib. bon. & ma
lor. Alij tamen volebant ſufficere cum
duobus pannis albis celebrare, ſed de
cōmuni ſanctæ Eccleſię conſuetudine,
quæ cūcta cū myſterio operatur in tri-
bus celebramus, quod omittendum
non eſt, & ſacerdotes inſtruendi ſunt
gloſſ. Ray. tract. tertio de exter. ſacer.
19 præpar. quæſt. 3. † Ipſiſq. altaribus ad-
hęrere laicos prohibitum eſt, eo for-
tius cum ſacra myſteria celebrantur.
capit. 1. de celebra. Miſſ. & ead. gloſſ.
4. quæſtione idque vetitum expræſſe
eſt in ſynod. prou. Mediol. tit. de ec-
cle. & ear. cult. verſ.6. cum ſit viſum
aliquos in deuotos, non ſolum adhæ-
rere, ſed deſuper ſedere, tamquam ſca
bellum deputantes, quod nimis exorbi
tar a religione chriſtiana, & digni ſunt
tales graui punitione, ſed in honorem
altiſſimi, cui ibidem ſacrificatur, cum
omni deuotione ſtare, & contemplari,
& ſi ſunt conſecrata eo magis cauen-
dum eſt. nam & Iudas Machabeus
non tulit altare prophanatum, ſed ſci-
dit veſtimenta ſua, & planxit plāctu ma
gno, & emundauit ſancta, demolituſq.

eſt

eſt altare prophanatum,nouumq. inte-
20 grum edificauit 1.Mach.c.4. † In quo epiſcopus viſitans debet eſſe intentus, etſi in eccleſia non eſt altare maius, & principale addatur, cognoſcat ornamē ta ſuper impoſita, ut ſint pura,& munda, quia nimis videtur abſurdum in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in prophanis. cap. fin. de cuſto. Euch. inquirat quæ ſit altaris altitudo, longitudo, ꝙ facies eius ſit ornata, ſit ibidem gradus ſpatioſus, vt commode celebrans ſe aptet, iuxta tradita in Inſtructionibus nouiſſimis Maximi Cardin. Borrom. 1. & 2.lib. Miniſtri ſint ſolliciti, & ſecundum conſuetudinem ipſius eccleſiæ,& feſtorum occurrentiū ornando, vt puritas ſit ex omni ſui parte, cogat per iuris remedia fundatores ad dotem, cap. ſicut. de conſe. eccl. uel alt. ne quid vanum, aut ſuperſtitioſum ſit poſitum, nec quis deſuper celebret rebus prophanis, & ad ſortilegia aptis ſuper impoſitis, aut cum præcibus nefariis, inſolitis,& inhoneſtis,vt pluries eſt auditum, & Grill. de ſortil. multa refert,ſed iuxta Miſſale nouiter impreſſum ex Decreto Concil. Trid.& iuſſu
21 Pij Quinti Pontif. Max. † Et ſi quem talia contractantem inuenerit grauiter puniat. 26. quæſt.5.cap.ſi quis epiſcopum, de quo multa dicit idem Grill.de ſortil.q. 14. cum plur.ſeq. aut ſi altare non ſit conſecratum,nec portatile appoſitum. arg.c.1.de conſec.eccle.vel altar. Martin. Naua. in Man. cap.25.nu.83. quia pœna depoſitionis irrogatur, aut ſi abſq; indumentis debitis. Archid.de conſecr. diſt. 1. cap. concedimus. 23. diſtin.cap. eccleſiaſtica, ex tertio Conc. Brac. cap. 3. & dictum eſt infra c. 23. nu. 14. &c.

DE ALTARIBUS FRACTIS *reconſecrandis.*

CAP. VIGESIMVM SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Altaria fracta ſunt conſecranda.*

2 *Altare an poſſit de loco in locum portari.*

3 *Conſecratio in altari portatili ineſt lapidi.*

4 *Epiſcopus vt ordinabit eſſe altare portatile.*

5 *Altare propter reliquias remotas conſecrari debet.*

6 *Degradatus ſi celebrat non facit altare execrabile.*

7 *Altare an polluatur propter eccleſiā pollutam.*

8 *Altare in dubio non præſumere conſecratum.*

9 *Conſecratio altarium ad quem ſpectet.*

ET

ET quia in ipſa altarium viſitatione ſolet frequentius occurrere, quòd aliquod ipſorum inueniatur leſum, fractum, & ſi-
1 ne ſcrupulo nequeat celebrari. † Ideo inquirendum eſt, quòd ſi ſunt fracta, deſtructa, reconſecrentur cum ſolitis eccleſiæ cæremoniis, nec antea celebrari permittat, quādo tamen lapis ſuperior eſt enormiter lęſus a coniunctione lapidis inferioris, vt formam videatur ammiſiſſe, vel remotus a foramine cōcauo, vbi reliquiæ poſitæ erant, non autem, quando ſine motione principalis altaris, aliquod additur ad decorē, & ornatum, vel etiam quòd amplietur ſecundum veriorem opinionem, licet aliqui nobis contradicāt. doct. in cap. 1. & cap. quod in dubiis, de conſecr. eccl. vel alt. in cap. ſi motum. de conſec. diſt. 1. & quando in cornibus ipſius altaris, in quibus aſſolet fieri conſecratio, & ſi dubium eſt, an ſit ſufficiens leſio, vt reconſecratione indigeat, epiſcopus ipſe
2 iudicabit. † Et ſi de loco in locum ſine leſione poteſt commode portari, reconſecratione non indiget d. c. ſi motum, ſicut de portatili dictum eſt ſupra cap. prox. nume. 6. ſcilicet, quando tabula altaris eſt coniuncta ſtipiti, non autem affixa, cum mutatio non dicatur fieri de partibus, ſed de toto in totum, & ut totum transfertur, & concludit gl. eod. cap. ſi motum, cum dictis in cap. concedimus, ead. diſt. quia tamdiu durat conſecratio altaris, quàmdiu manet coniunctio ipſius tabulæ ſuperioris cū ſuo ſtipite. Archid. not. eod. c. ſi motum, & hoc clarum quando eſt altare ſtabile, nec mirum videatur, ſi eſt dictum portari de loco in locum, cum ſic ingenium hominis verſetur in fabricando, vt remouendo viderimus ſine
3 leſione ſuperioris partis fieri. † Sed varietas datur, quando eſt altare portatile, in quo dicimus conſecrationē ineſſe lapidi, non tabulæ, inde ſi amoueatur a ligno non eget conſecratione ſecundum aliquos, & ſequitur Syl. altare, num. 6. contra dictum Abb. & Angel. de Clau. & ea ratio verior videtur, cum altare, vbi tantum ſacrificium reponi, & confici debet, nequeat eſſe aliter, quā lapideum, ex quo Chriſtus deſignatur, vt ſupra diximus. c. reuera. de conſecr. diſt. 2 & diſt. 1. cap. altaria, cauſam dicti aſſignat Armil. eod. verb. nu. 11. in fine, quòd lignum additur, non quòd in eo fiat conſecratio, ſed quia commodius repoſitum, ſacerdos in lapide reponit calicem, & hoſtiam, & hoc dictū adde ad Abb. in d. c. ligneis, aliam rationem aſſignant aliqui moderni, quia lapis non patitur per tempus diminutionem, aut corroſionem, vt conſecratio reiteranda ſit, ſed lignum patitur per ſui ipſius corruſionem, vt per antiquitatem per ſe deuaſtari videamus.
4 † Et ex hoc prouideat epiſcopus uiſitādo, ſiue conſecrando hæc altaria portatilia, ne lapides ſint ita parui, vt nec mediam hoſtiam attingant, & nihil calicis tangant, ſicuti vidimus in viſitatione multarum eccleſiarum multos lapides, quorū paruitas, ita exigua erat, vt quælibet hoſtia minor, maior iudicaretur, & eo modo accommodata, vt in conſciētia non poſſit iudicari, ſi vnquā ſacerdos tetigiſſet: ideo neceſſe eſt prouidere, quodlibet ipſorum lapidū ita permittere, dummodo integrā hoſtiā, & totum calicē capiat, (licet ſylu. eod. verbo loquatur de medietate) vt fere in oībus eccleſiis credimus eſſe prouiſum,

ſum, & nos in Rauellenſi eccleſia vna die conſecrauimus. xxij. ſic ampla, & commoda pro omnibus eccleſiis,ut dominus Scattaretica Salernitanus noſter ſucceſſor in dicta eccleſia, non habuerit neceſſe in hoc fatigare. (& iterum in hac eccleſia Sarnenſi biſ.xxxx.) illud vero antiquitus erat de paruis lapidibus,quia credebant in lapide, & in ligno ineſſe conſecrationem, quod nō
5 eſt verum, vt diximus. † Et cum reliquię in altaris conſecratione ſint ponēdę iuxta dicta cap. prox. nu.2.ſequitur ipſis ſublatis eſſe altare execratum, & denuo conſecrandum ab epiſcopo: Archid. in cap. placuit,& cap.de fabrica, de conſecr. diſtin.1. namque ex communi uſu eccleſiæ videtur de neceſſitate eſſe ponendas reliquias in horum altarium conſecratione,Nec aliter poſſe celebrari, ut dicit etiam, & bene Sylu. nume. 1. verſ. altare autem. vbi refert contrariam opinionē Hug. & Aſtenſ. quos ſequitur ſum. Ang.& ſupra retulimus cap.proximo.nu.3. quamuis extra communem uſum,quem ſeruamus poſſit practicari, ne ob talem cauſam deſiſteretur à conſecratione altarium, & a celebratione tanti ſalutaris ſacrificij,quia in nullo reperiuntur aut habe
6 ri poſſunt. † Nec noua recenciliatione opus eſt,ſi degradatus,aut interdictus, ſiue etiam excommunicatus in altari celebrauerit,tex.eſt expræſſus Honorii Tertij Sum.Pont.in cap.2.in fine.de ſacram. non iter.ubi Abb. qui multa dicit,ſed confuſe,& contradictionem implicando,cum iure cautum non ſit.cōmuniter omnes eod.verbo. non obſtat tex.lib.2.Machab.c. 10. quando Iudas Machabeus recuperata ciuitate templū purgauit, aliudq. altare edificauit, vbi de ignitis lapidibus, igne concepto ſacrificia obtulit poſt Bieniū, & incēſum & lucernas,& panes propoſitionis poſuit,nam ibi fuerat templum totum ab alienigenis pollutum, quod eſt diuerſum:nam ſubdit tex. qua die autem tēplum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eodem die purificationem fieri, &c. Vnde optime Iudas templum purificauit,quia erat de ſemine, ex quo ſalus Hieruſalem & lib.prim.cap.4.In-
7 ſuper in eadem materia.† Poteſt dubitari, an propter eccleſiam pollutam ſit altare pollutum. Vt reconſecratio in ipſo ſit neceſſaria,& ſit diſtinctio ex mente Abb. in cap. propoſuiſti nu 10. de conſecr. eccl. vel altar.quem omnes ſequūtur, quòd ſi eccleſia eſt combuſta, ſeu execrata propter combuſtos parietes, firmis remanentibus parietibus, non opus eſt noua conſecratione,ſecus vbi fuerit polluta. pollutio enim reſpicit totum corpus eccleſię,non quòd altaria reconſecrentur, ſed non poſſit celebrari in ipſis ante reconciliationem: cum enim altare ſit intra eccleſiam, participat de ipſa eccleſia. Vnde defertur ei ad remouendum ſcandalum, & denotandum, quòd tota eccleſia indiger, vt reconcilietur, quod fit per ſanguinis effuſionem ibidem factam,propter delictum,ex homicidio, etiam ſine ſanguinis effuſione,& propter ſeminis emiſſionem, vt alibi eſt dictum. †
8 De alio item contigit dubitari ſæpius in ipſa viſitatione. An altare ſit conſecratum non apparentibus ſignis conſecrationis, neq. ſcripturis:licet multi dicant eſſe præſumendum,tamen reuera conſecrandum eſt,de conſec. diſt. 1. ſollemnitates, & cap.eccleſiæ, ſicuti in facto ſcripſimus pro eccleſia vna principali,

cipali, vbi altare maius nullum monſtrabat ſignum conſecrationis: nec ſuffragabatur magnitudo eccleſiæ, & ciuitatis, quia non factum, non poſſunt ex hoc facere factum, conſecratio conſiſtit in facto, quod vt ſit probatione opus eſt, argum. l. in bello. §. factæ. ff. de
9 captiu. † Conſecrare autem altare non ad omnes ſpectat, ſed ad epiſcopos tãtum, quia id eſt reſpectu ordinis, non iuriſdictionis, ideo committi non poteſt, niſi alteri epiſcopo, iuxta not. in c. aqua, de conſec. eccl. vel alt. & ibi Abb. & alij, tamquàm de dependentibus ab ordine epiſcopali, quæ enim ſunt ordinis, non niſi epiſcopo committuntur, & tex. eiuſd. cap. aqua. eſt notabilis ad dictum verbum, ad cuius declarationem, & ornatum multa dicit Couaru. lib. 3. vari. reſolut. cap. 20. num. 3. Ioan. de ſelu. in ſæpius citato trac. de benef. 3. part. q. 5. num. 151. licet capitulum, vel alius inferior poſſit requirere epiſcopum ſimilia ſuo ordini facere, cum ſola authoritas iuriſdictionis in loco deſit. gl. per ſimilem not. tex. de offic. ordin. cap. quod ſedem, de quo meminit, ibidem Couar. num. 3. cum ſine licentia ordinarij loci, aliter pontificalia extra ſuam iuriſdictionem exercere non poſſit, etiam nec calices aut corporalia benedicere, ſeſſ. 6. Conc. Triden. de reform. c. 5. quem tex. poteris ſemper notare ad vnum continuũ euenire viſum, ad quod pauci aduertunt, & multi incurrunt, ꝙ in perſonas tantũ eidem ordinario loci ſubiectas, a quo habita eſt licẽtia, ad quod dubium ſoluendum multas declarationes ponit epiſcopus Vulter. lib. 4. cap. 21. de irregular. fol. 356. pro quo facit tex ipſius Conc licet ipſe non alleget in propria materia, qua ſcribit, ſeſſ. 7. de reform. cap. 11. incip. facultates. vide vtrumq; text. & quando litteræ dimiſſoriç clarius exprimant poteſtatem.

DE REBUS IN ECCLESIA NECESSArijs, & Benedictione Pontificali in eis adhibenda.

CAP. VIGESIMVMTERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *TEMPLVM Dei, quod eſt. Eccleſiæ ad cultum diuinum multa ſunt neceſſaria. nu. eod. & num. 9.*

2 *Ornamenta eccleſiaſtica non debent a laicis contractari.*

Habitum religionis deſerens an poſſit cogi religionem ingredi. nu. eo.

3 *Libri debent eſſe in eccleſia pro inſtitutione ſacerdotum, & qui.*

Summa Martini Doctoris Nauarri cõmendatur. ibidem.

Miſſales an debeant ab epiſcopo benedici, nu. eo.

4 *Bulla ſolita legi in die Cœnę dñi debet retineri, & publicari in eccleſia.*

5 *Calices cum patenis requiruntur in eccleſia.*

6 *Calices de qua materia eſſe debent.*

7 *Calix in ſcriptura quid ſignificat.*

8 *Sacerdos celebrās in calicè ligneo deponitur.*
Epiſcopus non poteſt diſpenſare celebrari in aliquo calice non conſecrato. ibidem.
10 *Pax quare detur in Miſſa, & in qua, & quid denotet.*
11 *Corporale ad quid ſupponitur calici, & de quo fit.*
12 *Candelabra in eccleſia quid ſignificant.*
13 *Veſtes mulierum non debent conuerti in veſtes eccleſiarum.*
14 *Sacerdos celebrans ſine indumentis neceſſarijs qualiter puniatur.*
15 *Stola facta de planeta benedicta, an debeat iterum benedici.*
16 *Cereus paſchalis debet eſſe in eccleſia, & quare benedicatur.*
17 *Laici in eccleſia dum diuina celebrantur debent eſſe diuiſi à clericis.*
18 *Silentium neceſſarium in eccleſia a quibus eſt ſeruandum.*
19 *Epiſcopus viſitans, quæ circa altaria, & ornamenta eccleſiarum prouidere debet. nu. 20.*
21 *Ingreſſus fidelibus in eccleſia qualis requiratur.*
22 *Pœna interdicti eccleſiæ timenda eſt, & an ſolita imponi.*
23 *Salus extra eccleſiam non eſt. Vbi multa.*

QVoniam grandis eſt mate-
ria de qua tractamus.
1 † Cum de templo Dei,
quod eſt anima fidelis
agatur. 1. ad Cor. cap. 3.
neſcitis, quia templum Dei eſtis, & de
domo Dei, ideſt templo, hoc eſt eccle-
ſia, pſal. 5. ego autem in multitudine
miſericordiæ tuæ introibo in domum
tuam, adorabo ad templum ſanctum
tuum in timore tuo, ex antiquo inſti-
tutum ipſa templa ornari, legitur apud
Machab. lib. 1. c. 4. poſtq̄ Iudas purga-
uit templum, edificauit altare nouum,
fecit ſanctum, & quæ intra domū erāt,
intrinſecus, & edem, & atria ſanctifica-
uit, & fecit vaſa ſancta noua, & intulit
candelabrum, & paulo poſt, & appenſa
ſunt vela, &c. ideo multa videnda re-
ſtant pro ornatu ipſius templi Dei, qui
loquens ad ſeruū ſuū Moyſè Exod. c.
25. & cap. 26. iuſſit ſibi fieri tabernacu-
lum ornatum cortinis de byſſo retorta
hyacinthis, purpura, gemmis, tabulis,
luminaribus, aromatibus in vnguen-
tum. quod idem de templo edificato,
& ornato a Salomone. legimus. 2. lib.
Para. c. 3. et 4. ſic, & eccleſia Dei domus
ſua figurata per tabernaculum Moy-
ſis, & templum Salomonis. eod. ca. 26.
Exod. in qua ipſe Deus ſpiritu veritatis
adoratur. Ioan c. 4. ornata, & ampliata
eſſe debet omnibus ad cultum diui-
num facientibus. ſint igitur in ea lumi-
naria continua ante altare corporis
Chriſti, & ſic ſi alia eſt imago glorio-
ſæ Virginis, aut alterius ſancti, per
cuius deuotionem Deus dignatus eſt
oſtendere miracula, cum decenti appa-
ratu luminarium cære, & olei, vt fre-
quens populi deuotio accreſcat, & in
ſanctis ſuis glorificetur Deus, apud
quem non eſt impoſſibile omne ver-
bum. Luc. cap. 1. ornamenta non de-
ſint, ſecundum tamen facultatem, qꝫ
reſpondeant feſtiuitatibus anni, cum
veſtibus opportunis altare deſuper
cooperto, & loco ſanctæ Euchariſtiæ,
ne pulueribus fedentur: cortinæ ſint
honeſtæ, ante altaria, manutergia pro

manibus,

manibus tergendis, ne ſacedotes cele-
brantes cum pannis altaris mundent
manus, quod & cauendum eſt, non
enim ad hoc tobaleę altaris ſeruire de-
2 bent. † Ipſę tamen veſtes, ornamen-
ta, & ſimilia, quæ ſua benedictione ab
ipſo epiſcopo ſint munitæ, iuxta ora-
tiones, & præces inductas ab eccleſia,
ſecundum librum Pontificalis, quæ
non aliter ad miniſterium diuinũ ad-
mitti debent, non poſſunt a laicis
contractari, cum iuris regula ſit, eccle
ſiaſtica non poſſe eſſe apud laicos. 10.
quæſt. 1. capit. decretum. cum cap. re-
genda: multo magis nec accõmodari
ad ludos prophanos exercendos. ar-
gum. cap. cum decorem. de vit. & ho-
noſt. cleric. (quod & ad ligna ipſius ec-
cleſię in laicorum opera non admitti
eſt ampliatum cap. ligna, cum ſeq. de
conſecr. diſt. 1.) laici enim vtentes ve-
ſtibus religioſis in ludis inhoneſtis,
& laruationibus, vel etiam eas laceran
tes, dum clerici deferunt, grauiter
ſunt puniendi. Franc. Marc. quęſt 123.
part. 2. fab. Monteleon. in ſua pract. ar-
bitr. 4. part. nu. 9 10. cum ſeq. vnde di-
xit gloſ. in cap. mulieres per illum tex.
27. quęſt. 1. quòd deferens habitum
alicuius religionis, ludo, aut fraude, vt
forte maiores colligeret eleemoſynas,
poteſt cogi religionem ipſam ingredi:
ſed alia gloſ. communiter recepta in c.
tuarum de priuileg. hoc negat. punia-
tur tamen pœna arbitraria. in verb. ſi-
gnatos, & hoc verũ, & ratio tex. eiuſd.
3 capit mulieres differt a quęſtione. † Li
bri in ſuper opportuni requiruntur
pro Miſſis celebrandis, euangeliis,
epiſtolis, iuxta multitudinem clerico-
rum, Antiphonaria, Reſponſoria, ho-
meliæ, baptiſterium, ordinarium offi-
cij, pſalterium, de quibus omnibus
loquitur tex. 38. diſt. cap. quę ipſis. ſed
quo tẽpore legantur. Gul. in ration. lib.
cap. 1. nume. 13. cum plur. ſeq. item
Biblia Sacra, ſi fieri poteſt, Alphon. Al-
uar. in ſuo Specul. cap. 58. poſt mediũ,
Concilium etiam Tridentinum. Sit
omnino Catechiſmus nouus editus ex
decreto Conc. Triden. iuſſu Pij Quin
ti Pont. Maxi. qui etiam vulgari idio-
mate circumfertur, aliquæ ſummæ ad
Inſtructionem curatorum, circa ſacra-
menta, & eorum adminiſtrationem in
quæſtionibus occurrentibus, maxime
ad Sacramentum pœnitentiæ, in qui-
bus ad modum laudo ſummam Man.
Martini Azpilcuetæ Nauarri doctoris
celeberrimi canonum, & in ſacro pę-
nitentiariæ officio in vrbe his proxi-
mis annis ſatis verſati, & quam latine
ordinatius conſcripſit, eam enim vti-
liſſimam iudicamus, & frequenti ca-
lamo ab omnibus ventilatam, ſynoda-
le epiſcoporum habeatur, vt videri
poſſint prohibita, & licita, Miſſales
ſint de nouis correſpondentes nouo
officio, nec in aliis celebrari poteſt, a
ſequentibus ritum Roman. Curiæ, qui
libri, etſi neceſſarij ſint, non tamen be-
nedicuntur ab epiſcopo, exceptis ipſis
Miſſalibus, vt Abb. dicit in c. 1. nu. 3.
de pignor. quam benedictionem num-
4 quam in Pontificali legi. † Sit trãſum-
ptum bullæ ſolitę, legi in die Cęnæ Do
mini. Sanctiſs. D.N. D. Gregor. XIII.
Pont. Max. cui attentè omnes ſtudeãt,
vt eius tenor obſeruetur, & nequis in
caſibus ibidem contentis ſe intromit-
tat, vt in §. præcipimus eſt decretum,
eaque bulla ſæpius in anno publicetur
per ordinarios locorum, ex præcepto
eiuſd. in fine. §. in ſuper, vt proceſſus.

& in ſynodis, & congregationibus clericorum in qualibet eccleſia, etiã transſumpto in ſacriſtia affixo, eamque quilibet ad confeſſiones audiendas deputatus habeat, §. cęterum, verſ. 28. reſeruauit eorum caſuum ſibi Dominus Papa ſpecialiter abſolutioné, ergo alijs non conceſſit. quando enim conditor legis excommunicationis relaxationẽ ſibi non reſeruat, epiſcopis relinquere omnibus clarum eſt: cap. nuper. §. in ſecundo verò caſu, de ſenté. excom. glo. in cap. ad Apoſtolicæ, de ſent. &
5 re iudic. lib. 6. † Calices, patenæ ſint de auro, vel argento, non ex ære, vel auricalco, ne prouocent ad uomitum ex rubigine, quæ ibi contrahitur: de conſecr. diſt. 1. cap. calix. & cap. uaſa. cũ corporalibus integris, & congruis, quibus omnibus ſit Pontificis cõſecratio, & benedictio addita, vt in Pontificali notatur, nec ipſa corporalia debent eſſe de ſerico. Chriſtus enim dominus noſter in ſyndone munda fuit ſepultus, cap. ex conſulto ead. diſt. ex Mat. cap. vlt. ideo munda, quia fuit innocens, & ſine macula, de lino terreno, quia veram carnem mortalem, & paſſibilem aſſumpſit de corpore Glorioſæ Virginis Mariæ, de quo aliquid infra
6 lib. 2. cap. 18. † Quòd autem calices de hac materia fieri debeant habetur reſponſum Bonifacij in Concil. Trib. can. 18. quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur, nunc ecõtra, lignei ſacerdotes aureis vtuntur calicibus. Ideo potius de auro, & argẽto, ad denotandum theſauros ſapientię in altari (ideſt Chriſto) abſconditos, & mũditiam culpæ, non autem de plumbo. Gul. diſputat in ration. lib. 1. cap. 3. nume. 45. quia ipſe eſt ſapientia patris. 1. ad Corin. cap. 1. Eccleſ. cap. 24. eamq. promiſit eccleſiæ ſuæ daturum. Luc. cap. 21. ſeſſ. 18. Conc Trid. in princ. quòd fuerit mundus omni culpa patet per doct. in 3. q. 1. ar. 15. quòd aſſumpſit defectus noſtros, qui ſunt ex culpa, vt ſitire, fameſcere, fatigari. Ioan. cap. 4. Ieſus fatigatus ex itinere: ſed eos qui ſunt ex culpa, & ad culpã omnino, nõ aſſumpſit, nec decuit aſſumere: ſed primos ſic, naturales, non perſonales, dicunt ibidem Doct. & declarat Dom. Cardin. Aracœl. de ſymbol. Apoſt. cap. 17. Item de auro, quia non licet eccleſiam Dei in paupertate eſse, ſed, vt dicit de ipſa pſal. 44. Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate, conſecrantur igitur ipſi calices, cum patenis per epiſcopum ex ratione adducta per eundem
7 Gul. eod. lib. cap. 8. num. 24. † Licet etiam calix in ſcriptura ſacra ſignificet paſſionem. Matth. cap. 20. poteſtis bĩbere calicem, quem ego bibiturus ſum. Vnde Caſſiodor. ſuper pſal. 115. calix dicitur paſſio, quia cum menſura bibitur. Nam fidelis Deus non permittit nos tentari ſupra id, quod poſſumus. Matth. c. 26. Luc. c. 22. Abba pater ſi poſsibile eſt, transfer a me hunc calicem: quid autem differat calix a Cypho. Petr. comeſt. in hiſt. ſcol. Euang. cap. 113. calix, cyphus, cum quo mẽſurate diſtribuitur potùs bibentibus, vt calix ad litteram, cyphus, quo calidã ſumimus potionem, & vere fuit calida potio, quã Dominus in ara Crucis pro nobis bibit. Vnde pſal. 68. in perſona ipſius: ſaluum me fac Domine, quoniã intrauerunt aquæ vſque ad animam meam: ſic, & quam ſancti Martyres ſuſtinuerunt. pſalm. 78. effunderunt

ſangui-

ſanguinem ipſorum, tamquam aquã in circuitu Hieruſalem,& non erat,qui ſepeliret, & quibus ipſe dixerat. Matt. cap. 20. calicem quidem meum bibetis, &c. Sed mihi vindictam, & ego retribuam eis, ad Roman. cap. 12.

8 † Etſi presbyter in calice ligneo celebrare auſus fuerit, priuandus eſt, cap. fin. de celebr. Miſſ. idem ſi ex vitreo, glo. in eod. cap. de conſec. diſt. 1. cap. vt calix, (immo, & in iſtis aureis aduertendum plurimum in forma, qua eos faciunt moderni in pede amouibili, cum viſum ſit ſanguinem diſtillare, ideo cauendum eſt: quia ſolet frequẽtius ſcandalum oriri, ſicut vni euenit, qui dum conſecraſſet, & ſanguis per pedem calicis diſcurriſſet ſic,voluit exclamare miraculum, niſi aſtantes aduertiſſent.) Idem ſi in non conſecrato: nec epiſcopus poteſt diſpenſare celebrari in calice non conſecrato. Flor. in 3. titu. 13.cap.6 §.5. poſt verſ. item

9 not. quòd Miſſa.† Sit Crux,quam omnis eccleſia curata habere debet,& etiã duplicatam, ſi vires eccleſiæ ſufficiũt, vt in curatis portetur pro defunctis:ſit turribulum cũ nauicula pro thure reponendo: pax etiam danda populo,ſit argentea, vel lignea depicta, ad hoc ne detur cum patena, cum qua tangitur dominicum corpus: ſacerdos autem eam oſculatur, & cũ ea ſe ſignat, ex myſterio, quod declarat Gul. in ration. lib. 4. cap. 50. num. 4. eamq. aliquando abſcondit, cap. 30. nume. 29. cum ſequen. ſed in Miſſa ſollemni celebrante ſacerdote cum aſſiſtentibus, pacem primum accipit diaconus a ſa-

10 cerdote.† Datur autem ipſa pax in Miſſa ex eo, quod Chriſtus pacem dedit humano generi. Vnde Angeli in fęlici eius natiuitate concinerunt, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, Luc. cap. 2. & a prophetis dicitur princeps pacis. Iſai. 9. pſal.72. 2.Cor. 2. Theſſ. 3. & omnes filij eccleſiæ pacem habere debemus. Gul. lib. 4. cap. 53. nume. 1. cum ſequen. vbi quare non detur in Miſſa pro defunctis, & & lib.7. cap. 35. num. 30.Nicol.Plou. de ſacr. Miſſ. par.5. in fine, & datur ante communionem, poſt tamen conſecrationem, cap. pacem, de conſecr. diſtinct. 2. vbi gloſſ. adducit rationẽ, quare non detur inter monachos, quia ſunt mortui mundo. Archid. etiam in eodem cap. aſſignat triplicem rationem, quare in Miſſa detur pax. Primo quia fideles poſt Chriſti mortem, & poſt reſurrectionem gratulabantur ſe promeruiſſe pacem, & concordiam Angelorum, cuius eſt ſignum oſculũ, quod in ſcriptura ſacra ſignificat vnionem, charitatem, pacem, & reuerentiam Gulielm. eodem cap. 53. nume. 10. ideo cum excommunicatis prohibemur communicare oſculo, cap. fin. 11. quæſtio. 3. & Ieſus cum vidiſſet Iudam velle mutare naturam oſculi, dixit. Amice oſculo filiũ hominis tradis, & tamen ex magna ſui bonitate non negauit. Luc. cap. 22. Secundo cum ſint filij Dei patris, & matris eccleſię,fratres ſunt in Chriſto,ideo ſunt reficiendi vno pane, & ditandi communi hæreditate, quæ ſimiliter notatur per oſculum. Tertio quia per oſculum caro carni,& ſpiritus ſpiritui coniungitur, & nos qui carnis propagine de Adamo deſcendentes cõiungimur, & charitatis vinculo connectimur, & ad illud, qui non vult pacem, habeat maledictionem, pax huic domui, ſi non

K 3

non fuerit digna, pax veſtra reuertetur ad vos: Matth. cap. 10. ipſam tamen pacem nõ permittat epiſcopus a ſubdiacono in Miſſa ſollemni miniſtrante dari laicis, vel a diacono, aſſiſtentibus ambobus, ſed ab alio clerico ſuper pel-
11 liceo induto. † Et cum calici ſupponatur corporale, ſignificat eccleſiã, quæ Chriſti paſſionẽ imitari non deſinit, quia ſicut corporale multo labore cãdidatur, ita, & eccleſia multo labore Chriſto conformatur, & denotat ipſam ſyndodem, qua corpus Chriſti fuit in volutum c. conſulto omnium de conſec. diſt. 1. fit enim corporale de lino, ex quò ſicut linum multis tonſionibus ad debitum candorem deducitur, ſic eccleſia per illud ſignificata (quæ per corpus Chriſti intelligitur) multis paſſionibus, & preſſuris ad candorem vitæ ęternæ perducitur. ſimiliter, & corpus Chriſti per illud ſignificatum per multas tribulationes venit in gloriam. Luc. cap. fin. non ne opportuit pati Chriſtũ, & ita intrare in gloriam ſuã: vnde videndum eſt, quòd ſint corporalia cum pallis, & ea munda, & nitida, benedicantur ab epiſcopo iuxta ritum Pontificalis, nec amplius a fęminis, etiam monialibus ſacratis attingantur cap. ſacratas. 2. diſt. Gul. in ration.
12 lib. 5. cap 29. num. 7. † Candelabra item requiruntur, & quòd clerici ipſis vtantur. vt dicit ipſe Gul. lib. 1. cap. 3. num. 27. quòd duo candelabra poſita in altari erant ad ſignificandum gaudium duorum populorum letantium de Natiuitate Chriſti. Ioann. de Selu. de benefi. 1. part. quæſt. 5. num. 76 immo Dominus pręcepit fieri candelabrum duttile ex auro puriſſimo. Exo. cap. 25. 3. Reg. cap. 8. ead. quæſt. nu. 58. Bernard. in ſent. de hoc nomine: ꝙ cãdelabra in ſcripturis reperiunť tria, legalis obſcuritas, quę ſpherulas habet, & lilia, Prophetalis ſubtilitas habet duas oliuas in cacumine ſuo, & euangelica veritas, habẽs in medio ſui ſimilem filio hominis in quo viſitãs debet prouidere fieri in eccleſia, et in vnaquaq. ſui cappella & lignea, & ex auricalco, & pro altaribus, et pro eleuatione ſacramenti corporis Chriſti, ſecundũ
13 decentiam, & neceſſitatem eccleſiæ. † Omniaq. debent eſſe prout tanto ſacrificio Miſſę conuenire digna ſunt. vnde dom. Florent. in ſum. 3. par. tit. 15. c. 6. §. 5. circa med. vbi tractat de veſtibus, & ornamentis aliis eccleſiaſticis benedicendis, inuehitur contra eos, qui de veſtibus mulierum prophanatis faciũt planetas, & alia paramenta qđ eſt male factum, & fuit dictũ Ioã. de Fano. quẽ refert, & ſequitur Archi. de conſe. diſt. 1. c. ad nuptiarũ. in fine. & reformanda eſt conſuetudo, quæ hoc dictum abrogauit, nã ſi ad multa pro ſeruitio eccleſiarum poſſunt accõmodari, non tamẽ ad altaria, & veſtes ſacerdotis pro Miſſa celebranda debent permitti. ex multis, quę prophanè potuerunt interueni-
14 re. † Fitq. ſemper diligens inquiſitio, ſi ſacerdos celebret cum debitis indumẽtis, & benedictis, alias grauiſſime peccat dicit Arch. ead. diſt. c. concedimus, & nos addimus, ſi ſciẽter celebraret ſine requiſitis indumentis eſt depoſitione dignus. cũ in Conc. Remenſi c. 4. ſtatutum fuerit nullũ presbiterum abſq. amittu, alba, ſtola fanone, manipulo, & caſula vllatenus præſumere celebrare, cum dicatur temere facere, exercens ſcienter actum a iure prohibitum. arg. c. per venerabilẽ. §. videbatur. qui fil. ſint

legit.

legit.quamuis arbitrio iudicis punien-
dum relinquat Bern.Diaz in ſua prac.
crim. c.33. ex mente Archi. in c eccle-
15 ſiaſtica.23.diſt.† Stola ponitur in mo-
dum crucis,vt ſacerdos portet crucem
pœnitentiæ in corde,vel in corpore, &
poteſt ſignificare funes,quibus Chri-
ſtus a Iudęis fuit ligatus, licet epiſcopi
non ponant in modum crucis,vt Bern.
ex Gul.alleg.c.33.memor eſt. quod ho
die per Rubricas noui Miſſalis innoua
tum eſt: Sed vtrũ ſtola facta de planeta
benedicta. debeat iterum benedici, ꝙ
ſic Archid.de conſ.diſt. 1.c.veſtimenta
quia ad ipſam eſt data particularis be-
nedictio.& eſt mutata forma, quæ da-
bat eſſe rei.vt ſentit Alber.in verb.con-
16 ſecratio. 5.†Similiter epiſcopus videat,
ſi eccleſia habet ſuum cæreum paſcha-
lem debito tempore ſeruientem, & ꝙ
ſit is benedictus. cuius benedictionis
cauſa exprimitur in c. 7. Conc. Tolet.
quarti.Per hęc uerba.lucerna,& cęreus
in vigilia ſanctęReſurrectionis propter
glorioſum noctis ipſius Sacramentum
ſollemniter benedicantur,& ſacræ Re-
ſurrectionis Chriſti myſterium , quod
tempore huius noctis votiuę aduenit,
benedictionem ſanctificati luminis ac-
cipiamus , & ſupra columnam illumi-
natus, quid autem ſignificat,& cur be-
nedicat᷑ a diacono,& quid in eo grana
thuris denotent , & ignis antiquus ex-
tinctus , & nouus de petra excuſſus.
declarat Gul.in ration.lib.6. c.8.Alph.
de Caſtr.contr. hæret.lib. 6. in fine. &
in cuius benedictione piiſſima verba
ponuntur a ſancta eccleſia , vt omnes
ad deuotionem,& charitatem accendá
17 tur. † Nec laici ſimul cum clericis in
eccleſia dũ celebrantur ſtare debent,
ſed diuiſim cum deuotione, & reuerē-
tia & eſt tex. in cap.1.de celebrat. Miſſ.
vbi fœminæ , & laici quicumq. prohi-
bentur inter clericos ſtare, vel ſedere ſe
cus altare,qñ ſacra myſteria fiunt: licet
ad orãdum & communicandũ pateát
ſancta ſanctorum fœminis, & laicis, et
quidem hic abuſus remouendus eſt, vi
demus enim laicos , ſic ſacerdoti cele-
branti adhærere,vt impedimento ſint,
nam ſi ex multis,quę occurrunt, vt ſa-
cerdotes aliquando ſupplere habeant,
vel propter , formam , aut materiam
omiſſam , ſi laici tam prope adſunt,
qui neſciunt ad quem finem,ſcandalũ
patientur, quia facilis eſt eorum mens
18 ad ſcandalum,& ad murmur.† Ipſi ta
men ſacerdotes in eccleſia ſilere non
debent,ſed debẽt cantare laudes Deo,
ſilentium vero tenendum eſt a laicis,
prȩſertim fȩminis,contra quas eſt prę-
ceptum Apoſtoli 1.ad Cor.4.mulieres
in eccleſia ſileant (quod & de prædica-
tione multi intelligunt) per aliud. 1.
ad Tim. 2. mulier in ſilentio diſcat cũ
omnis ſubiectione. idque de vanis , &
prophanis colloquiis prohibuit canon.
Concil. Trid. ſeſs. 22. in decreto. de
obſeru. & euit. in cel. Miſſ. §. ab eccle-
ſiis,& eſt optimus tex.5. quæſt. 4.cap.
in loco, unde frequentius Prælati mo-
nent,etiam ſub pęna ſilentium ab om-
nibus teneri,vt clerici celebrantes diui-
na,non abſtrahantur.quod & obſeruã-
dum eſt. idque etiam obſeruatum a le
ge ciuili,vt præcedat monitio, cum ſi-
lentium indicitur, tex. eſt qui conti-
nuo practicatur. in §. ſi quis autem nõ
implens. cum ſua gloſ. in auct. de hæ-
red.& falcid. & de ſilentio fęminarum
dicit Ariſtotel. 1. Polit. quòd id ornat
mulierem, ſilentii amicus appropin-
quat Deo,legitur de religioſo. & laten-

19 ter colloquens Deo illuminatur. † In his igitur prouidere debet epiſcopus, vt in omnibus cultus diuinus augeatur omnia nitide mundentur ad partem, iuxta piſcinam ſeu ſacrarium, vel prope altare, aut in alio honeſto loco, nec a laicis tangi, & contractari permittat, ſicut multi faciunt, qui corporalia, & calicis panniculos a mulieribus purificari faciunt, antequam in ſacrario mundauerint. contra tex. in cap. non oportet. cum duob. ſeq. 23. diſt. & vitreæ feneſtrarum ipſius eccleſiæ debent eſſe integræ, non fractæ, ne celebrantes diuina, maxime nocturnum, eo tempore, & ventis, & aquis opprimantur, ex quo alij terreantur ad eccleſiam debitis horis accedere pro officio celebrando iuxta laudabilem ec-
20 cleſiæ conſuetudinem. † Et circa paramenta viſo ſi ad ſunt omnia neceſſaria vt ſupra eſt dictum, ſacriſtæ ipſis nõ vtantur pro orandis ſedibus, muris, cappellis, ſed tãtummodo ad uſum deſtinatum, conſeruentur; fortius ne ad vſus prophanos, ſed conſiderent quòd Baldaſſar filius Nabuchodonoſor ex prophanatione veſtimentorum, & vaſorum templi Dei mortem aſſequutus eſt. Dan. 5. cap. de conſecr. diſt. 1. cap. veſtimenta. c. ſancta. & vide 26. quæſt. 5. cap. ſi quis epiſcopus. quòd deponatur omni gradu. immo committit ſacrilegium S. Thom. 2. 2. quæſt. 99. ar. 3. verſ. dicendum & quia ad laruas, & fabulas, & ſpectacula multi auſi fuerunt, etiam per vim vti, neceſſarium fuit ſententiam excommunicationis la-
21 tæ ſententiæ apponere. † Fideles omnes moneantur ipſius eccleſiæ ſanctitatem, quia terribilis locus, vbi Deo ſacrificatur. Geneſ. capit. 18. Exod. capit. 3. Vnde cum maxima reuerentia, & deuotione ingreſſus ipſorũ ad ipſam eſſe debet, vt genufle ctant, non ſtẽt ante fores, nõ capite cooperto, nec ſedeant, cum ſtandum eſt, & ad Euanlium. de celeb. Miſſ. c. Sane. de conſecra. diſt. 1. c. Apoſtolica. humilis enim & deuotus debet eſſe ingreſſus ad eccleſiam, quia ſi humiliter ingredimur, & manemus coram domino temporali, fortius coram Domino dominorum, & Regum Rege. de immun. eccle. lib. 6. cap. decet domum Dei argumen. cap. vergentis. verſ. cum enim de hęret. ipſius enim eſt terra, & plenitudo eius. orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo. pſal. 11. inde Pius Quintus Ponti. Maxi. in ſua conſti. cum primum. §. vt igitur. 1565. ann. 1. contra deambulantes per eccleſiam ſanxit, innouando Conſtitutionem Gregorij Decimi, eod. capit. decet. Vt ad eccleſias ſit humilis, & deuotus ingreſſus, quieta conuerſatio, deuotis orationibus inſiſtant, & omnes genibuſflexis ſanctiſſimum ſacramentum adorent: ad nomen Ieſu Chriſti Domini noſtri, cum exhibitione reuerentiæ caput inclinent: nullus in dictis eccleſiis ſeditionem faciat, tumultum excitet, clamores moueat, impetumve committat, ceſſent vana, fęda, & prophana colloquia, riſus immoderati, & ſtrepitus omnes iudiciorum, & alia quęcumque, quæ diuinum officium perturbare poſſint, nullus intra eccleſiam deambulare audeat, ſiue præſumat dum celebrantur ſacra Miſſarum myſteria, & alia diuina officia: contrafaciẽtes præter acrimoniam diuinæ vltionis, puniendos pęna arbi-
22 trio ordinariorum imponenda. † Malis

lis autem chriſtianis prohibendus eſt eccleſiæ ingreſſus, de his, qui publice mali ſunt, argum. cap. nolite recedere. 11. quæſtio. 3. Vnde hæc pœna ingreſſus timenda eſt, tamquàm prohibitiua accedere ad communem matrẽ, quæ eſt eccleſia. ſeſſ. 18. Concil. Trid. §. quoniam vero, & hanc pœnam ſæpe ſacri canones imponunt, ſeſſio. 6. eiuſ. Concil. de reformat. cap. 1. §. creſcente vero, de ſenten. excomm. cap. ſacro. ſylu. interdictum quarto, in fine, & prohibitus, ingrediendo mortaliter peccat. eodem verb. 6. de quo alio diximus, feſtinemus ergo omnes in illam requiem ad Hebr. 4. & manere in ipſa vnitate ſanctæ eccleſiæ, eique incorporari fidelis quilibet deſi-
23 derare debet. † Nam extra eccleſiam nulli datur ſalus, Non poteſt habere Deum patrem, qui vniuerſalis eccleſiæ non tenet vnitatem, cap. alienus. 24. quæſtio. 1. cum ex ipſa ſola veritas inſpiciatur, ead. quæſt. cap. quia ex ſola, & Beda ſuper Matth. quicumque ab vnitate fidei, vel ſocietatis Petri Apoſtoli quolibet modo ſemetipſos ſegregauerint, tales nunc, nec vinculis peccatorum abſolui, nec ianuam poſſunt regni cęleſtis introire, ead. quæſt. capit. quicumque: Eccleſia nempe eſt columna, & firmamentum veritatis. ſeſſ. 13. Concil. Triden. de ſanc. Euchar. ſacr. cap. 1. in princ. (eſt namque maxima hæreſis ab eccleſia deteſtata, quòd quilibet poſſet ſaluari in ſua lege, vel ſecta. Alber. de hæret. q. 22. num. 40. Aluar. Pelag. lib. 1. cap. 23. quia Chriſtus nõ eſt diuinis 2. ad Cor. cap. 6.) neque eccleſia eſſe poteſt, vbi ſciſma eſt, cap. pudenda. 24 prima Dom. meus, dom. Cardin. Albanus de pot. Pap. 2. part. nume. 57. pulchre do. Card. de Turr. Crem. in ſua ſum. eccl. lib. 1. cap. 21. nec extra eam ſanctitatis ſpecies eſſe poteſt, domin. Cardin. Aracęl. de ſym bol. Apoſtol. cap. 36. Florẽ. in prima, titul. 6. cap. 2. §. 5. verſ. de quarta. Vna eſt fidelium vniuerſalis eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur, eſt diffinitio Conc. generalis ſub Innocen. III. cap. primo. §. vna uero, de ſumm. Trinit. quia homo abſq. diuina gratia per Ieſum Chriſtum, non iuſtificatur ſuis operibus, quę vel per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam fiant, ex determinatione ſanctæ eccleſiæ in Conc. Tri. ſeſſ. 6. de iuſtif. can. 1. in qua ſanctæ eccleſiæ vnitate ſuffulti gratia omnipotentis Dei nos viuimus, & ipſo adiuuante, qui ad ſe confugientes non deſerit, ſemper durabimus, qđ concedat pius, & miſericors dominus noſter Ieſus Chriſtus, omnium gratiarum fons, & auctor. ſeſs. 21. præfati Conc. Trid. de com. ſub vtraque ſpet. can. 3. & qui dilectam animam ſuam in noſtræ ſalutis precium poſſit, & carnem ſuam nobis dedit ad manducandum, & c. 8. §. demum auc. eod. tit. vna eſt ſancta eccleſia, & ea quidem non foris, ſed intus, & ſicut extra arcã Noe omnes mortui fuerunt, ſic extra eccleſiam nullus ſaluatur, inde Bern. ſuper cantic. ſermone 37. in princ. ſine timore, & amore Dei ſalus non poteſt: abſit in aliquo gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, 2. ad Cor. 11. abſit in aliquo quoque fiduciã noſtrã collocare, quàm in hac, quæ ſalus, & noſtra redemptio eſt. do. Card. Hoſ. de fid. & ſymbol. cap. 11. his debet populus ab epiſcopo inſtrui, ut omnes in vna eccleſia vnanimes ſint, agentes

gratias

gratias Deo de ſalute : ſicut legimus de maioribus noſtris,quòd multitudini credentium erat cor vnũ, & anima vna. Actuum Apoſtolorum, cap. 4. & in epiſtola.4.Diui Clementis,cuius dicta referuntur. 12.q. 1. in c.dilectiſſimis. Item Domi. Cardin. Hoſius, in ſua Paręneſi. fol.766.&c.

DE OBLATIONIBUS ECCLESIASTICIS, *& eorum Inquiſitione.*

CAP. VIGESIMVMQVARTVM.

SVMMARIVM.

1 *OBLATIO quid ſit, & vnde originem habuit. Et quod eſt duplex. nu.2.*
3 *Oblationes faciendæ ſunt in Eccleſia. Et an de præcepto.nu.4.*
5 *Oblationes ex quattuor poſsũt deberi.*
6 *Sacerdos quando poſſit petere oblationes.*
7 *Laici non debẽt ſibi vſurpare oblationes Eccleſiarum.*
8 *Innocentij opinio diſcutitur.*
9 *Interdictum recuperandæ poſſeſſionis a quo debet intentari.*
10 *Oblationes quorum non accipiantur.*
11 *Epiſcopus quando vendicat ſibi oblationes.*
12 *Oblationes factę imagini exiſtenti in muro cuius erunt.*
13 *Epiſcopus quas oblationes perſuadent Chriſtianis.*

SAEPIVS in viſitatione ipſius cathedralis eccleſiæ, & aliarum,quæſtiones occurrunt de oblationibus eccleſiaſticis, etiã cum laicis, forſan prætendentibus,vel ſaltem ſe intromittere volentibus, immo inter ipſum epiſcopum, & ſacerdotes eccleſiæ, ideo aliqua de ipſis breui-
1 bus verbis dicenda ſunt. † Ad quod inquit dom.Card. Hoſius ſcribens cõtra Phil. Mel. de imped. matr.cap.56. laicos habere ſuas oblationes, quas ad altare offerunt, ſequentes præceptum domini, Exod. cap. 24. non apparebis in conſpectu meo vacuus: ex uſu antiquiſſimo, & dicitur oblatio actus exterior religionis, cum offeratur Deo aliquid in recognitionem ſupremi dominij, & ad ſignificandum ſacrificiũ, quo anima fidelis ſe ipſam offert Deo. Viguer. de virtu. iuſt. uerſ. 13. dicunturq. oblationes, quæcũq. de propriis, & licitis rebus eccleſiæ a fidelibus offeruntur, cap. cauſa Carpenſis, de verb. ſign. & eſt nomen extenſiuum ad omnes res S. Tho. 2.2. quæſt.86.ab Abel Iuſto, qui obtulit Deo de primogenitis gregis ſui, & de apibus eorũ. Gen. c. 4. ſic etiam Noe egreſſus de Archa obtulit holocauſta ſuper altare, eod. libr.cap.8.meminit etiam Petr.Rebuf. de decim.q.1.num.23. & ſcribunt pleniſſime Marian. Soccin. Troyl.Malu. Andr. Barbat. in pecul. trac. de oblat.

† Et

2 † Et licet Rebuffus ead.q.num.27. tres ponat oblationum ſpecies, tamen ad propoſitum dicimus, ꝙ eſt duplex oblatio, ſpiritualis, & temporalis. Spiritualis cum offertur Deo patri Corpus Chriſti,& ſanguis eius,de qua oblatione tractamus infra, cum de ſacramẽto Euchariſtiæ ſcribimus, de cuius ſpiritualis oblationis fructibus,multa Venerabilis Beda in ſua Anglicana hiſtoria, lib. 4. & cap. 22. Temporalis autem, de qua nunc loquimur, ex rebus prædictis, vt de Abel,Noe,legitur, quæ eſt triplex ſecũdum diſtinctionẽ Reb. prima ſi donatur eccleſiæ,vel ipſi Deo, aliquid a Chriſtiano inter viuos dicta, dum cogitat de remiſſione ſuorũ peccatorũ, & vt reddat aliquas gratias ipſi Deo de beneficiis acceptis, & in hoc caſu diligens debet eſſe ſcrutatio epiſcopi, vt videat, quæ ſunt donata, ſi aurea, & argentea vota, quòd conſeruentur, & adnotentur, nec alienentur inconſulto Romano Pontifice. niſi enim diligentia adhibeatur, facilis datur aditus remouendi,& occultandi, maxime vbi cõſtituuntur cappellani per Abbates, & Rectores, qui ſolent ignorantibus Abbatibus, & Rectoribus occultare, & vſurpare, (quod nos ordinauimus in Eccleſia Rauellẽſi, in viſitatione vna eccleſiæ ſancti Triphonis, quæ ſubeſt ordinario iure eccleſiæ cathedrali Rauellenſi, quo eſt cõcurſus multus, & deuotus populorum multa offerentium quod enim ſtatuimus fuit reſpectu cappellani exiſtẽtis,non intuitu Abbatis, & Rectoris abſentis. ſciebamus enim quanta ſua prudentia, & in his vigilantia mẽtis,& quàm ardeat zelo cultus diuini. is enim eſt doctiſſimus Abbas Marius de Curte theologus primarius, & concionator, & cui Deus ex viſu exteriorum oculorũ ammiſſo, quaſi in tenera ætate, multa ſuperabundauit dona. ſic de alio Dydimo legimus, in hiſtor. tripart.lib.8.c.8. qui ignorans adhuc primas litteras oculis orbatus, Deo docente in tantã ſcientiarum diuinarum, & humanarũ eruditionẽ venit vt doctor primarius ſcholæ eccleſiaſticæ extiteret, qui & a Beato Antonio conſolatus eſt mirabiliter ſuper orbitate,quem ſe vidiſſe, & audiſſe teſtatur Ruffinus antiquus ſcriptor eccleſiæ in hiſtor. eccle.lib.11.c.7. habet enim ipſe modernus Abbas cui ſe aſſimilare, magno ſuo parenti Ioanni Andreæ de Curte Præſidenti Regij Concilij Neapolitani, qui dum vixit, fauit quidem eccleſiæ, & cuius merita cognouit Philippus Rex catholicus, conſiderans virtutes paternas frequentius in filios emanare, aſſumpſit exinde in eodem Concilio alium filium cõſiliarium Dominum Franciſcũ de Curte iuuenem admodum diligentiſſimũ, quibus fratribus nos plurimum debemus, ſicuti, & Patri dum vixit debebamus, modo ad propoſitum ſi fuerint veſtes, paramenta, ad uſum ipſius eccleſiæ deſtinentur, ſi pecunia in eſſe, vel annua, videatur donantis intentio, & declaratio, alias pro ipſa eccleſia adiuuanda reſeruetur, quæ omnia maxime oblata de argento, & auro in ſingulis viſitationibus recognoſcantur,& reuideantur: ſecunda ſpecies oblationis, quæ fit a Chriſtianis dicitur cauſa mortis,aliter legatum pium, vel etiã legatum pro anima, quod ſimiliter diſcutiendum eſt, & diligenter examinandum, inde omittimus pro nunc quia infra in aliis libris plenius dicemus,

mus, cum delegatis piis recognoſcendis tractabitur. Tertia ſpecies magis ad uſum eſt, quã ſolent fideles ad Miſſam facere pro poſſe ſuę facultatis, & ad libitum de modo, de qua Deus recipit, & conſiderat plus voluntatem offerentis quàm oblatum. 14. quæſt. 5. c. ſcriptum eſt. teſtis eſt vidua illa paupercula a domino noſtro Ieſu Chriſto laudata, propter duo minuta ærea Miſ-
3 ſa in gazophilacium. Luc. cap. 21. † De qua ſpecie in inuenitur reſcriptum Fabiani Papę ad Hilarium epiſcopum: oblationes faciẽdę ſunt in eccleſia diebus dominicis, & feſtiuis de conſ. diſt. 1. cap. omnis chriſtianus, ex cauſis antea dictis, & ibi glo. uidetur innuere eſſe præceptum, dum ſtante neceſſitate dicit poſſe prouideri per ſubtractionẽ ſacramentorum, ad hoc vt fideles citius inducantur ad oblationes, quæ Deo pro vſu, & commoditate ſuorum miniſtrorum offerentur, ipſi enim orãt pro populo. Vnde Chriſ. in acti. Apo. Home. 18. ad pacem agricolarum offerre oblationes eſt vtile, quia venerabilis presbyter erit poſtea, & ad ſecuritatem agri conducet, præces illic perpetuæ propter te. laudes, & ſinaxes propter te. oblatio per ſingulos dies dominicos, & quamuis tex. eiuſdem cap. omnis chriſtianus per authoritatem
4 ſcripturæ Exodi aperte loquatur. † Tamen conſuetudine communiter eſt receptum, neminem talibus diebus eſſe obligatum de pręcepto offerre, vt aliter peccet. cõtra dictum. gl. Abb. & cęteri in rubr. de paroch. Theologi omnes in ſum. in hoc verb. Ferdin. Paez in repet. cap. Miſſas num. 143. vſq. ad finem de conſecr. diſt. 1. in priori parte. Si tamen in ipſa cathedrali eccleſia uel etiam in alia eſſet antiqua conſuetudo offerendi, eam, vt laudabilem faciat epiſcopus obſeruari iuxta præceptum Innoc. III. in Conc. gener. de ſymon. cap. ad Apoſtolicæ. de qua conſuetudine item per decem annos accepta dicit vnum verbum Marti. Nau. qui conatus eſt omnia ad communẽ vtilitatem tangere in ſuo Man. reformato. c. 13. num. 19. ex quo dicit vnus doctor modernus, quòd Senenſes non poſſunt tollere per ſtatutum oblationem ſolitã fieri in aſſumptione Beatę Marię. Abb. in cap. abolendę de ſepulr. ideo quod per antiquitatem ſolitum eſt. immutari minime debet arg. l. minime. ff. de
5 leg. † Poſſunt tamen generaliter eſſe in obligatione, quod conſiderari debet ab epiſcopo viſitante. ex quatuor cauſis. ſecundum S. Thom. ead. quæſt. 1. cum ratione cenſus, vel ſuperioritatis id ſtatutum eſt certis diebus comparere, & offerre, de quo maxima eſt controuerſia, & diu agitata inter do. Archiep. Neap. & presbyteros Turris octaui. ſeu ſimpliciter offerre, vel ratione rei, quæ ab eccleſia tenetur, vt in omnibus fere eccleſiis cathedralibus videmus. Secundo ſtante obligatione teſtamentaria, vt de ſecunda ſpecie oblationis patet, & eſt tex. in c. qui oblationes. 13. quæſt. 2. qui oblationes defunctorum retinẽt, & eccleſiis tradere demorantur, vt infideles ab eccleſia ſunt eiiciendi. cum duob. cap. ſeq. Tertio ſtante conſuetudine antiqua, vt paulo ſuperius eſt dictum. arg. tex. cum gl. C. de ſacr. ſanct. eccle. l. priuilegia. Quarto ſi neceſſitas in miniſtris eccleſiæ ad ſit, etiam in epiſcopo, qui eſt primus parochus totius
6 diœceſis. cap. 1. de paroch. † Si enim ſacerdos non habet ex eccleſia vnde poſ-

ſit viue-

ſit viuere, non per ſubtractionem Sacramentorum, vt dicit gloſ. in cap. omnis chriſtianus, quia diceretur grauis iactura, citato cap. ad Apoſtol. ſed per mediū ſuperioris, qui cogat parochianos ad ſubueniendum, Fel. in cap. veniens. num. 3. de teſtib. nam cum ſe impediat in ſpiritualibus, congruum, & rationi conuenit, quòd habeat temporalia. cap. prim de eccleſ. edif. Couarr. lib. 1. var. reſolut. cap. 17. nu. 2. verſ. cæterum. Idq. iure nouiſſimo receptum eſt poſſe populum compelli miniſtrare neceſſaria pro vita ſacerdotis. ſeſs. 21. Conc. Trid. de refor. c. 4. §. illis autem.

7 † Sed diligēter eſt prouidendū ab ep̄o, ne ipſæ oblationes aliquo prætextu occupentur a laicis, etiam per poteſtatem ſecularem. Quicumq. (dicit Paſchalis Papa in cap. cauſa. de verb. ſigni.) eas per poteſtatem ſecularem obtinet, proculdubio contra Deum, & ſanctorum Patrū nititur ſanctiones: quinimmo, & qui accipit, & qui tradit, raptor, & ſacrilegus iudicatur, & gloſa addit tertium Iudæ furi comparari, & ponitur. 10. quæſt. 1. cap. ſanctorum. & cap. hanc conſuetudinem, & hodie ſi laici vſurpare auſi fuerint, anathematis vinculo innodati ſunt, nec poſſunt abſolui niſi pleniſſima facta reſtitutione, & a Summo Pontifice abſolutionē habuerint iuxta decretum Conci. Trid. ſeſs. 22. de reformat. cap. 11. nec lites ortę, coram laico debent tractari, ſed coram eccleſiaſtico, cum ſint ipſa negocia mere ſpiritualia.

8 † Neq. obſtat opinio Innoc. in c. cum dilectus de elect. (vt dicit do. Petr. 2. part. cap. 7.) vbi vult ꝙ quoties laici agunt de reſtitutione ſpiritualium, cauſa non ſit mere ſpiritualis, & exinde poſſet in foro ſeculari tractari, quia debet intelligi, quando aliquod imminerct periculum, vel è contra, quando laicus eſt ſpoliator, & tractet ſe manuteneri: cum Principes difficilier conſentiat laicos coram eccleſiaſtico conueniri, quod eſt abſurdum in his cauſis. ſecus ſi clericus prætenditur ſpoliator. cap. 2. de Iudic. & ſic procedat opinio Innoc. quem omnes ſequuntur, nec tamen eſt communis, vt nouiſſime diſputat Mennochius in tract. de recuper. poſſ. remed. 15. nu. 221. cum ſeq. neque in ſuper poſſunt prætendere poſſeſſionem, ex quo obſtat iuſ. ex dictis per Azon. in ſum. de acqui. poſ. Qui enim vult intentare interdictum

9 recuperādę poſſeſſionis. † Requiritur quòd pęnes ipſum poſſit eſſe vera poſſeſſio. de offic. leg. cap. conſultationibus, de reſtit. ſpoliat. cap. in litteris. & per Mennoch. in eod. tract. & hæc eſt veritas, etiam quòd ſtaret conſuetudo, quæ non tenet. dicto. c. ſanctorum. 10. quæſt. 1. Petr. Rebuff. de decim. quæſt. 1. nu. 26. & melius nu. 28. contra Deci. conſ. 148. qui innuebat contrarium, de oratorijs priuatis, immo, quod eſt fortius, epiſcopus non poteſt conſentire, vt laicus habeat dimidiam partem oblationum. cap. ſi quis baſilicam. de conſecr. diſt. 1. Rebuff. not. eod. nu. 28. & tex. memorati Conc. Trid. cap. 11. ſeſs. 22. dicit quaſcumq. obuentiones, qui tex eſt notandus, & practicabilis, & vt confeſſionibus deputati non ignorent ipſum ad hoc, vt pænitentes inſtruere valeant, & pro abſolutione ad Papam mittere, cum ſit excommunicatio reſeruata. obligantur, tamen ipſi eccleſiaſtici accipientes oblationes, facere orationes, obſecrationes, poſtulationes, & gratiarum actiones, pro vniuerſis chriſtianis,

nis, offerentibus prę ſertim. Rogante
enim ſacerdote pro populo, propitius
erit ei dominus. Leui. cap. 4. & rogabit
pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, &
10 dimittetur ei. eod. c. † Sed circa hoc eſt
attendendum, vt declaret epiſcopus ip-
ſis ſacerdotibus, non omnium obla-
tiones eſſe accipiendas, quia multorũ
reijcit eccleſia, tamquam extra ipſam
exiſtentium, in deteſtationem criminis
eorum. ut de hæreticis, Iudęis, excõmu
nicatis. dom. Florent. in 3. tit. 12. cap.
11. verſ. & nota. ſic etiam & de oppreſ-
ſoribus pauperum. ibid. per cap. obla-
tiones. 90. diſt. de raptoribus probatur
de raptor. cap. ſuper eo. & de vſurariis
c. quia in omnibus. ipſo tit. oblationes
iniquorum non reſpicit Deus, ſicut ad
munera Cayn non reſpexit Geneſ. ca.
4. quod enim ex ſcelere offertur in ſa-
crificio Dei, ipſius iracundiam non pla
cat, ſed irritat 1. quęſtio. 1. cap. non
eſt. Rebuff. ead. quæſt 1. nu. 31. remit-
tens ſe ad Marian. Socci. in ſuo tract.
dom. Card. Hoſius citato cap. 56. addu
cens aſſines atrocium criminum, vide
aliqua per Abb. in cap. ex transmiſſa, de
decim. & in c. cum voluntate de ſent.
11 excom. † Ipſe tamen epiſcopus obla-
tiones factas in eccleſia cathedrali ſibi
uendicat, vel in alia ibidem celebran-
do, ea occaſionẽ factas. Flor. vbi ſupra
ex mente Hoſt. Rebuff. num. 27. per ip-
ſum conuertendas in reparationem
eccleſiæ, ſi egeat. nu. 30. vbi adducit de-
cretalem Alex. Tertii, ſuper rub. de de-
cim. quæ decidit quæſtionem, & in pa-
rochiali eccleſia ſint curati, rectoriſq.
ſeruata canonica portione epiſcopo.
10. quæſt. 1. c. ſacerdote cum iure cõ-
muni habeat ipſe epiſcopus quartam
partem omnium oblationum obueniẽ
tium infra fines ſuę diœceſis, quę dici-
tur ipſius parochia. de offic. ordin. cap.
conquerente. not. Boer. poſt canoniſtas
in glad tract. de author. magn. Conc.
& Couar. in cap. officij. nu. 1. de teſtã.
& dico latius in compendio de iuribus
12 epiſcopalibus. † Hinc ſuccedit illa vul-
garis quæſtio, quę multoties accidit.
Cuius erunt oblationes factæ imagini
depictæ in pariete alicuius priuati, per
quam dominus dignatus eſt facere mi-
racula, & determinatur eſse illius eccle-
ſiæ parochialis, intra cuius fines eſt ip-
ſa domus priuati, de teſtam. cap. re-
quiſiſti. Abb. in cap. paſtoralis de his,
quæ fiunt a Prælat. Fel. in cap. dilectus
vbi multa dicit, de offici ordin. nec
epiſcopus poteſt concedere domino
domus, ubi eſt imago. Abb. in c. quam-
uis eod. tit. Rebuff. ead. quęſt. 1. nu. 29.
quod eſt ſingulare dictum, idem ſi ſit
cappella priuata, quòd cedat parochię
Abb. in cap. ex tranſmiſsa de decim. &
notatur ad plures ſimiles quæſtiones,
& Abb. vide in cap. cum conligat. nu.
13 8. eod. tit. † Idq. pro complemento mo
neat epiſcopus cunctos fideles teneri
ad primam oblationem, ſcilicet offerre
ſe Deo, ipſumq. laudare, & hæc obla-
tio ſecundum Beat. Bern. in ſentent.
triformis eſse dicitur affectuoſa, vt
mens concordet uoci, fructuoſa, vt edi-
ficationem pariat intuenti, gratioſa, vt
placeat conditori, qui gratis dedit, &
in ipſa oſtendamus conſtantiam viri-
lem, continentiam carnis, & conſcien-
tiam humilem. Idem ſerm. 3. de purifi.
Virg. in fine.

DE SEPVLTVRIS ECCLESIASTICIS, & quibus eccleſiaſtica ſepultura denegetur.

CAP. VIGESIMVMQVINTVM.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura curam habere laudabile eſt.*
2 *Sepultura eccleſiaſtica quid denotet, & quare tradatur. nume. 3.*
4 *Pęna ē carere eccleſiaſtica ſepultura.*
5 *Sepultura ex quibus dicitur prodeſſe defunctis.*
6 *Exequiarum pompa an ſit laudabilis.*
7 *Sepultura electio eſt libera.*
8 *Sepelliri etiam deſideratur apud Religioſos.*
9 *Sepultura an impediatur per interdictum.*
10 *Sepulturam vendere ſimonia eſt.*
11 *Sepultura quibus deneganda ſit.*
12 *Clerici vbi ſepelliendi ſunt. Vbi de monachis, rectoribus, & alijs.*
13 *Sepellientes hęreticos, & excommunicatos qua pęna teneantur.*
14 *Eccleſia non debet defraudari quarta funeralium ſolita ſolui.*

1 POſtquàm laudabili cõſuetudine† fuit a maioribus noſtris introductum corpora defunctorum in eccletijs ſepelliri, vt ſupra cap. 12. de viſitatione cęmeteriorũ eſt dictum; laudabile etiam ſemper fuit reputatum, quemlibet curam habere de ſua ſepultura. & ſuorum maiorum. dom. Flor. plura exempla recenſet in ſum: 3. par. tit. 10. c. 1. doctores in l familiaria. ff. de relig. & ſumpt. funer. Gul. Bened. in ſua longa repetit. cap. Raynuntius, in verb. mortuo itaque teſtatore; lo primo, nu. 61. de teſtam. quod pium officium, & amicos, & plerumq. inimicos adimpleuiſſe legimus, & vidimus, & magnos Principes ad ſuos familiares, & ſubditos, ſic ratio dictat procurandas eſſe ſepulturas, de quibus in viſitatione ſolent plura occurrere inquiri, cũ aliquibus non paſſim concedatur, qđ, & epiſcopus declarare debet, ſimulq. diligenter videre, ſi charitatis officia exerceantur, neve aliquod in honeſtũ, aut ſimonię ſuſpicio interueniat, ex parte miniſtrorũ eccleſiæ: ideo aliqua iuxta ſolitum ſunt dicenda.
2 † Sepulturæ enim deuotum officium affert quodãmodo teſtimonium bonæ fidei, & vitæ, & eſt locus concauus in loco eccleſiaſtico factus, vbi corpus catholici quieſcit. 1. q. 2. c. nullus. do. Cardin. Aracęl. de ſacram. pęni c. 44. eſtque locus benedictus, vnde dicitur p omnes in clem. 1. de ſepult. duo requiri, vt corpora mortuorum ſepelliantur in loco ſacro, primo, vt ille locus ſit deputatus adhoc cum certa ſollemnitate. Secũdo, q̄ ſit per epiſcopum benedictus. c. nemo. de conſec. diſt. 1. & hæc verba applicãtur ipſi ſepulchro: proprius tamẽ

ſepul-

ſepulturam dicimus diuinum officiũ, quod mortuo impẽditur, dum corpus
3 eius terræ traditur. † Mortuis autem ipſa ſepultura ex multis conceditur, nã proximi venientes ad eccleſiam, & reſpicientes ſepulchra maiorum recordantur de ipſis, & præces Deo effundunt. cap. cum grauia. 13. quæſt. 2. Abb. & alijs in c. 1. eod. tit. Item quia licet vbicumq. quis ſepelliatur, domini ſit terra & plenitudo eius pſal. 23. eſt tamen ſecundum ſtatuta ſanctorum Patrũ, qui ſanxerunt corpora mortuorum debere requieſcere in locis ſacris. in c. fraternitatem per doct. de ſepult. & tertio, quia ſpecialiter commendantur patrocinijs illorum ſanctorum, ſub quorum nomine eſt Deo eccleſia dedicata, & quia de corpore eccleſię eſſe cognoſcuntur, ſub cuius protectione etiã requieſcunt, quouſq. angelica tuba ſonabit: ſurgite mortui venite ad iudicium: Matth. cap. 25. de qua voce paueſcens S. Hieron. dicebat, ſiue comedam, ſiue bibam, ſiue aliud quid faciam, ſemper inſonare videtur in auribus meis illa terribiliſſima tuba, & verba ſurgite mortui venite ad Iudicium, dom. Car. Aracęl. de ſymbol. Apoſtol. cap. 32. de comit. vniuerſ. Iudici. Vnde ſunt verſus ab eccleſia in Miſſa generali defunctorum.

Tuba mirum ſpargens ſonum,
Per ſepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum:
Mors ſtupebit, & natura;
Cum reſurget creatura,
Iudicanti reſponſura.

De qua lamentatur patientiſſimus Iob. cap. 31. quid enim faciam, cum ſurrexerit ad iudicandum dominus, & cũ
4 quæſierit, quid reſpondebo illi? † De ſepultura itaq. pro graui pœna reputatum eſt aliquem carere in eccleſia. ff. de relig. & ſump. fun. l. quod ſi nulla. Rol. à Valle conſ. 20. nu. 27. cum ſeq uol. 3.

Vnde Dauid Rex ſummis laudibus proſequutus eſt eos, qui ſepulturæ tradiderant corpus Saulis ſui perſequtoris, & Marc. cap. 14. Chriſtus Dominus noſter voluit corpori ſuo, etiam de ſepultura prouidere, cum Ioſeph audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus eius, vt ſepulturæ traderet, & antiqui, pęnes quos item erat pietatis officiũ, maxime curauerunt id adimplere, etiã in hoſtibus. De Annibale inimiciſſimo Romani Imperij legitur, quòd paſſus non fuit inſepulta iacere corpora Pauli Aemilij, Tyberij Gracchi, & Marcelli. quibus adſtipulatur dictum Varr. de lingu. lat. Pontifices ſolitos eſſe dicere, familiam ipſius funeſtam manere, qui
5 in humatus erat. † Ipſis enim maxima prouenit vtilitas, quia in ſepulchris dicitur eſſe requies chriſtianorum defunctorum, ideo eorum cadauera mitius vexantur ibidem a ſpiritibus immundis gloſ. in eo cap. grauia. & do. Flor. citat. §. 3. & in hoc debet verſari ad modum epiſcopi diligentia imitando Tobię officium. de quo legitur in eius libro, quod tam intentus erat mortuorum ſepulturæ, vt exinde Deum propitium promeruiſſe, dom. Car. Hoſ. de cęrem. a loc. ſumpr. fol. 63 3. nec patiatur mortuorum corpora aliqua cauſa, aut etiã clericorum differentia diutius detineri, namque, & ipſum opus miſericordiæ eſſe ſacrę ſcripturę teſtantur, ſummo & lex ciuilis grauiter ordinauit, C. de ſepulchr. viol. & in euangel. Matth. cap. 26. legimus dominum commendaſſe opus mulieris de vnguento pręcioſo

uolo

tioſo effuſo ſuper membra eius, atque ad ſepelliendũ fecerit, cõſideret ſingulorum loca, & quibus prouidere neceſſe ſit, vel ex teſtamentis ipſorum, aut etiam viuorum actibus, compatietur animabus, quæ iam ſuffragia optant. & vide per Aſini. eod. tit. l. 2. §. in to-
6 tum. † Et licet mos exequiarum modeſte, & deuote ab Apoſtolis poſt Chriſtum ſit inductus dom. Card. Aracæl. de ſacr. pœnit. cap. 41. in fine, adducens teſtimonium Dionyſij dicentis, cultũ exequiarum in ſepultura chriſtianorũ fuiſſe ritum Apoſtolorum, id tamen ab epiſcopo eſt perſuadendum, vt euitetur põpa, & magnitudo funeris, potius ad ſolatium viuorum, & fauſtum mundi, quàm ad animarum refrigeriũ vt dixi in tract. de virt. & vit. de morte. cap. 46. in princ. & refert Flor. eodẽ met c. 1. §. 3. in 3. vtilitate. ſicuti videmus quotidie fieri, vbi pro anima defuncti aliquando nihil ordinatur & in comitatu gentium concurſus eſt magnus, ad quos bene dicit dominus Matth. cap. 8. dimitte mortuos ſepelli re mortuos ſuos: ſi tamen pauper quis moriatur, pauci ſunt qui pietatis officium operentur, & in hoc urget curã epiſcopi, vt prouideat eum ſepelliri, cũ ipſe ſit pater pauperum: immo antiquitus de publico funerabantur ſicut exẽpla adducit idem Aſini. in l. ſi quis ſepulchrum. §. ſumptus funeris. nu. 145. cum ſeq. ff. de relig. & ſump. fun. quod unq. cunctis fidelibus, & de chriſtiana religione recte ſentientibus prędicandum eſt: illius præfati ſanctiſſimi Viri Tobiæ memorando exemplum, qui relicto prandio ieiunus veniebat ad tollendum corpora occiſorum, vt ſepeliret, non timens regis mandatum, per quod exaudita eſt eius oratio. Tob. 3.
7 & 2. cap. † Ad aliudque item eſt attendendum, ut prouideatur etiam ſub præcepto, vt quiſq. tumuletur, ubi ſepulturę locum elegerit, cum libera ſit ſepulturæ electio, cap. cum liberum. de ſepult. tradit gl. in c. 1 in glo. fin. 13. quæſt. 2. cap. 1. eod. tit. lib. 6. vbi caſſatur electio, ſi ad ſuggeſtionem alterius fiat, & cum non eſt facta electio, declaret epiſcopus ſepulturam eſſe in eccleſia parochiali, ubi ſacramenta ſunt accepta: alias pęna eſt reſtitutionis corporis, & quicquid inde eſt peruentum ex decreto Alex. 3. in cap. ex part. lo 1. de ſepult. immo, qui perſuaſerit mutari, eſt excommunicatus, quia contra volũtatem, & excommunicatione maiori ſummo Pontifici reſeruata abſolutione de pæn. clem. cupientes. §. ſane. de quá meminit Mar. Naua. in ſuo Man. cap. 25. nu. 132. inde tex. eiuſd. cap. 1. de ſepult. lib. 6. vtitur illis grauibus verbis in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interminatione maledictionis æternę. de quibus uerbis infra ſuo loco dicetur. aliqua vide. per dom. Card. Aracæl.
8 de ſacr. pænit. cap. 44. † Hodie tamen & extra parochialem eccleſiam libenter ſepultura eligit in eccleſiis religioſorum, in quibus dicit glo. in cap. 3. de ſepult. frequentius diuina officia celebrãtur, nec impediri poteſt a parochis quibus tamen debetur ius quartæ, quę eis ratione eccleſiæ parochialis debetur. nec aliter debent ipſi religioſi ingredi parochiam alterius ſine permiſſione epiſcopi, vel parochi: nam conceſſio eis facta eſt de recipere valentibus eligentes apud ipſos ſepulturam: ſic tenet Oldrad. conſ. 81. quem multi ſunt ſecuti: quàmuis alii contra. ſed

tamen cócluditur per illam diſtinctio-
nem, & hanc quæſtionem diſputant
doct. in clem. dudum.§.huiuſmodi de
ſepult. & latius Gemini.in c. 2.nu. 20.
de conſtit.lib.6. nec facit conceſſio pri-
uilegiorum maris magni, & bullæ Pij
Quinti Pontif.Max. dum mandat fra-
tres religioſos non prohiberi in aſſociá
do mortuos.in.§.prohibemus, quia ex
duobus reſoluitur, Primo ꝙ loquitur
de aſſociando,cum deferuntur ſuis ec-
cleſijs. vel inuitentur ad aſſociandum,
vel ſi includat,abſq. præſentia rectorũ
eccleſiarum,reſpondetur priuilegia ip-
ſius maris magni,& litterarum prædi-
dictarum eſſe reuocata, & reducta ad
terminos iuris communis per ſanctiſ-
ſimũ D.Do.Gregor.XIII. Pontif.Max.
in ſua conſt. incip. in tanta negociorũ
mole.Primo an.ſui Pont. 1572. Vt ali-
bi dico,& meminit eam referens Mar.
Nauar.in fine ſui Man. & ſic ſtatur di-
ſpoſitioni iuris, vt in aliena parochia
nullus manum immittat.6.quæſt. 3.c.
ſcriptum eſt.ex tex.eiuſdem. clem. du-
dum.§. huiuſmodi ad quam vide Fed.
de Sen. conſ. 154.inci. Ioannes ſeruus.
eamdemq. opinionem, ꝙ non poſſint,
ſequitur Rebuff. lib. 1.Conſt.Franc. de
ſent.exc.ar.3.gl.1. nu.3. fol.338.bonũ
eſt tamen ne parochus impediat, cum
ſibi de iuribus competentibus conſul-
tum ſit, per eumdem tex. & epiſcopus
9 componat,ne lites oriantur.† Si vero té
pore interdicti loquimur, cauendum
eſt ab epiſcopo,ne quis eccleſiaſticæ ſe-
pulturæ tradatur. tex. in clem. 1. de ſe-
pult. vbi abſolutio denegatur contraue
nienti, niſi ad arbitrium diœceſani ſa-
tisfecerit,quod intelligitur,vel in inter-
dicto generali, vel in eccleſia particula-
ri interdicta, vel de aliquibus expreſſe
interdictis doct. in verb. interdictum.
Tab num.12.§ 5.Sylu.nu.4.etiam lo-
quẽdo de quatuor feſtiuitatibus anni,
ex tex.cap. alma noſter. §. pen.de ſent.
excom. lib. 6. quia permiſſum eſt cele-
brari,non tamen ſepelliri, fallit tamen
regula dictæ clem. in clericis,qui ſerua
uerunt interdictum, nam cum ſilentio
poterunt tradi eccleſiaſticæ ſepulturæ,
ſine campanis, & ſollemnitatibus, ex
ſpeciali gratia conceſſa per Innoc. Ter-
tium Pont. Max. in cap.quod in te. de
pœnit. & remiſs. & in aliis ſecundum
cap. priuilegia.de priuileg. dummodo
non fuerint ipſi particulariter interdi-
cti;vel excommunicati, aut eccleſię nó
fuerint interdictæ & hæc ſunt declarã
da tempore viſitationis omnibus preſ-
10 byteris.† Et per diligẽtem informatio-
nem, & etiam per ſcripturas Viſitans
debet inquirere, ne pro mortuis inferẽ
dis,ipſa ſepultura vendatur,aut prætio
conceſſio facta fuerit. Vnde legitur in
Conc. Tribur. cap. 16. interdictum ſit
omnibus chriſtianis terram mortuis
vendere,ſi ſimonię labes euitari uult.c.
abolendæ de ſepul.dom.Card.Aracæl.
de ſacr.pęnit. c.44. Alphonſ. Aluar. in
ſuo Spec.de ſimon.c.62.circa finem &
dicit dom. Floré. in ſępius allegato c.§.
8.ꝙ Ephron,qui vendidit agrũ Abraę,
in quo erat duplex ſepultura Adam, &
Euæ,commiſit ſimoniã, quia reſpectu
illius ſepulchri plus petiit de agro, &
in 2.part.tit.1.c.5.§.22.per totum, vbi
nec pro exequiis, nec tardari debet ſe-
pultura; ſed laici tenentur obſeruare
laudabiles conſuetudines pro exequiis
inductas. c.ad apoſtolicam de ſimon.
& c.ad noſtram,& not.in dicto. §. 22.
& conſuluit Roma.conſi. 344. in caſu
11 propoſitæ.† Inſuper eſt declarandum
non-

non omnibus eſſe conceſſam ipſam eccleſiaſticam ſepulturam, ſed aliquibus denegari, vt excõmunicatis, & interdictis, ſcilicet nominatim, ut ſupra eſt dictũ. Iudęis, Paganis, hæreticis, ſciſmaticis, manifeſtis vſurarijs ead. cle. 1. de ſepult. Et dicitur manifeſtus vſurarius, qui cõuincitur ex ſuis ſcripturis, vel ad hoc publicam tenet menſam paratam c. 1. & 2. de vſur. lib. 6. clem. 1. eod. tit. mortuis in torneamentis. c. 1. de torn. confirmatum per tex. Conc. Trid. ſeſs. 25. de reformat. gen. c. 19. §. qui vero. ponit Sylu. in verbo ſepultur. nu. 9. nec blaſphamãtes Deum admittuntur. c. 2. de maled. item non cõmunicantes ſaltem ſemel in anno reijciuntur, & non oſtendentes ſigna cõtritionis p cap om nis vtriuſq. ſexus. de pœnit. & remiſs. & ille, qui notorie moritur in peccato mortali. c. 2. 13. q. 2. dantur exempla inter alia de eo, qui voluntarie ſe occidit, ſine eo, ꝙ pęniteat: vt declarat Aſin. in l. minime. nu. 20. ff. de relig. et ſump. funer. & eſt glo. in cap. ex parte. lo 2. de

12 ſepult. & iuxta ſuperius dicta. † Cum in dubio quis optet ſe ſepelliri in ſepulchro maiorum, ſecundum notata per Ioan. Andr. de ſepult. lib. 6. cap. animarum. Clerici tamẽ ſepelliendi ſunt vbi ſunt intitulati (quando tamen aliã non elegerunt) dom. Florent. in ſum. 3. part. tit. 10. c. 5. §. 1. ſic ſi quis habet pręb endam in eccleſia cathedrali, ibidem ſepellitur, etiam ꝙ ei ſit annexa eccleſia parochialis: Rector item, ſuę eccleſiæ curatæ in eadem: Aſini. in l. familiaria. nu. 19. cum ſeq. vbi etiam de epiſcopo. eod. tit. de relig. & ſumpt. fun. & in l. 2. §. in locum. nu. 79. de monachis non ſepelliendis extra monaſterium, cui addicti ſunt. c. 1. cap. placuit. 16. q. 1. ad primum Petr. Rebuff. in in tract. de reg. ſeu, lib. baptiſm. ſepult. ar. 5. fol. 320. lib. 2. Conſtit. Franc.

13 † Ad illud autem de excommunicatis non ſepelliendis ſupra. nu. 11. eſt addendum ꝙ ſepelliẽs ſcienter illos, vel hæreticos, aut fautores eſt excommunicatus ipſo facto, & tot excommunicationes incurrit, quot ſunt qualitates ſepultorum, et eadem ſententia tenentur cooperãtes, & aſſociantes, terram aperientes, tamquam participes in crimine. per cle. 1. vbi doct. de ſepult. & alius tex. de ſepelliente hæreticos. in c. quicumq de hæret. lib. 6. examinat Flor. ead. par. tit. 24. cap. 5. de quo etiam meminit Naua. c. 27. ſui Manua. nu. 134. & de clem. 1. de ſepult. num. 137. excommu. 34. vbi dubitat de opinione glo. & aliorum cir ca aſſociantes.

14 † Et deniq. videndum eſt ſi ipſa eccleſia cathedralis ratione ipſorum funeralium ſolita fuerit habere quartam, maxime in monaſteriis, quã nunc non poſſideret, ꝙ prouideatur exigi, & in futurum obſeruari, ubi ante annos quadraginta ſolita fuit præſtari, per nouam conſtitutionem Conc. Tri. ſeſs. 25. de reform. gen. cap. 13. non obſtantibus quibus cumq. priuilegiis, etiam mari magno per idem decretũ, & alijs litteris adiuuantibus Do. noſtri Papæ. de quibus ſupra. Quod, & ad eccleſiam parochialem ampliatur. iuxta alleg. cap. & de quibus debeatur ipſa quarta ead. clem. dudum. §. huiuſmodi. & attenditur inde, quod eſt ſolitum, quia in his multum operatur cõſuetudo, Petr. Vbald. plura ponit. in tract. de quarta canonica. vbi vide.

L 2 DE

DE REPRAESENTATIONE PASSIONIS Chriſti, & aliorum Martyrum.

CAP. VIGESIMVMSEXTVM.

SVMMARIVM.

1 Repraeſentationes paſſionis Chriſti, & aliorũ Martyrum non ſunt de facili permittendæ.
2 Chriſtiani debent imitari paſſionem Chriſti.
3 Tria ſunt meditanda in paſſione Chriſti. Et talis meditatio tria producit. num. 4.
5 Abuſus aliquorum in ſollemnitatibus martyrum abijciendus eſt.
6 Martyr quis dicatur.
7 Martyres ſunt teſtes paſſionis Chriſti.
8 Martyrium quando ſuppleat vicem baptiſmi.
9 Martyrium quando ſit in pręcepto, & quando in conſilio.
10 Neceſſaria quot ſunt ad Martyrium. Franciſcus beatus quantum optauit martyrium. ibid. Thomas Cantuarienſis epiſcopus, glorioſus martyr. ibid.
11 Chriſtus fuit martyr.
12 Charitas eſt neceſſaria ad martyriũ.
13 Deus non deeſt inuocantibus ſe.
14 Iniuria fit Martyri orare pro eo.
15 Martyrum ſollemnia cur à Chriſtianis celebrentur.
16 Martyrium non eſt extra eccleſiam.
17 Hęretici ſunt martyres Diaboli.
18 Oratio quadraginta horarum qualiter ſit facienda.

CVM infęlicitas temporis induxerit, ut quę a maioribus noſtris ad augendã Chriſtianam religionem, & populi deuotionem fuerũt inducta, per indeuotos ad ludos, & tragedias ſeculares, & vt placeant populo accõmodata ſint. † Vt exinde epiſcoporũ vigil cura ſit, ne repręſentationes Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctorum ſuorũ Martyrum certaminum paſſim omnibus permittantur, qui auſi ſunt perſonatis hiſtrionibus, ac deliramẽtis, & ludibriis inſertis, publicè, & priuate facere, non ſolum in prophanis locis, ſed ẽt ſacris, (& utinã non etiam loca ipſa ſacra prophanantes) & inde aſpicientibus non deuotio, ſed riſus, & vocum applauſus eueniat. Ideo attente eſt videndum, omnibusq. mandandum, ne abſq. licẽtia amplius fiant: & quæ ex ſua prouidẽtia viderit religioni, ac pietati cõuenire, & animarũ ſaluti expedire, poteſt deuotis perſonis cõcedere: ſingula prius ipſius actus verba moderando, & diligenter præſcrutando, ne quid indecens audiatur, eo tunc, quando ſub velamine honeſtę repręhenſionis ſit incluſa detractio, vt multoties eſt viſum, nec ipſis finitis, ſaltus, cantus, impuritas, & ludi theatrales audiantur. c. cantantes. 92. diſt. c.

cum

cum decorem, vbi glo. not. de vit. & honeſt. cler.
2 † Sed ea eſt paſtoris vigilantia, & concionatorũ verbi Dei hortari fideles omnes exemplis ſanctorũ meditari ipſam paſſionem domini noſtri Ieſu Chriſti toto corde, qui pro nobis tanta paſſus eſt, qui peccata noſtra ipſe ptulit in ſuo corpore ſuper lignũ Crucis. 1. Petr. c. 2. Iſai. cap. 53. ipſe. n. vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, applicando omnia eius myſteria ad noſtrum ſpiritualem profectum. do. Cardin. Aracęl. de ſymb. Apoſt. cap. 22. In ipſaq. quilibet inuenit ſapientiam, qui indiget, poſtulet ab ipſo. 1. Iacob. & philoſophiam, perfectionem iuſtitiæ, cum ipſe ſit fons iuſtitiæ. c. 6. ſeſſ. 6. Cõcil. Trid. de iuſtific. plenitudinem ſciẽtiæ. Deus ſcientiarum Dominus eſt. 1. Reg. cap. 2. diuitias ſalutis, & copiam meritorum, Apoſt. ad Rom. cap. 11. ò altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientię Dei. Nec eſt ſublimior philoſophia, quàm ſcire Ieſum, & hunc crucifixũ. Bern. ſuper cant. ſer. 43. in fine, in quo eſt omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. ad Colloſ. c. 2. & in hoc perſuadere omnibus, ꝙ ipſa cõſideratio facit chriſtianũ pergere illeſum inter proſpera, & aduerſa huius mundi, ad Roman. 12. gaudere cũ gaudentibus, flere cum flentibus, & magis incumbit actus
3 ipſos paſſionis Chriſti meditari. † Et ꝙ ipſi chriſtiani in paſsione Chriſti tria meditentur, opus ſcilicet, modum, & cauſam, in opere commendatur patientia, iuxta prophetam dinumerauerunt omnia oſſa mea, & ſicut ouis non aperiens os ſuum ductus eſt ad occiſionẽ. Iſai. c. 53. Vnde eccleſia contemplans hoc myſterium in eius paſſione dicit.

Hic acetum, fel, arundo,
Sputa, claui, lancea,
Mite corpus perforatur,
Sanguis vnde profluit,
Terra, pontus, aſtra, mundus,
Quo lauantur flumine.

Quam paſſionẽ in tanta patientia contra indeuotos, & ignotos conſiderans Philip. Cancell. pariẽs, in perſona Chriſti, ut refert Sanct. Bonau. in 3 diſt. 16. ar. vlt. q. vlt. inquit, ò homo, vide, quæ pro te patior, non eſt dolor, ſicut quo crucior, ad te clamo, qui ꝑ te morior, vide pęnas quibus afficior, vide clauos, quibus confodior, vide lanceam, cum qua transfigor, & cum ſit tantus dolor exterior, extat interius planctus pręgrauior, te cum ingratum tantum experior, ex illo Hierem. thre. 1. & pſal. 58. In modo humilitatem: humiliauit ſemetipſum factus obediẽs vſq. ad mortem, mortem autem Crucis. 1. ad Phil. c. 2. In cauſa vero charitatem. Ioan. 15. maiorem charitatem nemo habet, ipſe de ſpiritu ſuo dedit nobis. Ioan in ſua 1. epiſt. c. 4. 11. q. 3. capit. abiit, & in ead. epiſt. & c. in hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam ille pro nobis animam ſuã poſuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere. Bern. ſermo. 4. maior. ebdom. oportet. n. miſereri cõſerui noſtri, ſicut, & dominus miſeretur noſtri: in c. 18. apud Matt.
4 † Sic populus inſtruitur, potius, quàm ſpectaculis, declarando etiam fructum prouenientẽ ex meditatione paſſionis Chriſti. Vnde dicit Flor. in 4. tit. 3. cap. 7. §. 4. ꝙ primo ſanat nos a lãgore triſtitiæ, namq. aduerſa huius mundi ſuffocant adeo mentem humanam, vt pęne deſperatio ſequatur, ex quo poteſt adduci ad propoſitum dictum B. Gregorii,

ſi Chriſti paſſio ad memoriam reuocetur, nihil adeo durum eſt; quòd non ęquo animo feratur, & apoſtol. ad Hebrę. 12. recogitate eum, qui talem ſubſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes. Item confortat ad patiẽtiam, per illud Petri. 1. cap. 4. Chriſto paſſo in carne, & vos eadẽ cogitatione armamini: fuit enim Chriſtus omnium patientiſſimus. Iſa. cap. 50. in perſona ipſius. Corpus meũ dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & cõſpuentibus in me, ideo eſt ſpeculum patientiæ, & præmium patientis. Item conſolatur patientes. Apoſt. 1. ad Cor. cap. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari, ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cũ tentatione etiã prouentum & in cap. ſuggeſtum. 7. quęſt. 1. Non vos chariſſimi a piæ mentis propoſito afflictionis amaritudo coerceat recedere, conſiderantes quanta Deus, & dominus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis pertulerit, quibuſve contumelijs pro nobis afflictus fuerit, vt nos a iugo diabolicæ ſeruituti eriperet, & vt chirographum contra nos exiſtens deleret. ad Coloſ. cap. ſecũdo, & Mich. cap. 5. in virga percutiẽt maxillam iudicis Iſdrael. ad noſtrum exemplum vt patienter feramus iniurias, inferentibuſq. parcamus. eccl. cap. 28. relinque ꝓximo nocẽti tibi, & tunc depręcanti tibi peccata ſoluentur, & c. 10. Vię ad mortem, ſunt eorũ, qui iniu-
5 riæ memores ſunt. † Item exagerandum eſt contra aliquos indeuotos, qui in Natalitiis martyrum admodũ abutuntur, exercentes ſe in commeſſationibus, & ludis, cum inde ſumere deberent modum certandi cum Diabolo, & eius ſpiritibus errat enim qui putat ſine pugna poſſe vincere, & ſine certamine triumphare. Aluar. Pelag. de plant. eccl. lib. 2. cap. 49. in fi. nec coronabitur, niſi qui legitime certauerit, Apoſtolus teſtatur. 2. Tim. 2. in poſteriori ad Timoth. cap. 4. bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui. in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus Iudex, non ſolum autem mihi, ſed, & his, qui diligunt aduentum eius: ſed hodie ad id deduxerunt rem, vt cum alicuius martyris geſta præſentare populo voluerint, omnia cogitent, præter honorem Dei, & ſalutem animarum, ibi rixæ, ibi tumultus, ibi ſedendi ſcandala, & iniurię vt iam ad ludos antiquorum megalenſes, funebres, plebeios, & Apolinares deuentum videatur, vt exclamat Gabr. Prateol. lib. 2. calamit. noſtr. tempor. Vnde poſſumus cum Apoſtolo quæri, o inſenſati chriſtiani, quis vos faſcinauit recedere a veris ſemitis chriſtianæ religionis, ad Gal. cap. 3. quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis. ad Rom. cap. 6. Ideo debet epiſcopus ſollicitus eſſe, ne domus Dei, aut geſta ſanctorum fœdentur, grauiter igitur prohibeat, ſed fidelibus mentibus per ſe, vel alium pium religioſum, poteſt multa de ipſorum ſanctorum martyrum geſtis, & fortitudine deuotiſſime exponere. † Et pri- 6
mo ꝙ non quilibet ſuo modo eſt martyr, ſed dicitur altero de quatuor modis. Primo qui pro cõſeruatione legis Dei moritur, ſicut fuerunt Machabei, vt in eorum libro legitur. de quibus dicit ſanctus Gregori. Nazianze. quòd digni

digni ſunt, vt ab omnibus honoren-
tur, quia pro patriis legibus, & inſti-
tutis fortes, conſtanteſq. ſe exhibue-
runt, ſic Eleazarus fortiter ſe præbuit
lib. 2. Mach. c. 6. & ſeq. ſeptem fratres
vna uoce dixerunt, quid quæris? &
quid vis diſcere a nobis? parati ſumus
mori magis, quam patrias Dei leges
præuaricari: ſic credebat facere Pau-
lus Apoſtolus ante ſuam vocationem,
exiſtens grandis æmulatur ſuarum pa-
ternarum traditionum ad Gal. cap. 1.
Item ſecundo dicitur martyr, qui pro
veritate prædicationis moritur, vt Hie-
remias, & cęteri Prophetæ Matth. cap.
23. Hieruſalem, quæ occidis Prophe-
tas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt.
Tertio qui loco ipſius Chriſti mori-
tur, vt infantes Herodis impij iuſſu oc-
ciſi. Matt. c. 2. Apoc. 14. Vnde ſunt di-
cti Innocentes ratione vitæ, quia in tali
ætate, ꝙ nulli nocuerunt, nec peccatum
actuale habebant, & ratione pœnę cũ
innocenter, & iniuſte paſſi fint? iuxta
illud effuderunt ſanguinem Innocen-
tem. Vox in Rama audita eſt, ploratus,
& vlulatus multus. Hierem. cap. 31. &
ratione Innocentiæ aſſe.quutæ, cum in
ipſo martyrio habuerint baptiſmalem
innocentiam, qua Herodis immaniſſi-
ma crudelitate audita, Cęſar Auguſtus
(vt referunt doctores) dixit, mallem
eſſe Herodis porcus, quàm filius, quia
porcis parcit; & filios occidit Gul. in
hac feſtiuit. col. 5. Item; & quarto, qui
pro confeſſione fidei, & paſſionis Chri
ſti vitam finit, ut Petrus, Paulus, & alij
7 ſancti Martyres noui teſtamenti. † V??-
de, & ip?i dicuntur teſtes paſſionis Do
mini noſtri Ieſu Chriſti, quorum reli-
quias omnes fideles venerantur, vtili-
ter eorum memoriam frequentantes;
namq. ipſi regnãtes cum Chriſto, ora-
tiones pro nobis Deo offerunt: iuxta
declarata in Concil. Triden. ſeſſ. 25. in
prin. ſub tit. de Inuoc. & reliq. ſanct.
& dictum eſt ſupra cap. 8. num. 7. cum
ſeq. Inde dictum eſt martyrium volun
taria mortis tolerantia, propter fidem
Chriſti. Viguer. de actib. fortitud. §. 1.
verſ. 1. in quo tractat de profectione, &
effectu, & præmio, de primo eſt text.
Euang. Matth. c. 10. tradent enim vos
in Conciliis, & in Synagogis ſuis fla-
gellabunt vos, & ad præſides, & Reges
ducemini propter me in teſtimonium
illis, & gentibus. S. Antoni. plura po-
8 nit in ſum. 4. part. tit. 3. cap. 3. † Eſt
enim martyrium tantæ virtutis, & Deo
placitum, vt plerumque vicem baptiſ-
mi ſuppleat: dum ad celebrandum ba
ptiſmi myſterium, propter anguſtias
temporum adulto ſuccurri nõ poteſt,
quin ab alio mors inferatur, ſic, & de
infantibus occiſis ex Beato Cypriano
docet Domin. Cardin. Hoſius de ſacr.
bapt. cap. 35. & pulchre Bernard. ſcri-
bens Hugoni de ſanct. Vitt. epiſt. 77.
ſylu. verb. baptiſmus, uerſ. 1. declarat
Dominicus de Soto. poſt S. Thom. in
4. diſtinctio. 3. quæſt. 11. art. 11. cum
ſeq. licet non proprie Sacramentum.
Mart. Nauar. in ſuo Man. cap. 22. nu-
me. 5. vittoria de baptiſmo, quæſt. 24.
9 † Item præſtat ſcire, quando martyr-
rium ſit in præcepto, & eſt quantum
ad animi præparationem, potius velle
mori, quàm fidem velle deſerere,
1 aut mortaliter peccare. Item quo ad
effectum, id eſt ad ipſum actualiter
perferendum, imminente neceſſita-
te, ad fidem, bonitatem bonorum
conſeruandam, abiecta falſa opinio-
ne Helcheſitarum hæreticorum, qui

 dicebant

dicebant Chriſtum in tormentis poſſe ore negari, modo credatur corde, vt eã opinionem damnauit Fabianus Papa in Concilio Romæ celebrato. quia debet ſemper Chriſtum confiteri, nulloque obſtante metu mortis perturbari, ſic tenetur ſpiritualis, & perfectus homo facere cap. ne quis. 22. quæſt. 2. vbi Auguſt. de mendacio loquitur. (An autem faciens, vel dicens aliquod hæreticum metu mortis, & tormentorum ſit vt hæreticus iudicandus, multa ſunt dicenda, quę ponunt Alber. de agnoſc. aſſertionib. cathol. & hæret. quæſt. 30. nu. 6. Simancas in catho. inſt. tit. 17. nu. 29.) In conſilio eſt martyrium tantum, quando ex eo, nihil amplius, quã Dei gloria, vel fidei exaltatio conſequitur: temere autem martyrio ſe offerẽs, ſine aliqua cauſa, vi præcepti, vel conſilij obligante, mortaliter peccat, prout prędicta notat. Mar. Nau. in ſuo Man. ca. 11 nu. 40. ex S. Thom. 2. 2. q. 124.

10 art. 1. † Addendo requiſita neceſſaria ad martyrium, uoluntatem quippe: Chriſtus enim voluntarium ſibi militem eligit. cap. non eſt. 15. quæſt. 1. vnde dicit gl. de pœnit. diſt. 1. c. nunquid: martyrem etiam dici cupientem pati martyrium animo, licet actu non patiatur, quia per ſe non remanet, ſicut de Seraphico Franciſco legitur, qui cupiens dari ſibi aliquam martyrij occaſionem, in Siriam nauigauit, de ſancto Martino canit eccleſia, o Sanctiſſima anima, quam & ſi gladius perſequutoris non abſtulit, palmam tamen martyrij non amiſit. do. Car. Aracęl. de ſymb. Apoſt. cap. 42. poſt princ. item requiritur ſubſtinentia paſſionis, cum puritate conſcientiæ, ſi intrepidi ſanguinem funderimus, dicit tex. in cap. vide quantum 1. quæſt. 1. Item bonitas cauſæ. 1. Petr. ca. 4. nemo veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur; quia virtutis opus eſt in fidei teſtimonium ſe morti offerre. Couarr. vari. reſol. lib. 1. cap. 2. nu. 9. Item pro conſeruanda libertate eccleſiæ, ſuſcipitur martyrium, exemplum nobis reliquit Glorioſus martyr THOMAS Cantuarienſis epiſcopus. dicens ego pro eccleſia libenter ſubibo mortẽ, nolens regi Angliæ conſentire, qui leges dederat repugnantes vtilitati, & dignitati eccleſiaſticæ, vnde ſanctum, & reuerẽdum virum vocat Alex. Tertius ſum. Pont. in cap. ſicut dignum. lo 1. de homicid. Item propter redargutionẽ iniquitatis, ſicut fecit Ioannes Baptiſta in Herodem. ca. vnus quiſq. 22. quæſt.

11 4. ſupra cap. 17. nu. 20. † Item etiam, & propter ſolam charitatem, vt Chriſtus dominus noſter, qui propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, dicitur martyr. & caput martyrum. Aug. in ſer. 2. de ſancto Steph. cuius paſſiones fuere grauiores, quã omnes totius mundi. o vos omnes (teſtatur ipſe per Proph. Thrę. 1.) qui tranſitis per uiam, attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. de quo dicit Bern. Chriſto debemus vitam noſtram, *quia ipſe pro nobis ſuam poſuit*, in ſerm. de quadr. cel. martyr a mundo paſſionem, & mortem ſubſtinendo. Ioan. cap. 19. domi. Cardi. Aracæl. de ſymb. Apoſtol. cap. 42. in princ. vbi multa de martyribus animo, licet actu nõ ſubſtineant.

12 † Quod autem charitas in hoc maxima ſit. teſtatur Apoſtolus 1. ad Cor. cap. 13. ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. exponit Auguſt. in cap. fin. de pœnit. diſt 3. quia

fructus

fructus ſpiritus; charitas eſt ad Gal. 5. cap. & 1. Ioan.cap.4. perfecta charitas timorem (qui ſolet impedire martyrium) foras mittit, ex eo, quia timor pœnam habet, & ipſam fortiorem morte omnes ſancti teſtantur, & martyres præbuerunt exemplum diſcurrit dom. Card. Hoſius in libr. confeſs.cap. 67. & ſi non perfecta charitas, cum etiam in ſtatu peccati mortalis poſſit ſubiri. Tho. quod.l. 4. art. 19. Nau. in Man. cap.11.nu.40.in fine,ſed tamen exigitur,quia cum charitas inclinet ad contemptum omnium terrenorum, non aliud quærit, niſi ſolum Chriſtum; pro cuius nomine pati,quam dulce eſt. Audi Beatum Laurentium in craticula ardenti poſitum, quid dicat ad impiiſſimum tyramnum. Diſce miſer, quanta eſt virtus Domini,nam carbones iſti non dolorem, ſed refrigerium mihi præſtant,iam aſſatum eſt, verſa, & mãduca. Quæ uerba quanto magis conſidero, tanto magis admiror, non ceſſans laudare Deum, qui & ipſi Beato Laurentio, & tribus pueris miſſis in fornacem ignis ardentis, cum iuſſio Regis vrgebat, & fornax ſuccenſa eſſet nimis, gratiam dedit, ut flamma eos non tangeret, ſed darent gloriam Deo etiã & ipſe Nabuchodonoſor Rex obſtupefactus miraculo Dan.c.3. ex quo decreuit in Regno ſuo,vt quicũq. blaſphemaret Deum Sidrach, Miſach, &
13 Abdenago pœnis debitis ſubiaceret. †
Nam Deus omnipotẽs, cuius propriũ eſt miſereri,& parcere.pſal. 24. Reminiſcere miſerationum tuarum Domine,& miſericordiarum tuarum, quæ a ſeculo ſunt:& pſal.144. Miſerator, & Miſericor Dominus patiens, & multũ miſericors:numquam deeſt inuocantibus ſe. pſal.86. Quoniam tu Domine ſuauis, & mitis, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te. Vnde confitenda ſunt a nobis peccata noſtra & inuocandum nomen eius ad miſericordiam: ſi confiteamur, inquit Ioan. in 1. cap.1. peccata noſtra, fidelis eſt,& iuſtus, vt remittat peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate, omniq. tempore faciendum, & in uita, & in morte. Ezech.18.33.de pœnit.diſt. 1. cap.ſufficit.26.quæſt. 6. cap.ſi preſbyter; vt de bono, & fortunato latrone dicamus, qui damnatus morti pro ſuo crimine, tam alta philoſophia Chriſtũ confeſſus eſt, vt eũ, filiũ Dei, & in cœlis regnaturum,confeſſus eſt peccatum ex corde, & ſperando, quæſiuit ueniam, Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum, quem Chriſtus de cruce in Paradiſum tulit. Luc. cap.23. glo. per illum tex. de pœnit.diſt.1.cap. importuna, ubi fecit homicidij pœna martyrium, & glo. declarat dictum, quia non pœna, ſed cauſa facit martyrem do.Card. Aracæl.de ſymb. Apoſt. cap.12.poſt. princ. Nam cor contritũ mutauit pœnam in martyrium,& ſanguinem in baptiſmum, in momento impietas Religionem, Crudelitas induit pietatem, & ſtatim conſumatus ciuis ſanctorum, & domeſticus Dei, permiſſus eſt in Regnum: idem dom. Cardinal. ex Beato Cypriano. de ſaci pœnit. circa med.Cor, & linguam tantum habeat hic bonus latro, & tamen ipſa duo Deo obtulit. Quia, corde crede credidit, & ore confeſſus eſt: Ad Rom.cap.10.Peccatum enim agnouit, Iuſtitiã Chriſti confeſſus eſt,nec deſperauit,quamuis latro ſalutem, dum alter impius latro, non agnoſcens ſuum creato-

creatorem,in blaſphemias prorumpit, & denique deſperans de aliqua ſalute, in damnationem inferni irruitur, ò bone Ieſu miſericors, & iuſtus, miſericorditer vnum accepiſti, & iuſte alterum reliquiſti, pſalm. 39. Iuſtitiam tuam non abſcondi, nec miſericordiã.

14 † Et quoniam viſum eſt aliquos prædicta non conſideraſſe, vnde voluerunt pro ipſis ſanctis Martyribus orare ad Deum, ideo ſunt inſtruendi, vt ipſos Martyres laudemus, & honoremus, non tamen pro eis orãdo. iniuriam.n. facit martyri, qui orat pro ipſo. cap. cum Marthæ §. fin. de celebr. Miſſ. domi. Cardin. Hoſi. de Sacram. Euchar. cap. 42. vbi etiam adducit multa: nãque poſt Apoſtolos, & prophetas, dominum Deum laudat martyrum candidatus exercitus, ſcribit Caſſa. in ſua glor. mund. 3. part. conſid 33. quia cũ anima exit de corpore, habet ſuũ particulare iudicium, vt in quo ſtatu inuenitur, iudicetur. Auguſt. in lib. de die iudic. ſi enim in ſtatu gratiæ, aſſumitur in paradiſum, ſi damnationis in infernum, ſi autem in gratia, non tamẽ completa pœnitentia ad purgatorium, quouſque ſatisfecerit vniuerſum debitum. Matth. cap. 18. reddendo rationem de quolibet verbo ocioſo, ibid. cap. 12. Sed cum ignoramus certitudinem exitus, rogamus Dominum pro animabus: refert tamen domin. Cardi. Aracœl. de Sacram. extrem. unctio. cap. 46. ex Franc. de ſanct. Anſelmo, quòd de confidentia ſalutis morientis poſſunt eſſe ſex ſigna. Primum, ſi credit ea omnia, quæ ſunt fidei chriſtianæ, & determinata ab eccleſia. Secundum, ſi gaudet, & letatur, quia moritur in fide Chriſti. Tertium ſi cognoſcit, & confitetur ſe Deum grauiter offendiſſe. Quartum ſi dolet eum leſiſſe. Quintũ ſi proponat, ſi ſuperuixerit abſtinere a peccatis, maxime mortalibus, & vltimo ſi credat, & ſperet ſe ſaluari meritis Chriſti, vnde ad propoſitum, ſanctos inuocamus, veneramur, & imitari debemus. ipſi enim ſciunt orationes noſtras, & Deum pro nobis propitium reddunt. S. Gregor. lib. 4. dialog. cap. 32. & infra alio loco dicetur.

15 † Ex quo dicit idem Domi. Card. Hoſi. eod. cap. 42. quòd ideo eccleſia chriſtiana concelebrat ſollemnia martyrũ, vt in nobis excitetur imitatio ipſorũ, & eorum meritis conſociemur, & orationibus adiuuemur, & faciunt, quę de imaginibus diximus ſupra cap. 9. nu. 2. ſicut legitur de paſſione glorioſæ Virginis, & martyris Catharinæ, cum a Maxẽtio Imperatore, immaniſſimo tyranno occideretur variis tormẽtis, dixit, quæcumq; te tormenta pores excogitare, ne differas, quia carnem, & ſanguinem meum Chriſto offerre deſidero, ſicut ipſe pro me obtulit, refert dom. Flor. in 3. titu. 31. cap. 9. §. in fine, & §. 3. de vtilitate ipſius martyrij, vbi vide.

16 † Sed illud multum conducit, & eſt omnibus declarandum, quod extra eccleſiam nullum eſt martyriũ, vt optime ſcribit ipſe domi. Card. Hoſius, de hęreſ. noſtr. temp. lib. 1. nam ad regnum peruenire non poterit, qui eã, quæ regnatura eſt, dereliquit, cum principaliter cauſa faciat martyrem, vt ſupra eſt dictum, & latius cap. 2. num. 23. quia quicumque ſunt ſancti, non niſi intra eccleſiam Dei, neque foris vltra ipſam poteſt eſſe aliqua ſpecies ſanctitatis: Domin. Cardin. Aracœl. de ſymbol. Apoſtol. cap. 36. & in cap. 38. extra

tra ipſam, etiam propria benefacta, quamuis eximia, non conducunt aliquem ad ſalutem, quia non poteſt habere Deum patrem, qui non habet eccleſiam matrem, in qua ſola eſt remiſſio peccatorum. Auguſt. de ſymb. ad Cathec. lib. 2. cap. 10. hęc eſt fides Pe-
17 tri, quam omnes fideles ſequimur.† Licet hęretici dicantur martyres, ſed Diaboli, quia nō oportet omnino chriſtianum derelictis martyribus Chriſti abire ad falſos martyres. hi enim alieni a Deo ſunt, & quicumq. abire voluerit anathema ſit: dicitur in c. 34. Conc. Laod. quod licet fuerit prouintiale, fuit tamen confirmatum in ſexta ſynodo generali: quæ in Trullo eſt celebrata, cum anathema ſit omnis hęreticus. c. 3. Conc. magni Lateran. ſub Innoc. III. ſeſſ. 25. Conc. Trid. de reforma. gener. capit. 2. ideo repellendi ſunt ipſi ab omni communicatione chriſtianorum cap. ſi. de hæret. lib. 6. tamquàm animal peſtilentiſſimum: Conrad. Brun. de hęret. lib. 6. cap. 2. Simanc. de hæret. tit. 45. nu. 13. tit. 31. num. 4. adducit rationem, quare hæretici ad mortē libenter vadunt, qui adducti a Diabolo, permiſſo etiam corde poſſidere, ex Bern. ſuper cant. ſerm. 66. Vnde Cypri. martyr. lib. 4. epiſt. 2. loquendo de eorum martyrio inquit. Apoſtatę vero, & deſertores, vel aduerſarij, & hoſtes, & Chriſti eccleſiam diſſipantes, nec ſi occiſi pro nomine foris fuerint, admicti, ſecundum Apoſtol. poſſunt ad eccleſiæ pacem, quando nec ſpiritus, nec eccleſiæ tenuerunt unitatem, cum ambulauerint in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum eod. cap. 4. ad
18 Epheſ. † Poſtremo eſt accedendum ad viſitationem orationis, quam quadraginta horarum dicunt, quæ, & frequenter his tēporibus in eccleſijs principalibus fit, vt aduertantur multa adnotata in ſynod. prouint. Mediol. par. 2. fol. 30. verſ. 4. cū ſeq. cum generaliter noctis tempore orandi facultatem in eccleſijs epiſcopus permittere non debeat, propter inconuenientia multa, hæc tamen fiat de ſua licentia, & decenter debitis luminaribus ante ſanctum Sacramentum altaris, & videantur quā prius ſolitę orationes, de nocte fores claudantur, nec mares ſimul orent cū fœminis, neque vltra primam ſtationem prorogetur ſine licentia ipſius, ac demum prępoſiti ſint honeſti, & catholici, de quibus nulli timor poſſit eſſe, quòd non ſapiant ipſam chriſtianā religionem, nec quæſtores proinde permittantur, ſub ſpecie candelas exigendi, preces in ipſa oratione mercentur, prout ſapiens prælatus videbit, hæc poſſunt fidelibus denuntiari, quæ ſi audierint, & cuſtodierint, non dubium, quin pręlatus fructum centeſimum lucrabitur, hoc eſt denarium laboris noſtri. Matth. cap. 20. qui eſt ipſa fœlicitas æterna, ad quam nos perducat, qui regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

DE

DE SEDIBVS IN ECCLESIA, AN SINT laicis permittendæ.

CAP. VIGESIMVMSEPTIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in Eccleſia debet tollere abuſus ortos, maxime in laicorum ſedibus.*
2 *Sedere honor eſt.*
3 *Laici an poſſint præſcribere ius ſedendi in Eccleſia.*
4 *Aduocati non ſedēt cum Iudicibus in Curia.*
5 *Res ſacra in bonis nullius ſunt.*
6 *Patronus Eccleſiæ præfertur cæteris.*
7 *Eccleſia abūdantius tenetur patrono.*
8 *Eccleſiæ vacantis ius attentare præſumens, qualiter puniatur.*

SANCTVS Auguſtinus ſcri
bens ad Aurel. monet epi-
1 ſcopum. † Qualiter abuſus
ortos tollere debeat, vt in ſpiritu leni-
tatis, & manſuetudinis, non aſpere in-
cipiat, aut duriter imperioſo modo, ſed
potius exemplis, docendo, monendo. q̄
minando, at vbi pietas non vincit, ad
flagellum deueniendum eſt, ſicut Chri
ſtus dominus noſter fecit. Matth. cap.
21. Ioan. cap. 2. quod in multis verſa-
tur, vt ſupradictū eſt, idq. maxime in
ſedibus laicorū in eccleſiis, in concio-
nibus, & aliis, ex quibus viſum eſt,
ſcandala, iniurias, inimicitias oriri, etiā
ad arma peruentum, ſic omnes poten-
tes videri volunt, vt non erubeſcāt ec-
cleſiam totam occupare, immò ante
ſanctiſſimum Sacramentum altaris?
multi multa ſciunt, & ſe ipſos neſciūt?
quilibet prætendit ſedem eleuatam, vt
iam videatur eſſe acceſſum cauſa ambi
tionis, non diuina deuoto corde audi-
te, eccleſia occupatur, clerici nequeūt
eorum officium peragere, cappellę im-
pediuntur, & omnibus aſpectus Sacra-
menti prohibetur, hæc prophanantia
locum Dei reijcienda ſunt ſemper ab
epiſcopo, iuxta cap. 2. de cuſtodi. Eu-
cha. dixit enim dominus ad Moyſem.
Exod. cap. 3. non appropries huc, ſol-
ue calciamentum de pedibus tuis, lo-
cus enim in quo ſtas terra ſancta eſt,
ideo ſunt aptanda, vt eccleſia libera ſit
omnibus, & ad eā venientibus aliqua
commoditas præſtetur, idq. in concio-
num tempore, vt rumores euitentur,
2 nec quid indecens videatur. † Et licet
honor ſedere in perſona dicatur, po-
tius, quàm ſtare. Pſal. 109. ſede a dex-
tris meis. Ioan. Montol. de authori. ma
gni Concil. num. 41. ſedere quippe cir
cumſtante exercitu, vigor eſt diſcipli-
næ regiminis, diſt. 45. cap. diſciplina
in fine, hoc tamen diuerſimode ſecun
dum loci qualitatem accipiendum eſt,
habet namq. ſuas regulas eccleſia, quā-
do ſedendum, & quando ſtandum,

quando item genuflectẽdum,quę omnia populo ſunt declaranda. Id tamen moderate, ne virtutes vitia appareant, aut vitia (quod peius eſt) virtutes velint videri, vt dicit in alio propoſito Bernard. in Apolog. ad Gul. Abb. & blandis ſermonibus vtendũ. niſi enim virtus reguletur ſua mediocritate, corrumpitur, cum itaque ad extremum accedit, peccare dicitur, vt de virtute ad vitium fiat tranſitus, ſupra cap. 3. nu.17.qui tamen honor decet, ut magis præſtetur ratione virtutis,quàm alicuius dignitatis mundanæ, ex Phil. 4. Ethic. cap.8. quod hodie Principes ſeculi, & domicelli non admittunt, in quo eſt labor & patientia prælatorum.

3 † Vnde cõſuetudo in ipſo ſedendi abuſu non debet admitti, vt aliqui ſedeant ex iure prætenſo, vel certi ad partem chori poſſint accedere aliis excluſis, cũ laici tale ius ſedendi in eccleſia præſcribere nequeant, (& epiſcopus ipſe,cui eccleſiæ cura commiſſa eſt tollere ſemper debet) nec pro ſeruitute ſibi vendicare.l. caueri. ff.com. prædior.& notant aliqui in c. quanto, de Iudic. ſylu. in verb. ſepultura. num.3 eo magis cũ clericis officiantibus, cum quibus ſtare non debent, cap. 3. Conc. Turon. per.l.2. C.de ſacr. ſanct. eccl. quamuis Bald. ibidem dixerit conſuetudine nõ ſeruari, nec ſanctũ altare ingredi, cap. 69. Concil. 6. Conſtant. & affert plura Caſſan. in ſua gloria. 4 par. per tot.
4 & conſid. 75. † Sicut, & in temporalibus obſeruatur, ne aduocati ſedeant cum iudicibus, ex §. ſancimus, in authent. vt ab illuſt. & qui ſupr. & l. ſi quis.ff. de poſtul.& Ieſu aſcendente in monte, cum ſediſſet, acceſſerunt diſcipuli, & aperiens os ſuum docebat eos. Matthæ. cap. quinto, non dicit tex. ſcripturæ, & ſederunt diſcipuli, quia locus ſedendi debet eſſe conſpectior, & locus decernendi, & docendi in alto poſitus, l.2.C. de præfet. præt. libr.12. vbi ad multa notat Lucas de Penna, de Iudice ſedente. Matth.cap. 19. Amen dico vobis, quòd uos, qui ſequuti eſtis me,in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſdrael, de loco docendi,& prædicandi, ſuper cathedram Moyſi ſederũt Scribæ, & Phariſæi, &c. Matth.c.23.

5 † Sed in hoc contra ipſos laicos ea potiſſima adducitur ratio, quia res ſacræ in bonis nullius ſunt, iuxta l. in tantũ. §. ſacræ. ff. de rer. diuiſ. ſacræ autem res ſunt, quæ publice conſecratæ ſunt, etiam dirutæ, & in §.nullius. Inſtitut. eod. titu. nec quouis priuilegio, quis ſe tueri poteſt. omnia enim quæ contra ſanctas eccleſias elicita ſunt, iam, vt nulla habentur. l. priuilegia. C. de ſacr. ſanct. eccle. etiam conſuetudines authent. caſſa, & irrita. ibid. poſita, quia eſſet inducere grauamen locis diuinis, contra cap. primum,de conſuetud. & eſſet rem ſacram offendere, ad illud de ſacrilegio, id eſt ſacræ rei violatio. ex doctrina gloſſ. & Bar. in l. ſa-
6 crilegi capite. ff. ad l. Iul. pecul. † Sed quando loquimur in perſonis,a quibus eccleſia vtilitatem, vt bona, dotem, priuilegia, acceperit,nõ dubium, quin ipſis certa ſeruatur prærogatiua, vt ſciant cui benefecerint, & alij non retrahantur, cum abundantius teneatur eccleſia patrono, quàm aliis. patrono enim damus honorem, onus, emolumentum, Alphonſ. Auar. in ſuo Specul.

Specul.c.63. & illa prima lege naturæ, vt benefacienti benefaciamus, fugiẽdo ingratitudinem peſſimum vitium iuxta etiam paganorum leges. Andr. in c. 1.quę ſit pri.cauſ.ben.vt proprie ſit nõ retribuere benefactori, quod debetur, Elyſi. de ingratitud. fol. 339. & gratitudo fertur in retribuendo benefactori, maxime patronis eccleſiarum, qui
7 quod eccleſia habet, donauerunt.† Et exinde, vt quanto plus patronus contulerit pro eccleſia edificanda, plus honoris conferatur, & pinguius ei in alimentis conferatur, & prouideatur. do. Cæſar Lambert. epiſcopus Inſulanus, de iur. patron. 1. part.3.q. princ.ar.8. nu. 4. & 9. 1.libr & lib. 3. pri. & ſeq. q.& in 3.q. ar.1. vbi de honore, onere, vtili, patrono conferendo, & ei contingentibus: & eſt text. in c. nobis.§ pro fundatione, de iur. patron. & dixit Abb. eod. cap. colum.3. ꝙ ſi Patronus eccleſię ſit Rex, debet accipi proceſsionaliter, ſaltẽ ad portas eccleſię. Caſſan. in ſua gloria. 4. part.conſid.80. Ex his conſiderandũ eſt, quomodo rector eccleſiæ ſe habere debet: ſed id quàm primum, vt domini loca, ideſt eccleſiæ, atria, porticus ſint libera ab oĩ actione ſeculari, & ĩ miniſtris eccleſiæ, aut aliis non ſit impedimentum, quę diligentia maior eſt attendenda in eccleſia vacante, vnde epiſcopus in viſitatione debet apponere pęnas omnibus, & prouidere: quia ſi ex ipſa ratione, qui altiorem locum ſedẽdi quærit, tollat epiſcopus, ſi ſcandalum oritur, ſin autem modeſtia eſt adhibẽda, vt ſem per quid plus patrono conferatur: nam, & Ieſus voluit remouere ſcandalum, cum dixit Petro, vt ſolueret tributum, ut non ſcandalizemus eos. Matth.cap.17. in
8 fine. † Pronuntiandumque eſt ſi quis de nouo ius uacantis eccleſiæ occupare quæſierit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrit, & eſt deciſio cap. in generali, de elect. lib.6. quod dictum declarat Martin. Nauarr. in Manual. cap. 27. nume.123 quam ſententiam non incurrit patronus, qui habet defendere bona eccleſię patronatę, & ipſius cuſtodiam accipere, cum vacare contigerit, unde venit dictus cuſtos, ſeu guardianus, idem dom. Cæſar Lamb. eod. tractat. lib.primo, prima parte. 7. quæſtio. princ. articu. 2. nume 19. & ſi ad fraudem, vſurpationem, & occupationem extendere voluerimus, grauior eſt pœna inferenda. & iuxta deciſionem Concil. Tridenti. ſeſſ.22.de reformatio.cap. 11.§. quòd ſi eiuſdem. Vbi anathematis pœna imponitur, quouſquè integra eſt facta reſtitutio, & abſolutio a ſummo Romano Pontifice fuerit impetrata, quod eſt ampliatum ad accipientes fructus beneficij vacãtis ex lege Pij Quinti, teſte eodem Martin. Nauar.in citato capit. 27. num. 150 circa finem, capitula interdicuntur, & epiſcopus ſuſpenditur, quæ ſunt aduertenda pro ipſo epiſcopo, & ab eo alijs declaranda, vt latius infra, lib. ſecundo, cap. ſeptimo, poſt nume. nonũ, vbi citatur lex Pij Quinti, Ex fundatione vero tẽpore donationis Eccleſiæ, epiſcopo conſentiente, poteſt quis ſibi ius reſeruare, quòd vacante ipſa eccleſia poſſit habere cuſtodiam fructuum, dummodo abuſus abſtineatur, ex deciſione eiuſdem text. cap. in generali, in fine, vbi gloſſ in verb. fundatione, nec de nouo conſuetudo permittitur, & omnia ſunt notanda in facto, &

tempore

tempore viſitationis ſingulis annis faciendæ diſcurrenda, vt inquiratur de tempore vacationis, de miniſtris gubernantibus, prout latius, ſecundo libro de viſitatione aliarum eccleſiarum dicemus, &c.

DE COMMESSATIONIBVS, VIGILIIS, & alijs fieri prohibitis in Eccleſia.

CAP. VIGESIMVMOCTAVVM.

SVMMARIVM.

1 *Machabei quàm grauiter plã xerunt prophanationem templi.*
2 *Eccleſia dicitur domus Dei, & orationis.*
3 *Quæ prohibita ſunt fieri in Eccleſia.*
4 *Mercata, nundinæ non debent exerceri in Eccleſia.*
5 *Mercatum quid ſit, & quid nundinæ.*
6 *Suppellectilia non debent reponi in Eccleſia.*
7 *Conuenticulę ſunt abijcienda ab Eccleſia.*
8 *Lecti, vigiliæ nocturnæ non fiunt in Eccleſia.*
9 *Vir & vxor an poſſint in Eccleſia ſe cognoſcere.*
19 *Eccleſia non debet laicis in caſtellari, ſed libera remanere.*

1 Regitur libro 1. Machab.† quòd Iudas, & fratres, qui Machabei dicebantur, habentes zelum legis Dei, lamẽtabantur, quòd templum eorum factum erat, ſicut homo ignobilis, & ſancta in manibus extraneorũ facta, & videntes prophanationẽ templi, ſciderunt veſtimenta ſua, & planxerunt planctu magno, imponentes cinerem ſuper caput ſuum, cecideruntque ſuper faciem, & terram, & clamauerunt in cœlum, vnde ſtatim fractis inimicis, aſcenderunt mundare ſancta, & renouare, cap. 4. fuerunt omnes Dei amici zelantes in cõſeruatione templi, reſtauratione, & purgatione. De Ioa ſacerdote, lib. 4. Reg. cap. 12. & Ioſias decreuit conflari pecuniam oblatam, diſtribuique operariis templi domini. eod. lib. cap. 22. hinc nobis magnum debet eſſe exemplum, cũ omnia ad noſtram doctrinã ſcripta ſint. teſte Apoſt,
2 ad Rom. c. 15. † Ipſi. n. redempti prætioſiſſimo ſanguine domini noſtri Ieſu Chriſti diligentiores eſſe debemus in Eccleſia, quæ dicitur domus Dei, & orationis. Ioan. cap. 2. ſeſſ. 22. Conc. Trid. de obſeru. & euit. in celeb. Miſſ. §. ab eccleſiis, & ſupra pluries eſt dictum, ut ſit ab omnibus illicitis aliena, & miniſtri non ferant in ea ſordes eſſe, quæ etiam dedecent in prophanis. iux. c. fi. de cuſto. Euch. ſupra cap. 10. in princ. fortius de corpore noſtro, quod eſt tẽplum Dei. prim. ad Corinth. capit. 3. neſcitis,

neſcitis, quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in uobis: ſi quis autẽ templum Dei violauerit, diſperdet illũ Deus: templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos & in 2.cap.6.& conſiderandum, quantum dominus iratus eſt, ingrediens templum in Hieruſalem, cũ eiecerit ex illo uendentes, & ementes, Luc.cap.19.multo magis hodie videns templa ſua prophanata, & domos ſuas ſordide contra omnem decentiam te-
3 neri.† Vnde in ipſa viſitatione deteſtari id debet epiſcopus, & per modum ſtatuti grauibus pœnis prouidere ne in eccleſia fiant commeſſationes, cibaria, cantus prophani, ludi, cõfabulationes, acclamationes, deambulationes, ſeditiones, impetus, alijq. prophani defectus. 44.diſt. per totum. cap.cum deco rem. de vit.& hon. cleri.& eſt tex. clarus Conc. Trid. ſeſſ. alleg. eodemet. §. ab eccleſijs, fuit memor. Mar. Nauar. in Man.cap.21. nu.10. in vltim. verb. & contra de ambulantes per eccleſiam, maxime dum diuina celebrantur, eſt ordinatio Pij Quinti Ponnf. Max. an. 1566.1. ſui pont. de qua ſupra alio loco meminimus. etiam in atriis circa prophana. de quibus idem dicimus, & de cœmeterijs ſuper. c. 11. & 12. quia præter deſtinata, non alia exercenda in eccleſia, repræhenduntur q. etiam laici, aut clerici, qui in ipſis neceſſaria naturæ facere permittunt, ex quo ad propoſitum dicit notab. text. in cap. diffiniuit ex Conc. Tolet. 12.17. quæſt 4. quòd fugiens ad eccleſiam, vel ibi reſidens, inde vi abſtrahendus non eſt etiã per triginta paſſus, ſi pro requiſitis naturæ exierit, quod non bene obſeruant iudices, & tamen ſententia excommu-
4 nicationis incurritur.† Item prohibeat tam in eccleſiis, quam in atriis, & cœmeterijs mercata, nundinas, aliaſq. ſeculares negociationes fieri de immu. eccl. lib.6.cap.decet. maxime de contentioſa iuriſdictione dom. Paui. de viſi. 1.parte quæſt. 7.nu. 58. quod fortius in feſtis. per illud euang. Ioan. cap. 2. in ſynod. diœceſ. Neapol. fol. 140 quos expellere ad officium hoſtiarii pertinere dicitur. in ſynod. prouinc. Med. tit. de oſtiar. fol. 116.& leguntur multa in c. & hæc diximus. 16.quæſt.7.cap nulli. 42.diſt. contractus nulli laicorum, & contrahẽtes mortaliter peccant. Abb. in cap. 2. nu.5.cum ſeq. de immunit. eccl. doct. in l.2. C. de ſacr. ſanct. eccle. in l. baſilicam. C. de operib. publ. & per eundẽ Abb. in cap. qua fronte. de appell. & refert Ioan. And. ex Valerio Maximo, Sabinum, & Gaium fuiſſe magiſterio priuatos, quia quæſtiones etiam paruas audiebant in templo, & quæ diximus habent etiam locum in publicis mercatis, & nundinis diebus feſtiuis fieri prohibitis, vt infra ſuo loco dicetur.† 5
Dicuntur autem mercata, quę ex particulari, ſeu conſuetudine hominum in dies fiunt, non promulgata de mandato Principis: Nundinæ vero mandantur iuſſu Principis, & eius authoritate exercentur, cum multis priuilegiis, & immunitatibus per certos dies in acceſſu, & receſſu, licet vulgus ex varietate iurium inuicem hęc duo nomina capiat, ut ſcribit Petrus Flor. in pract. nũdin. quam poſuit in addit. ad Marãt. Venuſ. 4.part. 9.diſt. nu. 50 cum ſeq. et nundinas dixit tex. in cap. fin. de vſur. & eſt tex. cũ Rubr. C. de nund. & merc. rationemq. aſſignamus in c.1. ne cler. vel mona. quod multa, quę de per ſe ſunt licita, ex reſpectu perſonę, & loci, iudicamus

camus illicita: vt ibidem per doct. nec inconueniens iudicandum eſt, nam locus a loco patitur differentiam, cauſa ab alia, tempus a tempore, diuerſitas etiam ſæpe ſequatur animorum, iuxta text. Innocent. III. in cap. quia diuerſitatem, in primis verbis, de conceſ. præben. vbi gloſſ. adducit aliqua
6 dicta. † Nec ex iiſdem permittendum apponi ſuppellectilia, vaſa vinaria, ligna, aliaque ſimilia ipſum ſacrum locum prophanantia, per dicta in alleg. cap. 1. de cuſtod. Euchar. in quo diligens ſit præpoſitus, namq. magis in iſtis eccleſiis ruralibus, quàm cathedralibus hunc inueniet abuſum, vt eccleſias fecerint cellaria, & granaria. Immo ipſi rectores, & ſua, & aliorũ reponunt, etiam ibidem celebrantes, poſtea, cum dicatur, & præceptum ſit, in cap. pulchra. 86. diſt. ꝙ ſacerdotes debent ornare templum Dei honore congruo, vt Aula Dei reſplendeat, cap. 1. de conſecr. diſt. 1. arma non ſunt retinenda, immo intrantes cum baliſtis, & ſclopetis, aliiſq. armis haſtatis eiiciantur in Conc. prouinc. Mediol. par. 2. de eccl.
7 & ear. cult. † Conuenticulæ omnino deteſtetur, maxime de quibus timetur de erroribus, & conſpirationibus, arg. capit. cum ex iniuncto, de hæreti. l. conuenticulam. C. de epiſcop. & cler. cum, & domus priuatæ publicentur, ſi conuenticulæ cõtrariæ religioni in eis fiãt. ead. l. An autem concilia clericorum, & ſcholarium poſſint fieri in ipſis eccleſiis, & non dubium quia eccleſiaſtica, & ſpiritualia poſſunt tractari, namque fiunt ſynodus, magiſtrantur ſcholares, promouentur doctores, quod eccleſiaſticum dicitur, cap. 1. de mag. ſecularia tamen prohibentur per illum tex. cap. decet, & congregationes, quæ de facili præſumuntur in malam cauſam, vt in ſimili ſcribit Roland. à Valle. conſil. 17. inordinatam, num. 28. volum. 3. & dicemus infra lib. 2. cap. 14. vbi de congregationibus, & confratariis laicorum latius diſſeritur: ad illud autem de priuatis congregationibus de religione, quòd non ſint ſine ſuſpitione hæreſis, faciunt dicta per Corradum Brunum, lib. 6. de hæret. cap. 3. ex l. ſub prætextu. ff. de extraordin. crimin. per text. in cap. coniurationem. 11. q. 1. vnde in Francia omnes congregationes prohibitas eſſe dicit Petr. Rebuff. in tractat. de mag. artif. articu. 4. gloſſ. 1. lib. 2. & gloſſ. 2. vbi optime diſcurrit.
8 † Inſuper ſtatuendum eſt, ne lecti in eccleſia ſternantur, dormitiones prohibeantur, & exinde vigiliæ, quas multi ſolebant facere non concedantur, cap. non oportet. 42. diſtinctio. ex quo remouendus eſt abuſus in quibuſdã eccleſiis, in quibus propter ſanctorum feſta, vigilię nocte tota, hominum, & mulierum permittebantur, & debet poni pœna excommunicationis, vt not. Henr. de Bott. de ſynod. epiſcop. tertia parte, numero 195. & 197. & hic abuſus dormiendi fuit remotus ab eccleſia Amalphitana, cui prope erat noſtra Rauellenſis eccleſia, a religioſiſſimo illo Archiepiſcopo Domino Carolo Montilio Iureconſulto Caſalenſi, pietate, & zelo cultus diuini, quàm maxime ornato, & nobis amico charisſimo, qui poſt modum à Sanctiſſimo Domino Noſtro translatus eſt ad eccleſiam Viterbienſem, de quo non tantum gaudet ipſa eccleſia Viterbienſis, quantum de eius translatione triſtatur Amalphitana. † Et hoc etiam

M amplia-

ampliatur ad virum, & vxorem, ne ex pollutione, eccleſiam opotteret reconſecrari, etiam per longum tempus, & tempore belli, vt numquàm liceat carnaliter cognoſci, iuxta opinionē Gaet. in opuſcul. 16. qō. dubio. 4. licet May. contradicat, maxime ſi timeatur in viro corruptio, ex dictis per Syluest. ſed Victoria de matrim. qō. 279. ſecurius eſſe dictum Gaet. dicit: & concludit Martin. Nauar. in ſuo Manual. c. 16. num. 33. Vbi etiam quòd locus fuerit tantum benedictus, non ſolum ſacer, quia ſacrilegium computaretur, & eſt communis opinio, & nobis placet, nā, & Adam numquam cognouit Euam, niſi commiſſa inobedientia eiectus de paradiſo voluptatis, Geneſ. cap. 4.

10 † Et poſtremo prohibendum eſt eccleſiam ipſam incaſtellari. 10. q. 1. c. ſanctorum, & ſi propter neceſſitatem inuenitur permiſſum, eo debet reſtringi ipſa neceſſitas, vt cultus diuinus nō ſit impeditus, nec tranſitus per eccleſiam occupatus, vt quanto plus fieri poteſt, quæratur non ledi ipſam eccleſiam, idque omnino ſit longe ab altaribus, vbi ſancta ſanctorum continentur, & dicit Abb. ex mente Innoc. & Hoſti. in cap. cum eccleſia, num. 3. de immun. eccl. quòd tunc poteſt incaſtellari, & alicuius protectioni concedi, quando timetur de chriſtianorum offenſione, & vt boni a malis tueantur. Idque dicit obſeruari a ruſticis præcipue, qui tempore belli refugiunt cum bonis ad eccleſiam, meminit etiā Verg. 2 Aeneyd. de bello Troiano, dum aſfert Hecubam alloquentem Priamum.

Huc tū concede, hęc ara tuebitur oēs.

Quæ ſunt notanda, & aliis declaranda, qui habentes eccleſias in campis, & montibus, manent in ciuitatibus, nihil de templis Dei cogitantes, & ſi in omnibus cura eorum eſt, in hoc tamē nulla, &c.

DE EXCOMMVNICATIS, ET INTERdictis eijciendis ab Eccleſia.

CAP. VIGESIMVMNONVM.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati debent eijci ab eccleſia, & quando poſſint intrare.*

2 *Ex communicati durantes per annum qualiter debent puniri.*

3 *Gloſa, in cap. 1. de ſent. excom. lib. 6. diſcutitur.*

4 *Clericus ſcienter communicans excommunicato, eſt excommunicatus.*

5 *Irregularis, an ſit celebrans coram excommunicato, vel interdicto.*

6 *Intellectus. cap. is, qui. de ſent. excom. lib. 6. ponitur.*

7 *Interdictum perſonale eſt duplex. vbi vide.*

8 *Interdicti quando eijciendi ab eccleſia, & quæ tunc permittantur.*

QVO-

QVoniam non audientes eccleſiam, nobis debent eſſe, ſicut ethnici, & publicani. iuxta
1 præceptum Domini. Matth. cap. 18.† Qui ex illa poteſtate ab eodẽmet tradita quemcumq. ligaueritis &c. excommunicati ſunt, cũ quibus, nec Chriſti, nec ſanctorum merita communicantur dom. Card. Hoſius, de fid. & ſymb. cap. 31. ideo in viſitatione videndum eſt, & mandandum, quòd, ſi qui ſunt excommunicati, & interdicti, ad obedientiam eccleſiaſticam pro ſalute animarum venire non curantes, abiiciantur ab eccleſia. namq excõmunicatus dicitur ſeperatus a Deo, & effectus mẽbrum diaboli 10. quæſt. 3. cap excellentiſſimus, exinde quacumque hora prohibetur ingredi eccleſiam & ſi monitus recuſat exire, grauiſſime peccat, vt non niſi a ſummo Põtifice abſoluatur, iux. clem. grauis, de ſent. excom. immo magis excommunicati, quàm canes eiiciuntur Apoc. cap. fin. ex Matth. cap. 7. eccleſ. cap. 13. verſatur enim excommunicatus in triplici periculo. Primo quia in poteſtatem demonis traditur, ex dicto Auguſt. omnis chriſtianus, qui a ſacerdote excommunicatur, Sathanæ traditur. Secundo quia Dei gratia ab excommunicato ſubtrahitur. Tertio, quia excommunicatio eſt morbus contagioſus. Item propter damnum, quod tripliciter accidit, quia excommunicatus ſuffragiis, orationibus, & beneficiis eccleſiæ, priuatur. Secundo a Spiritu ſancto non viuificatur, & tertio ſuis ex infirmitatibus non curãtur. 11. quæſt. 3. cap. nihil. perdidit. n. ſacramenta eccleſię, quæ ſunt medicinæ, & remedia. Vnde magis excommunicati vitantur, quàm Iudęi, vel Saraceni. gloſ. ſuper Matth. c. 18. de quo dixit ſapiẽs. Prou. c. 6. vir apoſtata homo inutilis, id eſt excõmunicatus ſine omni lege: an autẽ quis excõicatus volens intrare eccleſiam cauſa ibi orãdi, ſeu audiendi verbum Dei debeat repelli. arg. eſt de conſe. diſ. 1. c. epiſcopus nullum, licet videatur diſſentire tex. in c. cũ excommunicato, & c. ſeq. 11. q. 3. Nicol.
2 Ploui. de excom. 3. dubio. nu. 9.† Et ſi, ſint ipſi excõicati vltra annum ſtantes in excõmunicatione animo indurato, & pertinaci, publice declarentur: ſunt namq. iſti tales omni iure exoſi. auct. quęcũq. communitas. C. de epiſ. & cle. c. reuerſus. 11. q. 1. & ius regni Neapol. procedit contra ipſos ad pęnam pecuniariam creſcentem ex temporis perſeuerentia. c. ſi quis in excõmunicatione, & c. ꝗ ſi cõtigat: hodie grauiſſime, quia cõtra tales inquirimus iure nouiſſimo tamquam de hęreſi ſuſpectos, ex decreto Concil. Tri. ſeſſ. 25. de refor. gener. c. 3. in fine. Simancas de hęre. c. 55. nu. 2. & in cathol. inſt. tit. 27. de aliis legibus. nu. 6. dixi in famil. ſing. in l. e. nu. 46. quàmuis multi faciant differentiã (quando ſumus extra cauſam Religionis) ſi excommunicatio eſt ex cauſa criminali, vel ciuili, per gl. & Do. Anton. de Butr. in c. contingit. in uerb. non poteſt, de dolo, & contu. Sed in cauſa fidei in quolibet caſu poſito per Eymer. in Direc. 3. part. q. 124. excommunicatus durans per annum eſt, vt hæreticus iudicandus, c. cum contumacia. §. vt inquiſitionis. §. prohibemus, de hęre. lib. 6. & in 2. part. eiuſd. Direct. q. 47. quado extra cauſam fidei. num. 7. vbi dat modum procedendi, & citandi, quæ dicta poteris videre, & cum eccleſia non communicet cum eo, nec alij debent com-

communicare.cap. ſiquidem.cap.cum
3 deſideres,de ſent.excom. † Ex quibus eſt notandum non eſſe veram opinionem gloſ. de qua ſemper dubitauimus in c. 1. de ſent.excom. lib.6. quæ vult, q ſi iudex videt excommunicatũ ſtare obſtinatum, & non eſſe ei curæ de excommunicatione, minusq. procurare abſolutionem, debet etiam inuitũ abſoluere, ex doctrina Gemin.adducẽtis S.Tho.in 4.diſ.18.q.2.ar.5.ſuper quo dicto cogitandum eſt,namq. illam doctrinam in facti contingentia maximi momenti, quidam graues viri parũ fauentes libertati eccleſiaſticæ allegarũt: nec erat faciẽda vis de nitore allegationum: ſed proh dolor? quia etiam, vt dixerunt, tacitè euenit, ſed non eorum intuitu, vt potuerit optime dici. Iniuriæ naſcuntur,vnde iura oriuntur,contra c.qualiter, & quãdo in princ. de accuſat.l.meminerint.C.vnde vi,& ad gl. prædictam, & S.Tho.vide ſemper Fel. in capit.ſcribebã,in prin.de præſumpt. vbi quando inuitus ſit abſoluendus, & in capit. apoſtolicæ, nu. 1. de excep. & Ioan.And.in eod.c.& nota quia omnia dicta fuerunt ventilata,& Feli.non cantauit per ora oĩum,ideo diligenter perquirat epiſcopus in viſitatione ſuæ eccleſiæ.
4 †Et ſi clericus ſcienter excõicato communicauerit, in eandẽ incurrit ſententiam excõmunicationis.clem.ſignificauit, de ſent. excom.quando conſtat illum eſſe excommunicatum,per declarationẽ Iudicis. Secundum cõem practicam eccleſię.eſt.n.generale dictum, participantem excõicatis incurrere minorem excommunicationem. c. cũ excommunicato. 11.q.3. quando tamen ſcienter, vt participando cum maiori, maiorem incurrat. c. quanto amplius de priuileg. etiam epiſcopus excõicans non poteſt, cum ab eo excõmunicato, participare, niſi ſecundum formã eccleſiæ præſtito iuramento fuerit abſolutus. tex. eſt in c.cũ deſideres, de ſent. excom. quod eſt notãdum a pluribus, qui cogitãt licite poſſe ante abſolutionem prædictam cõmunicare,& tamen in excommunicationem incidunt,licet in multis communicatio permittatur in caſibus nouiſſime vnitis per Marti. Nauar. in Man.c.27. nu. 26. cum ſeq. extra quos, nec litteris licet,clem.ſi. de ſent. excom. quos excommunicatos ſi Papa in ſuis litteris ſalutauerit, nec dicitur abſoluere, c.ſi aliquando,de ſent. excom. vbi nota verba qualiter præſumatur factum, ad illud autem de clerico, dicas, quando ſcienter, & ſponte, per tex. clarum,eod.tit.cap.ſignificauit nobis, de cuius intellectu uide Couar. in repetit. cap. alma mater. 1.part. §.3. num.4.de ſenten. excom.lib.6.
5 † Vnde caueat ſacerdos coram excõmunicato denunciatio celebrare, nam licet non efficiatur irregularis incontinenti, per tex.principalem, in cap. is qui de ſent. excom.lib. 6. tamen ſecundum Ioann. And. ibidem eſt proximus irregularitati,quia eſt ſuſpenſus,& interim celebrando incurrit irregularitatem. Nico. Plou.de irregular. 40.reg. nu. 25. ideo debet monere excõicatum, ut exeat ab eccleſia, qui ſi contempſerit,& eſt ante conſecrationẽ, diſcedat ab altare,& vadat ad ſacriſtiam, ſi autẽ cęperit verba cõſecrationis compleat, quia maius eſt præceptũ, ne ſacrificiũ reſtet imperfectum, ipſam tñ ſuſpẽſionem licet poſſit epiſcopus tollere, non tamen irregularitatem inde ſequutam, quæ ſummo Põtifici reſeruatur,not. Steph.in clem. dudum,

dudum,de ſepult. (nouiter Simon Maiol.epiſcopus Vultur.de canon. imped. lib.3.cap.19.in princ.) niſi accedamus ad deciſionem tex. Conc. Trid. & eius practicam. ſeſs.24. de reform.cap.6.vt epiſcopi ab omnibus ſuſpenſionibus,& irregularitatibus prouenietibus ex delicto occulto, præter homicidium voluntarium,& quę ad forum contentioſum deducta ſunt, poſſint diſpenſare. Sed caute eſt agendum,ut primo ſciatur, ꝙ dicatur occultum vide Mart. Nauar.in Man.cap.27.nu.250.& prius nu.194. Couar.in clem.ſi furioſus. 2. part. §.3. nu.2. de homicid. vbi opinio ſua contra tex.Conc.nō tenetur.
6 † Et nota tex. in dict. cap.15. qui. nam vtitur verbo tempore. nec irregularitatem inducit, cum non ſit in iure expræſſum & illū tex.elegantem dicit idem Couar. in repetit. cap.alma mater. in priori parte. §.6. nu.9 ex ea potiſſima tōne allegata & quia coram tali excommunicato cū celebrauerit,interdictus eſt ei ĩgreſſus, vt poſtea celebrando fiat irregularis,ſecundum multorum opinionem, licet primum verius: & maxima eſt cautela, vt ante diuinorum officiorum horam, videatur ſi extant in eccleſia excommunicati, vt primum deiectis ipſis fiant diuina,ſin autem poſtea obſeruetur,qđ dictum eſt.& not.7.quæſt.1.cap. illud. 11.q.3.c.ſicut Apoſtoli.caueant autem tales excommunicati moniti,vt exeant, & obediāt, ne ex reſiſtentia perturbent diuinum officium,quia graui pæna veniunt puniendi. per.l.ſi quis in hoc genus.C. de epiſcop. & cleric.vt memini ſupra c.20.nu. 39. ſicut dicimus de excommunicato volente corā ſe celebrari per uim,& metum.argum.eorum, quæ dicit Abb.in c.fi.de exceſs. prælat.contra quoſdam potentes:ſed cautus ſacerdos aufugit,nō curando minas,neq. panē, & qui ſcrutati fuerunt iniquitates defecerūt ſcrutantes ſcrutinio. iux.pſal.63.
7 † Hęc autem ſunt aduertenda ēt cōtra interdictos, qui prohibito ſibi eccleſiæ ingreſſu,audent iura eccleſiaſtica uiolare,vt in hoc dicit Nauar.in Man. c.27. nu.166.dum ponit duplicem differentiam,ſeu gradum,generale, vt interdictis ciuitatibus hominum,& particulare,ad certam perſonam,vnam, vel plures nominatas, de quibus dicimus idē, quod de excommunicatis per ſuperius dicta. Florent.in ſum. 3. part.tit.26.c. 4.§.1.quę faciunt ad quęſtionē,cum de alijs infra dicetur.(& idem epiſco.Vulter. lib.3.c.20.) quos item vitare debēt ſacerdotes, dum ſacra myſteria altaris conficiūt,& eis notum eſt eſſe in eccleſia interdictos.
8 † Qui dum diuina celebrantur,omnino ſtare nō debent, poſſunt tamen cum ipſa non fiunt intrare eccleſiā, & orare, vt omnes communiter concludunt.Mart.Nau.eod.cap. nu. 170.immo tranſire cū celebratur. per notata in c. is cui de ſent. excomm. lib. 6. licet grauiter peccēt ſi abſq. cauſa,ne in contemptum videātur facere,vel tēpore prædicationis. per c. reſponſo. de ſent.excom. & dicit Flor.eod. §.1. col. pen.ꝙ in fine prędicationis poteſt eis fieri generalis cōfeſſio,& ibi multa: dicebat etiam Tancredus, ꝙ quilibet peccator cauſa orandi poteſt intrare eccleſiam, quod notandum volunt doct. in ipſamet clem. grauis, quæ verba multo magis ad Iudęos, & Infideles extenduntur, & hæc omnia Sacerdotibus declarantur,qui ſolent ad tabellas adnotare.

DE ELEEMOSYNIS, ELEEMOSYNA-rijs, ſeu earum quæſtoribus.

CAP. TRIGESIMVM.

SVMMARIVM.

1 Eleemoſyna eſt nomen generale, & quid comprahendat.
Proximus quis ſit. ibidem.
2 Eleemoſyna quid ſit.
3 Eleemoſynæ actus dicitur duplex.
4 Eleemoſyna quando ſit in præcepto.
5 Beneficiati tenentur ad eleemoſynas.
Bona beneficiorum ad quid ſit inſtituta. num. eod.
6 Eleemoſyna debet dari ab homine dũ viuit.
7 Eleemoſynæ conditiones quę ſint.
8 Eleemoſyna de rebus nobis charis data acceptior eſt.
Eleemoſyna eſt danda de rebus cõducentibus danti, & accipienti. nu. eo.
Peregrini quomodo ſunt tractandi in expenſis. ibid.
9 Robuſti, & fortes redarguendi ſunt, ſi vadunt mendicando.
10 Ordo ſeruandus eſt in datione eleemoſynarum.
Eleemoſyna prodeſt viuis, & defunctis. ibid.
11 Eleemoſyna a quibus non eſt accipienda.
12 Eleemoſyna facta ab exiſtẽte in peccato mortali an ei proſit.
13 Opera bona facta in peccato mortali an reuiuiſcant per pœnitentiam, & econtra.
14 Peccatores reſurgere à peccatis ſine gratia Dei non poſſunt.
15 Eleemoſyna de quo eſt facienda. & nume. 16.
17 Meretrix de acquiſitis ex meretricio an poſſit facere eleemoſynam.
18 Dilectio inimicorum dicitur eleemoſyna ſpiritualis. nu. 19.
20 Offenſus quid teneatur remittere.
21 Epiſcopus an poſſit de per ſe dimittere iniuriam factam eccleſiæ.
22 Dilectio proximi eſt duplex.
23 Eleemoſyna diſpenſata per malum miniſtrum, an proſit ordinanti.
24 Eleemoſyna ex quibus commendetur.
25 Bona temporalia ſunt caduca, & tranſitoria.
26 Eleemoſyna ordinata dari, non poteſt ſtatuto reuocari.
27 Eleemoſynæ quæ diuidantur cum monialibus pauperibus.
28 Eleemoſyna, ieiunium, & oratio, ſunt tria, quibus Deum placamus.
29 Epiſcopus hortari debet oẽs ad eleemoſynas.
Opera miſericordiæ ſpiritualia, & temporalia. nu. eo.
30 Tria incitant nos ad eleemoſynam.
31 Eleemoſynę fructus, quantus ſit.
32 Meritorum triplex eſt ratio.

Meritum

33 *Meritum eſt triplex.*
34 *Quæſtores eleemoſynarum quomodo prohibendi & à quibus. nu.35. Debent examinari de vita, & moribus. nu.36. Tempore Miſſarum & cõcionum eijciendi ab eccleſia. nu.37.*

EST etiam vltra prædicta in proximo capit. aduertẽdum ad importunos eleemoſynarum quæſtores, ex quorum abuſu mul ta ſcandala inſurrexerunt, & labores Prælatorum in animabus regendis, vertentibus in malum ipſis quæſtoribus hoc bonum eleemoſynarũ, de quibus
1 more ſolito aliqua dicemus. † Et generaliter loquendo hoc nomen eleemoſyna comprǣhendit omne opus miſericordiæ impenſum, ſiue ſibi, qui eſt primus, ut dicit S. Auguſti. in Enchyrid. ad Lauren. cap. 76. ideſt ad ſalutem ſuam, ſiue proximo communiter, & alio modo cõpræhendit, & omne opus pietatis, & ſpirituale, & corporale. datum ipſi proximo, ſed proprius opus pietatis ad relaxandam proximi pauperis indigentiam. S. Bonau. in 4. diſt. 15. par. 2. ar. 1. qõ. 4. Quis autem ſit hic proximus patet ex parabola Samaritani dicta in Euang. Luc. cap. 10. dicitur autem proximus omnis homo fidelis, quia Dei imaginem habet. domi. Cardin. Hoſt. in lib. confeſſ. c. 76. vel omnis, qui exhibet nobis aliquam miſericordiam, vel beneficiũ, & exhibere dicitur, cum ei eleemoſyna amore Dei largitur, quia nos ipſi Deo reconciliat: item proximum dicimus omnem hominem, quia cum nullo malum operari debemus. Magiſter in 3. diſt. 27. de modo diligendi. peccat enim qui proximum nõ amat, amore charitatis propter Deum, optãdo nobis, & proximis noſtris æternam beatitudinem. Marti. Nauar. in Man. c. 14. nu. 23. Inde dixit notanter Auguſt. lib. 1. de doct. Chriſt. c. 23. quatuor a nobis eſſe diligenda, vnũ qđ eſt ſupra nos, ideſt ipſe Deus, ſecundum ſumus nos. Tertium quod eſt iuxta nos, & eſt proximus: & quartum, quod eſt infra nos, hoc eſt corpus noſtrũ, in quibus opera miſericordiæ, & eleemoſynæ verſantur, habendo mẽtem ad primum requiſitum, ſcilicet
2 Deum. † Et hoc modo eleemoſyna ex S. Thom. 2. 2. qõ. 33. ar. 2. eſt opus, qđ indigenti aliquis impendit ex compaſſione, amore tamen Dei, opus veræ miſericordię. de pęnit. diſt. 1. c. qui vult. vbi gloſſ. ducit eius deriuationem. Alphonſ. Aluar. in ſuo Specul. c. 50. §. de eleemoſyna, ordinata a Deo. Luc. c. 12. vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam, & c. 14 ſcribit aliqua Mart. Nauar. in Man. c. 24. nu. 3. vſque ad finẽ. Beatius eſt enim dare, quàm accipere, in Act. Apoſt. cap. 25. vt præſtet poſſe dare, quàm accipere, eam faciendo in occulto, ad fugiendam gloriam mũdi. Matth. c. 6. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus, qui videt te in abſcondito, reddet tibi (oblationes autem in publico, de ſimon. cap.
3 ſicut tu in fine.) † Ex quo hunc actum eleemoſynæ præſtandæ dicimus eſſe duplicem, ut eod. cap. ſcribit Nauar. charitatis, & virtutis, ex primo, amor proximi incitat, ei, amore Dei ſubuenire, qui dixit, diliges proximum tuum ſicut te ipſum Matth. c. 5. ſecundo pro illo actu ſubuentionis, & dicitur virtu-

tis. Sanctus Thom. 2.2. quæſt. 32. art. 1. quæ non patitur otioſa eſſe. Matth. cap. 25. munera ſua multa, charitas prima. in 2. Di. 27. aliqua in famil. ſingul. in l. c. num. 60. ſubueniendo intuitu miſerationis. 25. q. 2. cap. fi. quod & Chriſtus dominus noſter oſtendit eſſe faciendum, ante legem, in lege, & poſt legem, vt Greg. ſuper Luc. Homel. 31. docet, ne aliquod tempus deeſſet pro-
4 ximi neceſſitati. † Vt ſic eleemoſyna tráſeat in præceptum, vt in neceſſitate, nec denegandum ſit malis. Nam, & Dominus ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Marc. c. 5. Luc. c. 6. omni petenti te tribue, cũ mente potius bonis, fideiq. domeſticis, per illud Eccl. c. 10. ſi benefeceris, ſcito cui benefeceris, benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam, & ſi non ab ipſo, certe tamē a Deo. eo. c. Da bono, & ne recipias peccatorem, benefac humili, ne dederis impio, neceſſitatem videto. 47. diſt. c. ſicut Mart. Nau. in repe. c. quicquid. 16. q. 1. nu. 5. Et pauperes dicuntur habere ius in bonis eccleſię, & data fuerunt bona eccleſiaſticis, vt pauperibus ſubueniretur. nu. 22. Abiiciendo in totum illam opinionem multorũ modernorũ, qui voluerunt extendere eorum dictum, vt clerici de fructibus beneficiorum poſſent etiam ad malum vti. latius in Apolog. q. 2. monit. 7. vbi vide, nam ſuperflua pauperibus non erogare iniquitas eſt. 32. q. 4. c. ſic non ſunt. vide in cap.
5 ſtudeat. 50. diſt. † Vnde ipſi beneficiati, & alij eccleſiarum diſpenſatores fortius tenentur ad eleemoſynas, Bern. ſuper cant. clare demonſtrat, inquiens. Timeant clerici, timeant eccleſiarũ miniſtri, qui in terris ſanctorũ, quas poſſident, tam iniqua gerunt, vt ſtipēdiis, quæ ſufficere debent, minime contēti, ſuperflua, quibus egeni ſubſtentandi forent, impie, ſacrilege ſibi retinent, & & in vſus ſuæ ſuperbiæ, atq. luxurię victum conſumere non verentur. Cum bona beneficiorũ principaliter ad opera pietatis ſint inſtituta, ideo ſubtrahēdo peccatur mortaliter. de præb. cap. in monachis, nam quicquid ſupereſt, pauperibus dandum, & non ſubuenire ſacrilegium eſt. Apoſt. ad Timot. 1. c. 6. Habentes alimēta, & quibus tegamur, his contenti ſimus, proprietatem retinendo, quantum ad fidelem diſpenſationem, c. ſi non ſunt 32. q. 4. c. ſtudeat. 50. diſt. 12. q. 1. c. fi. de donat. c. 2. cap. quia tua. 11. q. 1. Lancell. Conrad. lib. 2.
6 de epiſc. nu. 48. † Et præſtat, ꝙ Chriſtiani, dum viuunt, faciāt eleemoſynas, & non expectare ab hæredibus pro ſe. Eccleſ. c. 14. fili ſi habes, benefac tecũ, & Deo dignas oblationes offer, memor eſto, ꝙ mors non tardat, & ante mortē benefac amico tuo Chriſto (ideſt pauperi) & c. 18. Matth. c. 25. quod vni ex minimis datur, Chriſto datur, & ad Gala. c. 6. dum tēpus habemus, operemur bonũ ad omnes. Nam eleemoſyna, quā quis dat in vita ſua, eſt ſicut lucerna, quæ præcedit euntem de nocte, præſeruans eũ ne cadat, quæ fit vero poſt mortem, ſicut lucerna ſequens, ex qua non ita eſt ſecurus itinerās, ne præcipitetur in foueam, videtur enim tunc erogaſſe, quia omnia relicturus erat. Multo tamē peius eſt, ſi neq; ĩ vita, neq; in morte, quis pauperum recordetur: ſicut diues ille qui non conſulens animæ ſuæ, nõ cõdolens miſeriis Lazari, mortuus eſt, & ſepultus in inferno. vnde quærēs refrigerium audiuit ſētētiam a Patre

Abraam.

Abraam. Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur. Tu
7 autem cruciaris. Luc.c. 16. † Itē danda eſt animo voluntario. Deus.n.plus reſpicit ad animum, quàm ad datum, cum ſit ponderator ſpirituum. Prouer. 16.& cap.21. appēdit corda dominus. 1. Reg. c.16. reſpicit affectum dantis; ēt quod minimum ſit datum, exēplum de calice aquę frigidę. Mat.c.10. in fine, quia non perdet mercedē ſuam. Marc. c.9. Et cū hylaritate, docet Eccl. c.35. in omni dato hylarem fac vultū. 2. ad Cor.9. Hylarē.n. datorem diligit Deus, conſiderādo, ꝙ Chriſtus eſt, qui petit. Matt.eo.c.25. quādiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis: patet de B. Mart: cui nocte Chriſtus apparuit Indutus mediata illa ueſte, quā præcedenti die Ambiano pauperi, & nudo petenti noīe Chriſti dederat. Inquiēs, Martinus adhuc Catechumenus hac me ueſte cōtexit. Item petit ipſe de ſuo, nō de tuo, ex illo Auguſti. da Chriſto, qđ dedit tibi, de ſuo quærit, & nō das, des, quia cētuplum accipies, & vitā ęternam poſſidebis. Cum dulcedine, & pietate. Eccleſ. cap. 4. declina pauperi, ſine triſtitia aurem tuam & reſpōde ei in pacifica manſuetudine, non vt multi, qui primum iniuriantur pauperes, & poſtea ſubueniunt, & perdunt meritum eleemoſynæ. Eccle.18. ſtultus acriter improperabit, nec faciēdo illos moram facere: igitur vigilanter ſuccurrendum. ſic.n. eleemoſyna præſtita iungit ad cęlum, & Prouer.3. ne dicas amico tuo, ideſt pauperi, vade, & reuertere, & cras dabo tibi. Eccl.c.18. cor inopis ne affligas, & ne protrahas dare anguſtiāti. Qui etenim pronus ad miſericordiā benedicetur a domino Prou. c.12. Cū humilitate, non in ſuperbia dicit dom. Mat.c.6.& eccl.31. conclude eleemoſynam in ſinu pāuperū, & munus abſconditum extinguit iras. Prou.21.† Et no-
8 tandum eſt pręcipue, ꝙ quanto nobis res charior eſt, & datur ꝑ eleemoſyna, tāto gratior eſt Deo, & magis accepta. 2.Reg.c.vlt. offeramus Deo holocauſta gratuita, alias eſſet indignū valde, dare quod homo odit, cōſiderando tñ perſonarum qualitates, quia pauperibus non aſſuetis ad menſam, & delicias, nō eſt bonū dare ſumptuoſa cibaria, quibus deficientibus tedeat eos redire ad fabas: ideo dixit Abb. in c.et ſi qōnes de ſimo. ꝙ eleemoſyna eſt danda de re conducente danti, & accipiēti, in c. quieſcamus.43. diſ. impenſas competentes, non ſuperfluas peregrinis largiri, dixit text. in c. pulchra.86. diſ. §. diuinis, licet miniſtris eccleſię ſecus. ipſi.n. ſeruiunt Deo. eccl.c.24. S.Tho.2.2. q.32. ar.10.
9 † Inde robuſti, & fortes repręhendēdi ſunt, ſi vadunt mendicantes, quia dicūtur auferre panē debilibus perſonis. C. de mend. Val.l.1.lib.1. in quibus debet explorari integritas corporū, & robur animorū, & ibi gl. notat, vbi ex ſentētia vulgi dicit hos robuſtos Spanaldos, vel Galiotas.& 5.q.5. c.nō oēs.80. diſ.c.1. ex quo dixit gl. optima ſuper Mat. c.5. de iſtis loquendo, qđ iuſtius feceris, ſi iniuſte petētē correxeris, q̄ ſi ei dederis & citat alia gl. in ead. rub. C.& ibi Bar. no. ꝙ validi mendicātes debēt in ſeruitutē redigi, p ipſam.l.1. ponēdo, qūo ꝓbetur mēdicitas, & qualiter puniat̃ ficticie mēdicans: in alijs vero mēdicantibus miſerabiliter cōpatiendū eſt, nā ſi petit rubore confunditur, & ſi nō petit egeſtate cōſumitur, vt petat neceſſitate compel-

compellitur. plura Archid. in cap. quorumdam. de elect. lib. 6. præceptum eſt enim domini, vnumquemq. facere miſericordiam, & miſerationes cum fratre ſuo (ideſt proximo) Zach. cap. 7.
10 † Ordo tamen ſeruandus eſt in ipſa eleemoſyna dãda, ne quis ſubtrahat ex inde extremæ ſuę neceſſitati, quia non tenetur facere, cum præceptum loquatur, de quod ſuper eſt, dandum pauperibus. Luc. cap. 6. tunc enim eſt in pręcepto, & ſi non fiat peccatur mortaliter. Abb. in c. 1. circa finem de empt. & vendit. ſubueniendo magis ſuis, quam exteris 86. diſt. cap. eſt etiam. dixi in famil. ſing. in l. e. num. 11. Bar. in l. 2. C. de annon. ciuil. lib. 12. Item primo iuſtis, demum peccatoribus hominibus. ibidem. §. in ipſa. latius S. Auguſt. in epiſtol. Pauli ad Galat. 6. in illis verbis, ergo dum tempus. Gaet. in tract. de præcept. eleemoſ. tom. 3. ad S. Thom. Martin. Nauar. de horis canon. cap. 20. num. 21 Florent. in 2. titu. 1. cap. 24. §. 3. ſemper ſui ipſius principaliter. Auguſt. ad Laurent. cap. 76. miſerere animę tuæ placens Deo: & hæc etiã prodeſt viuis, & defunctis. ſeſſ. 25. Concil. Trid. de purgat. propter qđ quæritur cui magis teneamur facere eleemoſynã viuis, an defunctis: ponit Lucas de Pen. in l. centũ. in uerb. ſuper hoc. C. de annon. ciuil. lib. 11. & diſtinguitur, aut ex voluntate, & magis defunctis qui ſemper indigent, aut ex neceſſitate, & magis viuis, gl. in c. pro obeuntibus. 13. qõ. 2. & cap. tempus
11 ead. q. cum gl. † Notent tamen eccleſię miniſtri, ne a publicis, & notoriis peccatoribus eleemoſynas accipiant, quia viderentur fauere eorum peccatis, & conuerſioni. cap. 2. de raptor. eod. cap. pro obeuntibus: ibi pro impiis, quãmuis chriſtiani fuerint, non licet oblationes offerre. de pęnit. & remiſ. cap. omnis, cap. ex tranſmiſſa, de decim. quia bona, quę habent iſti tales, frequẽtius ſunt illicitè acquiſita, niſi in prima diſtinctione. S. Thom. 2. 2. quęſt. 32. art. 7. ſic nec ab excommunicato, pro quo non oramus, cap. a nobis, de ſenten. excomm. & hanc. q. diſputat Marian. Socci. in cap. ſacris. num. 149. & eſt 23. dubium, per totum de ſentent. excomm. diſtinguens de licite, & illici-
12 te acquiſitis. nume. 153. † An autem exiſtenti, & permanẽti in peccato mortali proſit eleemoſyna Auguſt. in Enchyrid. ſupra adducto dicit, quòd nõ. non enim (inquit) exiſtimet aliquis nefanda crimina, qualia qui agunt regnum Dei non poſsidebunt, quotidie perpetranda, eleemoſynis quotidie redimenda, in melius quippe eſt vita mutanda, & ſic per eleemoſynas de peccatis priſtinis propitiandus eſt Deus: nõ ad hoc quodammodo emendus, vt ea liceat impune committere, & hoc quęſitum diſputat Alexan. de Aleſ. in ſum. quarta parte, quæſtio. 8. membr. 3. ar. primo, vbi ponit nouem vtilitates prouenientes de operibus bonis factis in ſtatu peccati mortalis, quarum prima eſt delectatio mentis. omnis enim gaudet ex bonis operationibus, ſecũda eſt ſatisfactio, cum ſit præceptum de ſubueniendo proximo, tertia diminutio pœnæ temporalis præſentis vitæ, cum per mortale peccatum, & in hac vita, & in alio ſeculo mereamur pœnam, quarta dicitur augmentatio bonorum temporalium, namque bona fortunæ augmentantur peccatori propter opus bonum factum in ſtatu peccati,

quinta.

quinta. quia liberatur peccator a diabolica poteſtate, ut ſcribit Greg. lib. 3. dialog cap. 7. Iudæus inquit in ſtatu Iudaico permanens ſignabat ſe ſemper ſigno crucis, & liberabatur a diabolis, ſcilicet quo ad hunc mundum, vt minus poſſit Diabolus in eo. Sexta dicitur diſpoſitio, diſponitur enim peccator magis ad ſuſcipiendum gratiam Dei illuſtrantis cor ſuum propter tale opus bonum, & ad pænitentiam faciẽdam tex. in cap. falſos in fine. de pæni. diſt. 5. Septimo dicimus eſſe vtile ꝓpter continuationem, quia in futurum conuerſus, perſeuerat in bonis operibus faciẽdis. Octauo, quia licet moriẽs in tali ſtatu peccati mortalis vadat ĩ infernũ, tollerabilius ſuffert pænas, & leuiores ei fiunt. vltima utilitas dicetur glorificatio, quia peccator conuerſus a peccatis ꝓpter bona opera facta, erit in ampliori gaudio accidentali de quibus vide in cap. fin. de pænit. diſt. 3. & cap. cauendum bona gloſ. in cap. quod quidam, de pænit. & remiſ. ſed illud not. adducit Mart. Nauar. ex communi opin. in c. fi. §. ſignis. num. 12. pænã inferni ſempiternam, qua damnatus punitur, nullo opere bono etiam magno facto ei differi. de quo etiam per ipſum eod. tract. de pænit. diſt. 3. (quia primum dictum

13 eſt diſt. 7.) in cap. quærat. † Ex quibus eſt frequens quæſtio, ſi quis facit bonũ in peccato mortali, de quo peccato poſtea faciat pænitentiam, an reuiuiſcat bonum opus, & è contra ſi in ſtatu gratiæ faciat bonum, deinde peccat mortaliter, an moriantur bona opera, vel per pænitentiam iterum reuiuiſcant. Sã. Thom. in 4. diſt. 23. Frat. Domin. Sot. eod. lib. diſt. 16. qõ. 2. 5. & 6. gl. in cap. quod te. de pænit. & remiſ. quod eſt. 5. cap. Feli. in cap. firmiſſime. de hære. recitant notabile dictum Auguſtini in c. 1. de pænit. diſt. 1. dicentis, pium eſſe credere, vt recepta Dei gratia remuneret bona, vt cum dextruxit quod ſuum nõ inuenit, amet, & diligat bonum, qđ etiam in peccante plantauit. Inno. in c. ex parte. de verb. ſigni. & generaliter ſi nõ prodeſt ad ſalutem, prodeſt tamen ad mitigandum Deum, & ad impetrandam gratiam cap. non eſt. ubi Archid. 1. quæſt. 1. recenſet dom. Card. de Turr. Crem. in cap. nihil enim. col. 2. de conſecr. diſt. 5. & nota diſtinctionem bonorum operum, quòd aut uiua, aut mortua, aut mortificata, per omnes in 4. diſt. 15. Nauar. in adducto. §. cap. quærat. Reſtituuntur enim pænitẽti omnia bona quæ fecerat ante peccatum, ſcilicet in gratia, quæ poſt modum fuerunt mortificata per peccata. cap. conſideret. §. animaduertere. ubi idem Mart. Nau. nu. 10. de pæni. diſt. 7. poſt S. Thom. in 3. quæſt. 89. art. 3. & ibi dicit peccatorẽ ſemper ad maiorem reſurgere gratiã, cum de peccatis plenam fecerit pænitẽ

14 tiam. † Sed not. quòd exiſtentes in peccatis, ſine gratia Dei reſurgere a peccatis, & illa vitare non poſſunt: quorum aliquos Deus ex abũdantia ſuæ pietatis a peccato liberat, auertens eos a malo, & cõuertens ad bonum, vt in aliquibus miſericordia ſua appareat, & eluceſcat, & in alijs, vt Iuſtitiæ ordo manifeſtetur. ad Roman. cap. 9. quæ dicta ſunt notanda, quia grauia, cuius vult miſeretur, & quem vult indurat, ideſt, deſerit, & in maſſa perditionis derelinquit, quorum vult miſeretur, ideſt ex maſſa perditi humani generis,

alios,

alios ad ſe trahit, iuſtificat, & ſanctificat, Vnde Pſal. 10. Locutus eſt Deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi domine miſericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Non tamen eſt ipſe alicui cauſa peccandi, patent prædicta ex S. Thom. lib. 3. contra Gent. cap. 160. cum aliis duobus ſeq. ubi in fine, quomodo procedat illud Exodi, cap. 10. Ego indurauí cor Pharaonis, & ſeruorum eius. & Exod. cap. 4. Ioſ. cap. 11. & Pſalm. 104. cõuertit cor eorum, vt odirent populum eius, in temporalibus videmus, ſi duo idem faciãt maleficium morte dignũ, vnum punit Rex, alteri gratiam facit, nemini aufert ſuum, mors illi erat debita, non negauit, alteri, quod de ſuo

15 eſt donauit, &c. † Sed de quibus eſt facienda eleemoſyna, dicunt Docto. ꝙ de his, quæ iuſte acquiruntur Leuit. 2. omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſque fermento erit, ſcilicet iniuſtæ acquiſitionis. Prouerb. 3. honora Dominum de tua ſubſtantia. Tob. 2. Fili de tua ſubſtantia fac eleemoſynam, nã quæ fit de bonis eccleſiæ, quæ dicuntur patrimoniũ Chriſti, bona dicitur eleemoſyna, quia in ipſis beneficiati ſolum habent diſpenſationem: quando vero de proprio patrimonio, dicitur in melius excedere, & optimum iudicatur, cum quis præſtat eleemoſynam de acquiſitis proprio ſudore, & labore, ad Epheſ. cap. 4. qui furatur, iam non furetur, magis autem manibus ſuis laboret, operando quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem pa-

16 tienti. † Quare ſi fiat de furto, & rapina, cogitare debes, quomodo placeat Deo: de quo dicit Auguſt. quale eſt illud munus, quod alter cum gaudio accipit, & alter cum lachrymis admittit. Eccle. cap. 34. imolantis ex iniquo maculata eſt oblatio, & non ſunt placitę Deo ſubſanationes impiorum. ibid. Dona impiorũ non probat altiſſimus. c. non eſt putanda. 1. q. 1. & 14. qõ. 5. per tot. Deuteron. cap. 17. non imolabis domino Deo bouem, & ouem, in quo eſt macula, aut quippiã vitij, quia abominatio eſt dño Deo tuo. Pſal. 61. Ego dominus diligens iudiciũ, & odio habens rapinam, immo potius tenetur ad reſtitutionem. Abb. in cap. ex tranſmiſſa de decim. in cap. 2. de raptor. 31. quæſt. 5. cap. noſce. domi. Card. Hoſt. de cęrem. a loco ſumpt. fol. 627. Bar. in l. 1. 4. q 6. princ. C. de ſacr. ſanct. eccle. Cardi. in clem. 1. de reli. & vener. ſanct. ſic de pecunia peruenta ex re furata. gl. 14. quæſt. 5. in ſum. cap. cum tu. de vſu. & facit tex. in cap. cura paſtoralis. de iur. patron. ꝙ habens malam fidem, non habebit exitum bonum. Nauar. de hor. canon. nume. 18. vbi multa dicit. cap. 22. de reſtitutione facienda dominis propriis, aut hæredibus, ipſis exiſtẽtibus, aut non exiſtentibus, vel ignotis omnino, qui nequeunt ſciri, & tunc

17 Chriſto, vel piis ipſius operibus. † Quorum ratione videtur concludendum, quòd mulier non poteſt facere eleemoſynam de acquiſitis ex meretricio, quia videntur illicite, & turpiter acquiſita. Abb. eod. cap. ex tranſmiſſa. Bald. in l. 1. C. de condit. ob turp. cauſ. Iaſ. in l. 4. §. ſed quod meretrici. ff. eod. tit. Sed tamen ex mente. Abb. contrarium videtur, ea ratione, quia dominiũ tranſfertur irreuocabiliter, & fit ſuum patrimonium, nec ad reſtitutionem te-

netur,

neq;ur, vnde tranſit in aliam ſpeciem, &
poteſt eleemoſynam de ipſis facere, ſic
firmant communiter Doct. & verum
eſt. 16. quæſt. 6. in c. ex lapſis. Cardin.
Vgo. Deuteron. 23. ipſe Abb. in cap.
quia pleriq. nu. 14. de immuni. eccleſ.
& differt facere eleemoſynam peruen-
tam ex tali meretricio, & facere de re-
bus turpibus, quia illa in oblatione bo-
na, hæc autem peſſima. eod. cap. non eſt
putanda 1. quęſt. 1. de Cain. Geneſ. 4.
Vnde licet accipere. de primo, non de
ſecundo. arg. illius Tob. cap. 2. non li-
cet nobis edere de furto aliquid, aut
contigere. dom. Florent. in ſum. 2. part.
tit. 1. cap. 23, §. 10. & in pręcedentibus
18 de aliis. † Inter ſpirituales tamen pieta
tes, eleemoſyna magna iudicatur, dilige
re inimicos, eiſq. benefacere, pro eis
orare ex præcepto Dominico. Matth.
cap. 5. diligire inimicos veſtros, benefa-
cite eis, qui oderunt vos. S. Thom. 2. 2.
quęſt. 25. ex multis: propter mercedis
magnitudinem, quia terra magis abun
dans, libentius ſeminatur, & maior cha
ritas reputatur, & propter puritatem
ipſius dilectionis, quia in amico poſſu-
mus diligere etiam beneficium acce-
ptum, ſed inimicum propter ſolum
Deum, conſiderando hanc inimici dile
ctionem tribus modis, primo, vt quia
ſunt inimici ſecundum vitium eorum,
quo exercent inimicitiam, & non tene-
mur: ſecundo quantum ad naturam in
vniuerſali, vt dilectione proximi: & ab
hac generalitate non excluditur inimi-
cus, & ſic eſt de neceſſitate charitatis.
Tertio in ſpecie, vt quis ſpecialiter mo
ueatur motu dilectionis ad inimicum,
& non eſt de neceſſitate charitatis abſo
lute. Florent. in 4. tit. 6. cap. 4. §. 1. ſed
tenetur in communi. & ideo dicitur ec-
cleſi. capit. 28. Vbi multa de hoc. re
linque proximo tuo nocenti te: & tunc
19 depræcanti tibi peccata ſoluentur. †
Vnde eleemoſynam vere dicitur facere
diligens inimicos, eiſque conſulens,
aut malum auertens Matth. cap. 18.
hocque fatemur quotidie in oratione
dominica: Auguſt. ad Laurent. in En
chir. cap. 73. 76. quando autem de ne-
ceſſitate ſalutis, diſtinguit multiplici-
ter S. Thom. 2. 2. q. 25. arti. 9. & quia
cauſatur propter Deum, magna dici-
tur: Matth. cap. 5. vt propterea dubi-
tetur, quę ſit magis meritoria dilectio
inimici, aut amici pulchre ex S. Thom.
Viguer. de virt. charit. §. 1. verſi. 6.
circa medium. late dom. Cardin. Ara-
cæl. de conſil. euang. cap. 16. Auguſt.
ad Laurent. capit. 73. minus enim eſt,
magnum erga eum eſſe beneuolum, ſi-
ue etiam beneficum, qui tibi mali ni-
hil fecerit, illud multo grandius, &
magnificentiſſimæ bonitatis eſt, vt tuũ
quoq. inimicum diligas, & ei, qui tibi
malum vult, & ſi poteſt facit, tu bo-
num ſemper velis, faciaſque cum poſ-
ſis, quia proximus eſt, cum ſit conſors
naturæ noſtræ, & huius dilectionis no
biſcum particeps eſt, & particeps fieri
poteſt per prædicta. Ioan. Driedo. de ec
20 cleſi. ſcript. lib. 3. cap. 1. in fine. † Sed
modo, vt dixit glo. 23. quęſt. 4. cap. ſi is,
qui. quòd inimicis noſtris tenemur re-
mittere rancorem, nec eos odio habere
licet. 11. quæſt. 3. cap. inter verba. remit
tẽdo amore paſſionis Chriſti. Vnde in-
quit etiã Tull. lib. 1. offic. nihil magno,
& præclaro viro dignius placabilitate,
atq. clementia, ideo de neceſſitate ſa-
lutis, odium, rancorem, perſequutio-
nem iniuriæ remittere tenemur cap. ſi.
de pœnit. diſt. 1. c. cum in lege. 23. q. 4.
ſed

ſed ſatisfactionem iniuriæ non tenetur quis remittere, aut damnum datũ 90. diſt. cap. ſi quis contriſtatus cum ſua glo. ſemper enim inferens iniurias ad damna, & impenſas tenetur. Couar. lib. 2. uar. reſolut. cap. 10. etiam quo ad forum animę quis fecerit remiſſionem, non intelligitur niſi de odio, & rãcore ibid. verſ. 3. conſtat. & diſputat Mart. Nauar. in Manual. lati. c. 14. nu. 25. vbi not. il ud, qđ quotidie practicamus in pænitentia, ꝙ ſi pænitens remittit ex corde & dicit, quòd fiat iuſtitia, ipſo tamen non proſequente, nõ aſtringitur ad aliud, quia dicitur bonus rancor, & eſſet petere iuſtitiam ex zelo iuſtitiæ, vt mali puniantur, quis eſt hic, qui hoc corde petat, etiam quòd dicat, Deus ſcit: diſcurrit Tho. Elyſ. in tract. de charitate. §. de remiſs. offenſ. & in-
21 iur. fol. 487. cum ſeq. † Dũmodo non ſit iniuria facta eccleſiæ, quia cautius eſt agendum, & cum ſuperiore conſulendum, quam epiſcopus non poteſt per ſe ſolum remittere, cum ſit communis iniuria. Abb. in cap. cum contigit. nu. 11. de ſent. excom. glo. & doct. in cap. 1. de pę n. lib. 6. dixi vnum verbũ in famil. ſingul. in. l. e. nu. 27. meminit Iulius Clarus. lib. 5. recept. ſent. in practi. crim. §. fi. quæſt. 58. verſ. præterea quæro, quia de numero illorũ, qui nõ poſſunt de per ſe remittere. Nauar. eo. nu 25. verſ. immo. per gl. in cap. parochianos. de ſent. excom. & dicitur ipſa Reſpublica, cum iniuria fit eccleſiæ, eo magis, ſi ad debitam ſatisfactionem non deuenitur, dicto cap. ſi is qui, & ad ſuperiorem ſpectat actio contra iniuriantem, per gl. in eod. c. & Nauar. in verſ. quoniam actio: ampliat ad alios
22 ſuperiores. † Notando dicta doctorũ in materia, quòd iſta dilectio conſideratur in duplici actu, & affectus, & effectus, quaſi inter innocentiam, & beneficientiam, namque de affectu dilectionis innocentiæ tenemur diligere inimicos, non optando eis malum, in quantum malum, ſed quantum eſt eis expediens, & Reipublicæ. ſed per affectum dilectionis beneficentiæ principaliter, & ſecundario. primo optare inimicis gratiam, & gloriam, & cætera ſpiritualia bona, quomodo amicos, & inimicos diligere debemus. cap. debet. 23. quæſt. 4. ſed ex alio optare eis bona temporalia non tenemur, ſi non eis expediunt ad ſalutem. ex ſecundo verò actu quando eſt neceſſarium ſaluti animarum, orando pro eis, vt conuertantur, & Deus illuminet corda ipſorum ad viam rectam, de temporalibus non, niſi, vt ſupra, præter magnam perfectionem, de qua quis eſt hic, & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in uita
23 ſua. Eccl. c. 31. † Sit igitur principalis bona intentio, cum datur eleemoſyna, quæ non perdit effectum ſuum reſpectu dantis, licet per malum miniſtrum diſpenſetur, cum in ipſa, primeua intentio dantis, non famuli nequàm a Deo conſideretur, iuxta illud euang. Matth. cap. 10. neque obſtat huic dictum Gra. 49. diſt. in princ. & iterum. 3. quæſt. 7. cap. in grauibus. quando is, qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. quia differt, ſi ad intercedendum, vel aliquid porrigendum, ſi non placet, quia ex manu iniqui famuli, placebit, quia ex ordine iuſti hominis, & idem de oratione. Mart. Naua. de hor. canon. cap. 19. nu. 60. cum ſeq. ideo ex hoc ceſſare non debent fideles eleemoſynas facere de

ſuis

ſuis bonis temporalibus, quæ ſunt cau ſa vt augmẽtentur in optimo, & bona
24 eis accreſcant. † Et eleemoſynæ huius profectio commendatur, ex fide, cauſa, loco, & tempore, tex. not. in cap. non ſa tis. §. item. 8 r. diſt. & ex fide, circa domeſticos noſtrę fidei, qui præferendi ſunt extraneis, ex cauſa, ſi per captiuitatem ſuam, vel ſuę familiæ. de loco, vt in carceribus, vt liberentur, ſuppliciis, & pœnis, quibus quis iuſtus crucietur, tempore, in afflictione periculi, quia ſi dum opus eſt non ſubuenis, cum ceſſat periculum, ad quid fruſtraris tua pecunia, ſunt, & alia conſideranda, quæ in ead. diſt. tractantur, præſcrutando quid in clerico, quid in laico, quid in foro animę, quid in foro contentioſo. in extrauag. execrabilis in ver. debita de præb. & per illud cap. paſce. ead. diſt. paſce fame morientem, ſi non paueris occidiſti: quæ tibi remanẽt, ad quid poſtea, ſi iuſtus, quem ſaluare poteras, fame conſumptus eſt, (& ſi iniquus forſan eo bono poterat ſaluari, vt quia conuerſus ad fidem, vnde, & malum eſt, qđ not. ad illam quæſt. an ſit maius peccatum occidere hominem malum, quàm bonum glo. in cap. ſi habes. 24. quęſt. 3. in verb. *innocentes*. S. Thom. 2. 2. q. 64. ar. 6. vide. 23. quæſt. 5. cap. ſi non licet. Archi. de conſecr. diſt. 1. cap. eccleſiis. diſtinguendo ſi reſpectu animę. de cuius ammiſſione; eſt maius præiudicium, quàm mille corporum. ead. glo. & alia in cap. ille qui hominem. 23. q. 5. diſputant moderni in tract. de iud. &
25 infidel. part. 1. c. 12.) † Quod & magis attendendum, cum bona temporalia ſint caduca, & trãſitoria, modo uni, modo alteri, ideo non confidendũ, ſed de eis bene diſpẽſandum, vt exinde acquirantur bona æterna. ideſt regnum cęlorum. Matth. cap. 6. vnde dicebat Seneca ad propoſitum, nihil proprium dicas, quod mutari poteſt, & reſpectu ſui vileſcunt, terra enim terram optat, & ad terram producit hominem, ſi uti neſciat terrenis, & in epiſt. 88. bonum eſt, quod facit bonum, nam temporalia, non faciunt bonum, ergo non bonum, poteſt eſſe bonum ex parte utentis, ꝙ ex eis faciat bonũ, ideſt eleemoſynam, & alia pietatis opera. & eſt vera opinio Ciceronis facientis differẽtiam, inter bona corporis, & animi, ex ſententia Stoicorum. Ariſtot. in princ. moral. & quod dicitur, bona facere beatos, declarat doctiſſimus Vlpianus. in l. bonorum. ff. de verb. ſignif. quòd beare manet pro prodeſſe improprie, quia beatitudo conſiſtit in alia vita, in illa cæleſti Hieruſalem. Caſſa. in ſua glo. 3. part. conſid. 46. in fine. An autem bona noſtra dicantur de iure, & non de conſcientia, vel de conſcientia, & non de iure, & quæ ſint, pro nunc omitto. Bald. diſputat, in ſuis diſputat. in ea incip.
26 ſtatuto cauetur. † Inde inter meliora bona mundi conſideramus eleemoſynam, quam neq. ærugo, neq. tinea demolitur. Matth. eo. cap. & melior certa deſtinata, quàm repoſita ad voluntatẽ hominis, quæ mutatur, & quando ſemel eſt deſtinata vni loco, vel certis pſonis pauperibus, non poteſt etiam per ſtatutum reuocari, ſed ſemper debetur Bar. in l. priuilegia. C. de ſacr. ſanct. eccle. per cap. ad Apoſtol. de ſimon. & communis eſt opinio. per Fel. ibidem, quamuis multi voluerint contrarium affirmare, decet enim volũtatem teſtatoris omnino ſeruare in auct. de nupt. §. diſponat. vt non pereant piæ teſtan-

tium

tium voluntates, vt in alio ſimili dicitur ex Conc. Trid. ſeſs. 25. de reform. gen. c. 4. & c. 9. nec ratio ipſorum militat, quia cum in pijs conſiſtant operibus, non ad laicos, ſed ad eccleſiam pertinet mutatio, aut diſpenſatio. & id ad ſum-
27 mum Pōtificem. † Sicuti in proprio caſu de eleemoſynis dicimus relictis diſpenſari, ſiue ex teſtamento, ſiue inter viuos, non tamen ad certas perſonas, medietatem ipſarum epiſcopus procurabit aſſignari monaſteriis monialium pauperum ipſius loci, idque exequatur etiam authoritate Apoſtolica ex conſtitutione nouiſſima ſanctiſſimi Domini noſtri D. Greg. XIII. Pont. Max. inci. Deo ſacris. 1572. an. 1. quam verbatim, & multa declarando, recitat Mart. Nauar. in cap. ſtatuimus. nu. 54. 19. q. 3. & infra de monialibus dicemus. quādo autem fit commutatio vltimarum voluntatum, quę non niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa fit, epiſcopis cōmittitur, vt extraiudicialiter cognoſcant, ſi ſupplicata vera fuerint ex eod. Conc. Trid.
28 ſeſs. 22. de reform. cap. 6. † Et ad propoſitum, de quo in pręſenti tractamus, ſunt tria principalia, quibus homo poteſt placare Deū pro ſuis peccatis, eleemoſyna, oratio, ieiunium. non ſufficit inquit Auguſt. in ſerm. de pænit. mores in melius commutare, & a præteritis malis recedere, niſi etiam de his, quæ facta ſunt ſatisfiat domino per pęnitētiæ dolorem, per humilitatis gemitum per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis, & ieiuniis c. non ſufficit de pænit. diſt. 1. & in cap. medicina ead. diſt. & facientem Deus reſpicit, ſiue Chriſtianum, ſiue Gentilem, teſtis eſt ille Gentilis Cornelius in principio eccleſiæ, qui vacans orationibus, & eleemoſynis, Angelum habuit miſſum a Deo, vt ad Petrum pergeret pro ſalute ſuæ animæ, de quo dixit Petrus, in veritate comperio, quia non eſt perſonarum acceptor Deus Act. Apoſtol. cap. 10. c. deinde. §. aſpicias. 26. diſt. quod & ſapiens dixit. non ſubtrahet perſonā cuiuſq. Deus, qui eſt omnium Dominator, & ęqualiter cura eſt illi de omnibus, & iterum omne, quod eſt in mundo. prim. Ioā. cap. 2. aut concupiſcentia carnis, aut oculorum, aut vitæ eſt: concupiſcentiam carnis ieiunio tollimus, oculorum verò (quæ eſt auaritia) per medium eleemoſynæ, ſuperbiæ medemur humili oratione. Tertio omnis peccator frequentius in Deum, in ſe ipſum, in proximum peccat. oratione placamus Deum, eleemoſyna ſatisfacimus proximo, & ieiunio, quod in nobis deliquimus expiamus. Quarto in hac vita tres hoſtes habemus, mundū, carnē, & Demonem, mundum eleemoſynis, carnem ieiunio, Demonem oratione ſuperamus, vide ad prędicta Flor. in ſum. 3. part. tit. 14. cap. 20. circa fin. ante vnicum. §. tab. in hoc verbo. nu. 17. cum
29 aliis. † Hæc exercere chriſtiani officij eſt, ad hæc hortari omnes fideles gloria epiſcoporum, qui in his peragendis multum proficerent continuantes, pręcipue cum commemorant euang. Mat. c. 25. quando in die Iudicii Dominus noſter Ieſus Chriſtus exacturus a nobis ſtrictiſſimam rationem, ponet cauſas noſtræ ingratitudinis exuriui, & nō dediſtis mihi manducare, ſitiui, & nō dediſtis mihi potum, hoſpes eram, & non collegiſtis me, nudus, & non operuiſtis me, infirmus, & nō viſitaſtis me, in carcere poſitus, & non veniſtis ad me, ꝙ his eguerit, audi finem Euang.

quam-

quamdiu non feciſtis vni ex minimis,
nec mihi feciſtis, & cum peccatum cau
ſet mortem, ſupra cap. 6. poſt num.
6. eleemoſyna liberat a peccato. ſicut
aqua extinguit ignẽ eod. ſing. 11. & ſi
vnus infirmatur, aut cruciatur, mouere
debet nos ad compaſſionem, quia mi-
ſeria naturæ, qua. & non poſſumus nos
eſſe liberi, quia nihil ſub ſole firmum,
& prædictę conditiones euangelicæ, cũ
alia de ſepelliendis mortuis, pertinent
ad ſpeciẽ eleemoſynę corporalis, Sunt
& opera alia ſeptẽ ſpiritualia ipſius elee
moſynæ, quæ verſantur in his: docere
ignorantem, conſulere dubitanti, conſo
lari triſtem, corrigere peccantem, & of-
fenſas remittere, compati oneroſis, atq.
pro omnibus exorare, adque tenentur,
& Chriſti fideles; & epiſcopi eorum
officio omnia declarare. Florent. in 4.
tit. 5. cap. 18 §. 4. cum ſeq. & §. 6. quòd
eleemoſyna ſpiritualis præſtat corpora
li in tribus; quia nobilius donum ſpi-
rituale, quàm corporale. 2. ſpiritus, cui
ſubuenitur nobilior corpore. 3. & ipſi
actus ſpirituales ſunt perfectiores acti-
bus corporalibus, hæc accomodantur
malis, & defectibus corporis, & ſpiri-
tus. declarat Marti. Nauar in Manu.
lati. reformàto. càp. 24. nume. 4. cum
30 ſequen. † Et tam laudabile eſt eleemo-
ſynæ officium, quòd ad eam tria nos
incitant: ſcriptura ſacra. Zacch. cap.
7. miſericordias, & miſerationes faci-
te vnuſquiſque cum proximo ſuo: di-
ligit dominus miſericordiam, & iudi-
cium pſal. 32. & in alio 40. beatus uir,
qui intelligit ſuper egenum, & paupe-
rem, in die mala liberabit eum do-
minus: Natura ipſa nos docet, ut cum
in nobis paſſo vno membro, omnia
alia ſubueniant, & velimus ab omni-
bus adiuuari, omnes, qui ſumus fra-
tres, & mẽbra in capite Chriſto, vt ſu-
pra in proę. eſt dictum, debemus alter
alterius onera portare ad Gal. 6. cap.
de creatura irrationali, de animalibus
affert exempla idem Flor. eod. cap. 10.
de elephantibus ſubuenientibus alte-
ri in terram lapſo, coruus Helyæ pa-
nem deferebat, & Paulo primo hære-
mitæ dimidiatum, ſed Antonio adue-
niente integrum detulit panem, de
31 quo alio loco diximus. † Ex prædictis
maximi reſultant in nobis fructus, vt
ſcribit Alphonſ. Alu. in ſuo ſpecul. cap.
50. dom. Card. Hoſt. in expoſit. ora-
tion. dom. fol. 419. Vigue. de virt. cha-
ri. §. 2. verſ. 5. melius Florẽ. §. 11. quòd
temporaliter, ſpiritualiter, & superna-
turaliter remuneramur a Deo. in pri-
mo augentur dona, non vidi iuſtum
derelictum, nec ſemen eius quærens
panem. pſal. 36. de Loth. liberato ab
igne Sodomæ. Geneſ. 19. Abraam
pater credentium Deum hoſpitio ha-
buit, dum inquit, Domine ſi inueni
gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſer-
uum tuum, ſed afferam puſillum aquę
& lauentur pedes veſtri, & requieſci-
te ſub arbore, ponamque bucellam pa
nis, & confortetur cor veſtrum, poſtea
tranſibitis. idcirco enim declinaſtis ad
ſeruum veſtrum, & habuit inde in ſe-
nectute filium Iſaac. Geneſ. capit. 18.
21. de 2. eleemoſyna a morte liberat,
& non patietur animam ire in tene-
bras. ex quo dixit Anchar. conſ. 202.
circa 1. nume. 5. quòd eleemoſyna li-
berat animam teſtatoris, eſt namque
anima prætioſior corpore, & cunctis
rebus. capit. cum infirmitas. de pæ-
niten. & remiſsio. de 3. habebit homo
pro eleemoſyna bonum ſuper naturale

vitam æternam. Matth. cap. 19. centu-
plum pro vno accipietis. Venite benedi
cti patris mei, poſſidete regnum para-
tum vobis a cõſtitutione mundi. Matt.
32 c. 25. † Conſiderando denique ratio-
nem ipſorum meritorum in prędictis,
in agendis recipiendo mercedem ſecũ-
dum laborem, & vt præſtitimus bonũ
accipiemus, habentes ipſos pauperes
teſtes pro nobis, dum ſumus in chari-
tate, quando bona opera noſtra perue-
niunt ad conſpectum Dei, nam ſi in
mortali non iuuant ad vitam ęternam,
licet diſponant, de geſtis per exquiſitã
rationem appendẽdo merita noſtra, &
bonis inuentis collocemur a parte de-
xtra. vide per docto. in 4. diſt. 15. de
tertio ſi non iuuant reſpectu propriæ
perſonæ, erunt tamen merita ſufficien
tia reſpectu, quo geruntur, vt ſacerdo-
tes, quia vt miniſtri eccleſiæ, nõ reddit
vacuũ opus, quia non ex operibus pro-
priis. idem Flor. in prima, tit. 7. c. 3. §.
3. etſi in gratia exiſtant ieiunantes, aut
alia opera bona facientes ſatisfaciunt
pro alio detento in pęnis purgatorij.
Domi. Cardi. Aracæl. de ſacram. pęni.
33 c. 44. poſt prin. fol. 313. † Ad propriũ
autem de merito reſpondetur. ꝙ eſt tri
plex meritum, congrui in quo peccator
dicit ſibi mæreri gratiam, cum ad illã
ſe per bonum actum diſponit, aliud
digni, quo ſcilicet uir iuſtus orat pro
alio, & meretur exaudiri. Tertium di-
citur meritum condigni quo iuſtus ex
tanta charitate meretur tantum præ-
mium. Sanct. Bonauentu. in tertio, di-
ſtin. 4. & nota quia, quod eſt principiũ
mærendi, non cadit ſub merito, quia
alias idem præcederet ſe ipſum, vide
optime per Archid. 23. quæſtio. 4 cap.
Nabuchodonoſor, prima colum. vbi
refert Vgo. de ſanct. Victor. quædam
eſſe ex ratione, quædam ſecundum ra-
tionem, quædam ſupra rationem, ex
ratione neceſſaria, ſecundum rationem
probabilia, ſupra rationem mirabilia,
adde contra rationem incredibilia. ui-
de multa per dom. Flor. in ſum. quar-
34 ta parte, titu. 9. cap. per totum. † *Or
tempo gli è de ritrouar modo di obuiare
à gli abuſi cauſati dalla furia, & im-
portunità de i mendicanti queſtori.* In
quo eſt attente ſtãdum, ne ipſi ſub ſpe
eleemoſynarũ recolligẽdarum excedãt
in indulgẽtiis, prędicationibus, & aliis:
nec quicque poterant primum, niſi
litteras habuiſſent a ſede apoſtolica, vel
ab epiſcopis ordinariis, cum aliter non
admittebantur ex Generali Conſtitu-
tione Innoc. Tertii ſum. Pont. in cap.
cum ex eo. de pænit. & remiſs. etiam,
quòd fuerint exempti, quia cum poſ-
ſent nocere, & ꝓdeſſe ſuo gregi. cogno
ſcere debent: ſed ex lapſu tpis remedia
ĩtroducta nõ ſeruabãtur quia, vt ſcribit
Pelagius Papa Florentino epiſcopo, ex
defectu noſtrorum temporum non ſo-
lum merita, ſed corpora ipſa hominũ
defecerunt. in cap. fraternitatis. 34. diſt.
vt Leo Papa quartus, exinde dixerit,
multa etiam damnabilia tolerari in ec-
cleſia, pro tempore, pro perſona intui-
tu pietatis, vel neceſſitatis, ſiue vtilitatis
& pro euentu rei. cap. requiritis pri.
35 quæſt. 7. † Ideo ſancti Patres in illa nõ
minus ſalutari, quàm neceſſaria Gene
rali ſynodo Tridentina in totum man-
darunt deleri hoc nomen quæſtorum
in omnibus chriſtiani orbis locis, (ſic
enim hæc ætas requirebat) ſeſs. 21. de
reform. cap. 9. & licet multis conceda-
tur pias eleemoſynas quærere, ſublato
tamen nomine quæſtorum, ex conſtitu
tione

tione Pii Quarti inci.ex debito. 1565. an.6.& itidem Pius Quintus conceſſit reuocando tamen indulgentias pro manibus adiutricibus incip. & ſi dominici. an. 2. 1566. tamen recognoſcendæ ſunt eorum litteræ,ne ſi falſę ſint, gaudeant eorum malitia & patrocinetur eis fraus. cui obuiandum eſt. l.in fundo.ff. de rei vendic. vt abutendo priuentur priuilegio, dixi in famil. ſing. in. l.1.nu.88.74. diſt.cap. vbi iſta dedi

36 ciſti. cum ſimil. † Quapropter examinandi ſunt de moribus, & vita ipſorũ, vt ſint modeſti,diſcreti,reuerentes, deuoti, non ſcandaloſi, non hoſpitentur in tabernis,aut aliis ĩhoneſtis locis, ſeu faciant inutiles expenſas,immoderatas & ſumptuoſas, ſiue habitum deferant falſæ Religionis. eod cap. cum ex eo. §.qui autem puniẽdo excedentes, quocumq. titulo, vel priuilegio fulciantur. clem.2.de pænit. & remiſs. conſiderata ſcandali qualitate, ex quo factum augetur, ſi ex ipſa cauſa abuſus irrepſerint, quos auferre labor eſt epiſcoporũ. Vnde ſi ad locum ipſum vadãt eleemoſynæ, videatur, nec eleemoſynarii participent,vt infra.2. lib. de hoſpitalibus

37 dicemus.† Expreſſe prohibendo. ne tempore Miſſarum, & concionum vadant uagantes per eccleſias,ſcandalum, & rumorem, impedimentumq. inferendo. graui pœna impoſita capitulis, & parochis, etiam & regularibus: per conſtitutionem aliam eiuſdẽ Pii Quinti incip. quàm primum de qua ad plenum meminit Mart. Nauar. in tract. de hor. cano. c.21. nu.32. ſed ſtare debent ante fores eccleſiæ, idque, vetitum etiam in Conc. Trid. ſeſs.22. in decreto de obſeru. & euit. in celebr. Miſs. & Nauar. num. 35. mendicitatem interdicendo ualidis, & diuitibus, ſicuti validis hoſpitalia clauſa eſſe debent in Concil. Colo. de hoſpit. cap.5. in quibus vtile admodum eſſet,ſi Principes in omnibus obſeruari facerent legẽ Imperatoris Val. C.de mend. valid. l.unica. lib. 11. cum multi ſint, qui nolũt laborare,dicit ibi gl.ſed mendicã do ſine labore viuere, vide multa in ſynod. prouint.Mediol. 3. part. de pior. loc. admi. fol.162.&c.

DE CENSURA ECCLESIASTICA,

& quæ ſub eius nomine comprehenduntur.

CAP. TRIGESIMVMPRIMVM.

SVMMARIVM.

1 Regis proprium quid ſit.

2 Pœna, qua timetur imponenda eſt.

3 Cenſura eccleſiaſtica quid ſit, & quæ contineat.

4 Diſtrictio eccleſiaſtica quid ſit. Quid diſciplina eccleſiaſtica. nu.5. Et ſecuritas eccleſiaſtica. nu.6.

7 *Pœna canonica quid comprahendat.*
8 *Pęna obedientiæ timenda eſt.*
9 *Transgreſſor canonis, legis, conſuetudinis qualiter puniatur.*
Hareſis eſt dicere Romanam Eccleſiã non poſſe condere canones. nu. eo.
10 *Pœna animaduerſionis, quæ ſit.*
11 *Indignationis noſtræ verba, quam vim habeant.*
12 *Pœna ſub obteſtatione diuini iudicij et maledictionis æternæ, qua ſit.*
13 *Pęna acrimonię noſtrę quid cõtineat.*
Pœna mocronis. nu. 14.
15 *Pęna diuinę vltionis quid ſit. Quid pœna banni Chriſtianitatis, & alia. ibid.*

REgum conditoris intentionis id proprium eſſe omni
1 bus notum eſt.† Vt futuris per ipſas leges prouideatur in l. leges, & conſtitutiones. C. de lega. cap. ſecundo. de conſtitut. quia bona eſt lex, quę mala prohibet. cap. quarto, eodem titul. Vnde, & præmium, & pęnam in ſe continet. dixi ſupra. cap. 17. nu. 22. nec debet pœnas inſertas euitari legibus, qui ſe contra iuris ſententiam ſeua prærogatiua verborum fraudulenter excuſat. l. non dubium. C. de ligib. nec quiſq. poteſt in actionibus, & iudiciis eccleſiaſticis ſuo ſenſu duci, ſed canonum anthoritate. cap. 1. de conſtit. idq. etiam ex antiqua lege Deutoron. cap. 32. cũ dominus per Moyſem loquens dicit populo ſuo, en propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem, & maledictionem, benedictionem ſi obedieritis mandatis Dei veſtri, quæ hodie ego pręcipio vobis, maledictionem ſi non obedieritis mandatis Dei veſtri, ſed receſſeritis de via, quam nunc oſtendo vobis: Poteſt etiam, & præteritis lex cauere. cum nominatim de pręteritis in ipſa lege fit mentio. tex. clarus vbi Fel. ponit more ſuo ampliationes, & limitationes. in cap. fin. de conſtit. & in multis nouis conſtitutionibus legimus, licet non de proprietate. vide infra lib. 2. cap. 25. num. 21. quod epiſcopus at-
2 tendere debet. † Vt qualitate loci & perſonarum cognita medicinam morbo congruam apponat, ex illo. euang. oleum, & vinum. Luc. cap. 10. & eas pœnas ſciat opponere, quæ magis timẽtur ſuo iudicio, ne ludibrio fiant, & maior ſit labor ſuus, not. omnes in cap. irrefragabili. §. cæterum. de offic. ordin. dicit enim doctiſſimus Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 9. num. 8. delicta eſſe punienda ſecundum menſuram proportionis, ratione loci, & temporis, & perſonæ, & quantitatis, in quibus plurimum verſatur epiſcopi arbitrium: ipſe enim diſpenſat in pœnis glo. in cap. 2. de pœnis, & vbi pœna corporalis vtilior eſt, ea quidem imponenda. Archid. in cap. ea vindicta. 23. quæſt. 4. nec ordinationes iuuat facere, niſi contrauenientes ſciuerint ſe puniendos, quod, & frequentius per cenſuram eccleſiaſticam ordinari ſolet, ideo præſtat videre, quid hoc nomen ſit, & quæ contineat, vt ſecundum diſpoſitionem ſacrorum canonum in ipſis viſitationi-
3 bus epiſcopus ſe gerat.† Et licet in cap. quærenti de verbor. ſignifica. dicatur cenſuram eccleſiaſticam continere excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum, de quibus poſtea ſuo loco dicetur, hic tamen declarabimus varios modos, quibus canones vtuntur

ad

ad terrorem malorum, vt alij poſſint
alia conſimilia verba addere, nam cen-
ſura eccleſiaſtica eſt pœna ſpiritualis,
quam eccleſia propter inobedientiam
infligit, locis, vniuerſitatibus, & per-
ſonis. Ioann. de Lig. in tract. de cenſ.
eccleſ. & dicitur in cap. fin. de pignor.
per cenſuram eccleſiaſticam compella-
tis, cap. fin. de ſepult. & alibi cenſura
ſacrorum canonum. cap. 1. in fine, qui
cler. vel mon. cap. de cetero, de teſtib.
cap. 3. de pęn. ibi appellatione ceſſan-
te, eccleſiaſtica cenſura compellas, &
in aliis infinitis capitulis, & ſeſſ. 22. Cō
cil. Triden. de obſeru. & euit. in celebr.
Miſſ. in fin. ſeſſ. 24. de reform. gen. cap.
4. circa finem, per cenſuras eccleſiaſti-
cas, ſeſſ. 25. de regul. c. 5. in fine. c. 16.
in vltim. verb. & ead. ſeſſ. de reformat.
gener. cap. 8. & hoc neceſſe eſt impo-
nere, vt ſpiritualis pęna corripiat, quē
ſpiritualis non corrigit diſciplina. cap.
vergentis de hęret. & quia plus ſolet ti
meri, cum ſpecialiter pęna apponitur,
quàm quando generaliter. cap. ſi aduer
ſus eod. tit. argum. hac ratione in mo-
dis pęnarum varie loquitur lex, & po-
teſt epiſcopus in ſuis ſtatutis, vt videbi-
tur proſequi, & obſeruare, quod facere
tenetur, ideo de multis dicemus, omit-
to dicenda de pęnis pecuniariis in cap.
4 ſequenti. † Vnde plerumq. ſolet dici
ſub pęna eccleſiaſticæ diſtrictionis, ſub
quibus verbis dicit Ber. in cap. 1. de iur.
iur. contineri idem, quod in alleg. cap.
quærenti, de verbor. ſignific. ſed cum
diſtrictio proprie loquendo importet
pęnam temporalem Abb. eod. c. quæ-
renti, & cap. nuntius, de deci. ſed pœ-
næ eiuſdem cap. quærenti ſunt ſpiri-
tuales, ideo ex multorum opinione di-
cimus, venire alias pœnas citra cenſu-
ras eccleſiaſticas, refert idem Abb. in c.
pro illorum, nume. 2. de præben. dum
text. in princ. dicit, contradictores ec-
cleſiaſtica diſtrictione compeſcens, &
communiter ſequuntur omnes, & in
Concil. Trid. ſimile verbum, ſeſſ. 5. de
reforma. c. 2. §. ſi quis autem, diſtrictæ
ſubiacet vltioni, & ſeſſ. 22. de reforma.
cap. 1. in fine Deo uindice, c. 2. de vſur.
5 eccleſiaſtica diſtrictione compellas. †
De diſciplina eccleſiaſtica idē dicimus.
Abb. in cap. 2. de pact. eſt enim diſcipli
na vltrix male viuendi, cap. ad fidem
nullus. 24. quæſtio. 5. quæ proprie con
ſiſtit in coercendo. 45. diſt. c. & qui. de
fructu diſciplinæ, licet in alio propoſi
to, ſed ad materiam facit. dicit Bern.
ad Soph. Virgin. epiſtol. 113. diſcipli-
na reddit compoſitum habitum men-
tis, & corporis, ceruicem ſubmittit,
ponit ſupercilia, componit vultum, li-
gat oculos, cachinos cohibet, modera-
tur linguam, gulam frenat, iram ſedat,
format inceſſum, docet denique ſubeſ-
ſe, coeſse, & præeſse. idem ſuper cant.
ſerm. 23. quæ ſunt attendenda a ſupe-
riore, nam vbi gubernaculum diſcipli-
næ contemnitur, reſtat, vt religio nau-
fragetur, clem. attendentes, in princ.
de ſtat. mon. epiſcopo enim diſciplinā
neceſsariam regenti plebem ſuam dicit
tex. in cap. duo iſta. 23. q. 4. & ſeſs. 25.
Concil. Triden. de reform. gener. cap.
2. in fine, diſciplina eccleſiaſtica emen-
detur, & ſtatuatur, & ſeſſio. vltim. de
Indulgen. ne nimia facilitate eccleſia-
ſtica diſciplina eneruetur. ſicut enim
militaris diſciplina tenaciſſimum vin-
culum iudicatur, in cuius ſinu, (inquit
Valer. Maxim. lib. 2. cap. ſecundo, de
diſcipl. mil.) ac tutela ſerenus, trāquil-
luſq. beatæ pacis ſtatus acquieſcit, vt

Torquatus Satius eſſe iudicauerit patrem forti filio, quàm patriam militari diſciplina carere. Sic, & eccleſiaſtica niſi ſeruetur, in laſſum omne protrahitur vt nec quid bonum ſit, poſſit abſq. ea
6 iudicari. † Item ſolet dici ſub ſeueritate eccleſiaſtica, & venit pœna impoſita ſecundum delicti qualitatem, in materia, in qua loquitur legiſlator gloſ. per illũ text. in cap. cum clerici de pact. vbi Abb. in vltim. verb. & proprie ſeueritas eſt, cum rigor, & integritas iuſtitiæ exercetur ſicut dicitur in c. 5. de pęn. de rigore canonico. inde tex. in cap. vt officium. §. verum de hęret. lib. 6. vtitur illis verbis, duræ, ac dignæ ſeueritas vltionis, & alibi tex. ſeueritate eccleſiaſtica coercere. cap. pręterea de offic. deleg. in cap. quanto in fi. de priuil. & exceſs. priuil. ſeueritate debita caſtigemus, & lex ciuilis ſeueriori ſententia vtitur. l. 3. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. & ſeuerã ideſt ſtrictiſſimam dicit lex decima. C. de dignit. lib. 12. cum cautela tamen ne excedatur, Paris de ſyndic. in verb. crudelitas, vt potius cognoſcatur animus medendi, quàm ſeuiendi c. odio. 86. diſt. vnde Auguſt. contra Parm. epiſcopus diligentiſſimæ ſeueritatis officium adimpleat, ſi cum dilectione corrigit, ſic in c. ita plane. 23. quæſt. 4. cum diligenti inquiſitione procedendo, depoſito primo, & ſeuero furore, exẽplo Lutij Gellii: de quo ſcribit Valer. lib. 5. cap. 9. quòd ſi in cauſa filij, impetu iræ abſtractus ſeuire feſtinaſſet, admiſiſſet magis ſcelus, quàm vindicaſſet. non ſic Torquatus, nec alius Manlius Torquatus volens in ſe reſplendere conſpicuã imaginem de ſeueritate prædicti imperioſi Torquati, quia in eo atrio ſede-
7 bat. † Item plerumque fit ordinatio, vt contraueniens puniatur pœna canonica, quam diſtrictionem dicit tex. in cap. 2. in fine. ne præl. vic. ſuas. & ſubdit ibi Abb. eſſe pęnam depoſitionis cum infamia, quæ imponitur, ne malefactores audaciam accipiant, vt pœna ſit inuenta pro coercenda uiolentia argu. tex. in cap. contingit. de ſent. excommu. quos cohercere, non eſt contra legem agere, ſed legi facere ſubſidium. cap. 2. de priuil. & exceſs. priuil. & ſic pœna eorum aliis terrorem incutiat. cap. 1. de maled. ſic enim pœna vnius, eſt metus alterius gl. in dict. c. 1. & dicit tex. in cap. ad liberandam. in fi. de Iudęis, quòd ſic reatus talium caſtigetur, quòd in pœna ipſorum aliis interdicatur audacia ſimilia præſumendi. Peccat enim prælatus omittens punire; quia exitio innocentes tradit, qui liberat multorum exitia cogitantem. Ambroſ. lib. 1. offic. cap. eſt iniuſta. 23. quæſt. 4. & cap. ſi is, qui ead. cauſ. & q. punit namq. ius canonicum frequentius delicta pęna ſpirituali. arg. cap. licet de pęnis. & graui infamia notatur Iudex, ſi violentię crimen apud ſe probatum diſtulerit, ſeu omiſerit, vel impunitati donauerit, aut molliorem, quàm præſtituimus pœnã protulerit. l. ſeruos in fine. C. ad. l. Iul. de ui publ. vbi gloſ. in æqualitate delictorum, æqualitatem pęnarum eſſe adijciendam, & diſtrictionem canonicam dicit alius tex. in cap. Salonitanæ. in fin. 63. diſt. in cap. ſacro approbante in fine, de ſent. excom. &
8 in aliis multis. † Quandoque tamen Summus Pontifex mandat ſub pœna obedientiæ. in capit. dolentes. de celebra. Miſs. ibi in virtute obedientiæ, vbi gloſs. diſputat de pœna, nam alii volunt eſſe priuationem, cæteri peccatum

tũ infidelitatis. de quo vide tex. notab. in cap. ſi qui ſunt presbyteri. 81. diſt. eſt enim peccatum inobedientiæ grauiſſimum. argum. capit. illud de maior. & obed. & in cap. ſi quis. Apoſtatæ poſſunt dici, qui canonibus non obediunt & fit inobedientia ex duobus, & non faciendo iuſtum, & animo non faciendi, quod principaliter iubetur. Naua. in Manu. capit. 23. num. 35. & infra latius dicam, S. Thom. in quodl. 29. quando venitur contra conſtitutionem Papæ. Feli. in cap. 1. num. 19. in fine de conſtit. cui omnes obedire tenentur, maxime perfecti. ſupra in proh. glo. in c. ad noſtrũ in verb. eccleſiæ de hæret. quia cum ſit prælatus ſupremus Vicarius Chriſti, nos ſubditi, de neceſſitate obediendum eſt. argu. cap. qui
9 ſcit ſe. 2. quæſt. 6. †Et ideo caſu contrario punitur tranſgreſſor canonis pœna depoſitionis, vbi alia non eſt ſtatuta: gloſſ. ſing. in cap. generali: in verb. inhibemus de elec. lib. 6. quàmuis præcedere debeat monitio. Ioan. de Lign. in cap. 1. de conſt. Gemin. eod. cap. generali. num. 12. & dicitur tranſgreſſor canonis, qui venit contra canonem pœnam imponentem, & ſi contrauenerit, ex eo forſan, quòd non credat Romanam eccleſiam habere poteſtatem canones condendi eſſet hæreticus, per eamdem glo. & Doct. ſi tamen credit, ſed ex placito contrarium facit, eſt deponendus, quod Imol. in clemen. 1. de ætat. & qual. mitigat, quòd intelligatur, quando tranſgreditur in contemptum canonis ſcienter, etiam ſi vna vice: ſecus ſi ignoranter, niſi pluribus vicibus. Doct. in citato cap. generali. Abb. in capit. nam concupiſcentiam. de conſt. & in cap. 2. de maior. & obedi. loquendo de tranſgreſſore legis, ampliando idem eſſe ad tranſgreſſorem conſuetudinis, ex cap. in his. 11. diſt. ex quo dixit glo not. in cap. 2. in uerb. conſuetudinis. de conſuet. quòd ſic debet puniri, & tranſgreſſor laudabilis conſuetudinis, ſicut tranſgreſſor legis per alleg. cap. in his quod etiam extendimus ad deſertorem ſui inſtituti. ſeſs. 25. Conc. Trident. de regul. & mon.
10 cap. 4. circa finem. † Addi etiam ſolet pœna animaduerſionis, in qua iudicabit epiſcopus ſuo arbitrio, ex quo certa non eſt ſtatuta pœna gloſſ. fina. per illum text. in capit. final. de exceptio. lib. ſexto, ibi animaduerſione debita, & alia gloſſ. in capit. paſtoralis. §. fin. de offic. delega. ſuper illis verbis animaduerſione condigna, & Vlpianus iureconſultus. in. l. 1. §. item ſolent. ff. de offic. præf. Vrb. loquens de tutoribus & curatoribus male verſatis in eorum officiis, inquit, grauiori animaduerſione indigent, & Innoc III. in cap. in Lateranenſi de præb. tranſgreſſores digna curauimus animaduerſione punire. in cap. dilectus filius. de pænit. & remiſs. digna poterit animaduerſione puniri. extatq. pulchrum reſponſum Cicer. in verr. actu. 2. ea peccata grauiter animaduertenda ſunt, quæ difficillime præcauentur, & in. l. 3. in final. verb. C. de ſum. Trini. ſeueriſſimis animaduerſionibus plectentur, & vtitur tex. Conc. Trident. ſeſs. 13. de reformat. cap. 1. §. ſin autem animaduerſionis exemplo, & ſeſs. 6. de reforma. cap. 1. §. creſcente vero, & ſeſsio. 18. in Salu. condut. dat. germ. §. pari formiter. condigna animaduerſione, & emenda ſufficienti, & in cap. ad aures noſtras in fin. de exceſſi. præl. vbi gloſs.

aliqua extraordinaria pœna, & in cap. 2. de conceſſi. præb. animaduerſione
11 diuini iudicij &c. † Sed maiorem habent difficultatem verba illa, quibus frequenti calculo vtitur Summus Pont. ſub pœna indignationis noſtræ, quare dicamus continere priuationem beneficiorum Bal. in cap. 1. §. porro. num. 5. quæ fuer. prim. cauſ. beneſ. ammitt. & Doct. notant præſertim quæ dicuntur ad illa verba indignationem Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe nouerit incurſurum, & vide gloſs. penul. in extrauagan. execrabilis. de præb. & dignit. latius Affl. in l. inconſutilem. de hæret. dum in fine, Imperator apponit illa verba, noſtræ indignationis aculeos nō immerito cōuertemus. nu. 48. & eſt bonus tex. iuris ciuilis. in l. fin. C. de petit. bon. ſubl. lib. 10. ibi indignationem noſtri nominis ſuſtinebit: vide Rebuff. in tract. nominat. quæſt. 19. num. 8. & in ſeſs. 25. Conc. Trid. de reform. gener. cap. 2. §. quòd ſi quis. ibi ſub pœna diuinę indignationis: ex illo pſalm. 84. auertiſti ab ira indignationis tuę, quod Iob. cap. 4. dixit alio modo, & ſpiritu iræ eius eſſe conſum ptos, loquens de operantibus iniqui-
12 tatem. † Sed quid ſub illis verbis, ſub obteſtatione diuini iudicii, & interminatione maledictionis æternę vt cap. 1. §. fin. de ſtat. regular. lib. 6. & frequenter in pluribus pontificiis, conſtitutionibus legimus. in Conc. Trid. ſeſs. 25. de regul. & mon. cap. 5. in princ. & cū ſint grauia verba, præcatio eſt mortis æternę, quæ de peccato mortali debetur. 24. quæſt. 3. Deus quandoq. quod dixit dominus per Ezecch. prophe. cap. 18. anima, quæ peccauerit ipſa morietur. vnde intelligimus etiam pro pœna ſpirituali, per tex. expræſſum in cap. cum infirmitas, in fin. ſub in terminatione anathematis de pęni. & remiſ. eſt enim anathema grauiſſima pœna ſpiritualis, ſub anathemate dicit tex. in cap. 1. de ſagittar. & in cap. ſi quis de hæret. ei anathema dicatur, atque eius nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo reciterur, & in cap. fin. de cleri. excom. anathemate eſt fęriendus, & ſimilibus verbis, perpetuę maledictionis uinculo teneantur, utitur tex. eiuſd. Conc. Tridenti. ſeſs. 25. de reformat. generatio.
13 cap. 19. in fine. † Quandoque vero fit lex cum illa dictione ſub pœna acrimoniæ noſtræ vt eod. cap. 1. §. fi. & in cap. 1. §. fi. de immuni. eccl. lib. 6. vbi dicit gloſs. acrem pœnam vel etiam excommunicationem, ſeu magis arbitrariam, & dicitur acrimonia auſteritas in uultu, Gemini. alleg. cap. fi. num. 7. & notatur in l. placet. C. de ſacr. ſanct. eccl. canonizata in cap. placet. 16. quęſ. 1. quod idem de indignatione, ſunt. enim ſimilia ad eundem effectum demoſtrantia mæreri ſuperiorem habere iratum ſupra num. 11. ſed non ita frequenter videmus hoc verbum, forſan quia grauioribus vtendum eſt, quia ſic poſtulante grauitate morbi, ad acriora, & grauiora remedia deſcendere opus eſt: ſeſs. 13. Conc. Trid. de reform. c. 1. quia paſtoris habet neceſſitas ne per plures ſerpant dira contagia, ſeparare ab ouibus ſanis morbidam: cap. corri-
14 piantur cap. reſecandæ. 24. quæſt. 3. † Dubitatur multum itidem, quid de illis verbis de pœna mucronis, vel eccleſiaſticæ animaduerſionis mucrone. c. 1. de homicid. lib. 6. vbi Gemin. num. 7. & aliqui quòd veniat excommunicatio, vel epiſcopi iudicium, iuxta il-

lud

lud fœlici Mucrone epiſcopi. cap. viſis litteris. 16. quæſt. 2. & dicitur eſſe mucro ſpiritualis,& temporalis, ſeu eradicationis,vt degradatio,vel medicinalis, vt excommunicatio ſoli epiſcopo competens, qui cognoſcit merita, & demerita perſonarum arg.cap.perpendimus de ſent. excõmu. medicinalis eſt enim excommunicatio,nõ mortalis, ſi quis, contra quem eſt lata, non contemnat, ſed ad ueniam reſurgat, cap.1.in prin. eod. tit. in 6. vel quandoq. ſub eccleſiaſtica diſciplina hoc nomen Mucronis comprehenditur, prout decreuit tex. in cap. inter, in fin. de purgat. ca-
15 no. † Sunt,& alia ſolita apponi verba, ſcilicet diuinæ ultionis, loquitur tex.in c.Sane in fi.de cele. Miſs.ibi ſi, & ipſi, & diuinã, & noſtrã volunt effugere ultionẽ & eſt grauior vltio in c. 1. de cuſtod. Euch. ubi glo. reponit iudicis arbitrium,graui vltione punit tex.in cap. cum ſit de ætat.& qualit. de hac graui, grauiori, & grauiſſima vltione. Alber. in ſuo dictíon. in verb. graues & ponitur in Concil. Trident. ſeſsion. 21. de reformatio. cap.1. in fine, ibi diuinam vltionem, & Gregor. ſupra Luc. cap. 3. ventura ira eſt animaduerſio vltionis extremæ. & in cap.vt priuilegia in fi. de priuil. graui ſubiaceant vltioni.& aliud ſolitum apponi, ſub pœna banni chriſtianitatis,quod eſt ſub pęna excommunicationis. Marian. Socci.in c. ſi quis presbyter. poſt nu.6 de purgat. Cano. & ſeſs.25. de reform. gen. cap. 19.§. qui vero.Conc.Trid.ſunt illa verba. excõmunicationis, ac omnium bonorum ſuorũ proſcriptionis, & perpetuæ infamiæ pęnã incurrant,& ſimil.vt de pęna depoſitionis,exilii, detruſionis in monaſterium cap.tuæ.de pæn. triremium. de quibus pęnis plura congerit Iulius Clarus in prac. cri. §. fi. per plures qq. quæ facillime cumulari poſſunt, & de multis aliis ſub ſuis capitulis dicemus. vt de perpetuo carcere ad agendã pęnitentiam,in pane doloris & aqua anguſtiæ. in c.nouimus. de uerb. ſig. item illud publica increpatione admoneat.cap. 2.de purg.can. & ibid. ad condignam pęnitentiam. Item non ſolum ipſo iure incidant in excommunicationem illam,verum etiam iram Dei viuentis incurrant. cap. quod olim in fine de Iudęis. Item ſpolietur officiis, & dignitatibus. cap.3.de mag.alibi periculum ordinis,& dignitatis.c. ea quæ in fine. de ſimon. honoris, & officii. cap. ſicut Iudęi de Iudę. iaceat proſtratus dolore ſuæ ruinæ. cap. quamuis in fin. de deci. & ſimil.& iſta pro nunc ſunt notanda, cum in Viſitationibus libenter fiat diſcuſſio canonum,vt ſciatur ſi eſt pœna determinata a ſuperiore,vel arbitraria,vbi magna eſt epiſcopi poteſtas ordinandi,puniendi moderandi, & exequendi, iuxta decretum ſacr. Conc.Trid.ſeſs. 24. de reformat. gen. cap. 10. corrigendi, & inquirendi de quibus verbis. Feli. in cap. dilectus filius.nu.2. de reſcript.&c.

DE

DE POENIS PECVNIARIIS.

CAP. TRIGESIMVMSECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *EPiſcopus an poſſit imponere pœnam pecuniariam.*
2 *Auaritia, & eius ſuſpitio tollenda eſt ab eccleſiaſticis.*
3 *Pœna pecuniariæ exacta ab epiſcopo in quo debent conuerti, & an poſſit ſibi applicare.*
4 *Iuriſdictionis fructus, qui ſint, & an epiſcopi.*
5 *Epiſcopus habens iuriſdictiones vaſſallorum quomodo cõmittet cauſas criminales.*
6 *Pecunia non debet recipi pro cauſa ſpirituali.*
7 *Canonum diſpenſatio cum eſt facienda, gratis tamen fieri debet.*
8 *Epiſcopus non debet accipere aliquid pro inſtitutione canonicatus, ſeu beneficij. In quo expenditur canon Concil. Trid.*
9 *Pecunia in cauſa hæreſis nullo modo extorqueri debet.*

CVM de multis ſupra dictum ſit, reſtat videre.
1 †An epiſcopus in ordinationibus ſuis, tam in viſitationibus, quàm in aliis actibus poſſit pœnas pecuniarias imponere, cum iura admodum contraria videantur, namq. dicitur per Innocẽ. III. in Conc. gener. cap. irrefragabili. §. fin. de offic. ordi. quòd prælati illud ſalutare ſtatutum non debent ad quæſtum pecuniæ conuertere, & in cap. vt clericorum. §. prælati, de vit. & hone. cler. iuncto cap. licet de pœnis, & cap. cum dilectus, videtur permitti, dum tex. dicit emendas ſolitas ſolui pro exceſſibus deberi, eod. tit. de offic. ordin. & in cap. 3. §. in cauſis vero, ſeſſ. 25. Conc. Trident. de reformat. gen. & in multis Conſtitutionibus ſummorum Romanorum Pontificum, in quibus reſeruatur impoſitio pœnarum, etiam pecuniarium arbitrio epiſcopi, & cum relinquitur arbitrio epiſcopi, non dubium quin poteſt. ſeſſ. 5. eiuſd. Concil. Tridẽ. in materia librorum in fin ibi iuris, & arbitrij pœnis per epiſcopos coherceantur, & in hac materia multa dicit Didac. Couar. lib. 2. var. reſolut. cap. 9. num. 8. verſ. poſtremo, & per Doct. in eod. cap. irrefragabili. §. fin. & communiter dicimus epiſcopũ ea vti debere cautela, vt cum viderit alias pœnas paruipendi, & pecuniarias timeri, eas imponat. Felin. in d. cap. fin. & dixi alios referens in famil. ſingul in littera e. num. 25. non tamen animo tolerandi crimina, vt multi dicunt, ſi nõ ſunt delinquentes, fiſcus ſemper erit pauper, nec paſſim in omnibus ſtatutis pœnam pecuniariam imponere, vt ibi dicit Couar. quia eſſet dare ſuauitatem Auaritiæ, & non formam corrigendi, & laici murmurant, quorum eſt cõtra

facta

2 facta ſuperiorum inſurgere. † Auaritia enim vt idolorum ſeruitus, & eius ſuſpicio tollenda eſt ab eccleſiaſticis, ex decreto Concil. Triden. ſeſſ. 13. de reform. cap. 1. per cap. auaritiæ, de pręb. c. cum iam dudum cum gl. eod. tit. vt prælati diſcant nō percuſſores eſſe, ſed paſtores, maxime a publice peccantibus, ex cap. nemo, de ſimo. & cæcitatē auaritiæ in multis imminere, dicit tex. in cap. cum auaritiæ, de elect. lib. 6. ſeſſ. 22. Conc. Trid in decr. de obſeru. & euit. in celebr. Miſſ. cum ſit omniū malorum radix. ead. ſeſſ. de reform. c. 11. de qua dicit Valer. lib. 9. cap 4. protrahatur etiam in medium auaritia latentium indagatrix lucrorum, manifeſtæ prædæ auidiſſima vorago, nec habē di fructu fęlix, & cupiditate quærendi miſerrima, quia diuitiæ acquiruntur ab auaris cum labore, cuſtodiuntur cū timore, deficiunt cum dolore. Auaro etenim nihil ſcęleſtius, quia ex libero fuit factus ſeruus, ſe ipſum conſumit, iuſta illud dictum Venuſini Poetæ.

Quærit, & inuentis miſer abſtinet.

Et cui tam deeſt, quàm habet, quàm quòd non habet, auari regnum Dei nō poſſidebunt. 1. ad Cor. c. 6. eccl. 31. qui aurum diligit non iuſtificabitur, ad Epheſ. cap. 5. auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. Luc. cap. 6. ve vobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram. domi. Paui. in hoc trac. 2. par. q. 2. nu 38. de auaro inquit Baſilius magnus, eſt panis famelici, quem tenes, eſt nudi ueſtis, quam ſeruas, egentis argentum, quod poſſides. S. Auguſt. lib. 3. de lib. arb. c. 17. Martin. Nau. in Man. c. 23. nu. 69. vſq; ad 76. incluſiue, & ſup. c. 4. nu. 2. reiiciēdo illos vulgi verſus pecuniā ſectantis.

Nummus honoratur, ſine nūmis nullus amatur.

Nummus vbi loquitur, Tullius ipſe tacet.

Quiſquis habet nummos, ſecura nauiget aura.

Fortunamq; ſuo temperet arbitrio.

Quod ſi in laicis prohibetur, quid nobis prælatis? in quibus ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur, ad nihilum valet, niſi vt mittatur foras, & conculcetur
3 ab hominibus. Matth. 5. cap. † Vnde iuris eſſe videtur prælatum eas pœnas in vſus pios debere conuertere, quod vult tex. Conc. Triden. ipſo cap. 3. §. in cauſis, ſeſſ. 25. de reform. gen. etiam ipſas emendas, ſeu mulctas, cum diſtinctione, quia generaliter optimum eſt eas erogare pauperibus, vel uſibus piis eccleſiarū, niſi epiſcopus ſit adeo pauper, vt non habeat commode vnde viuat, quia ſibi conſignabit, late Henr. de Bott. poſt doct. in d. §. ceterum, in tract. de ſynod. epiſc. 3. par. ar. 1. num. 120. cum ſeq. vel cum alia ſecunda diſtinctione, ſi ex ſtatuto ſibi, ſi ex aliis forſan eccleſiaſticis, aut aliis ſpiritualibus, nō ſibi, ſed eccleſiæ, vel alteri pio loco, in vtilitatem eccleſiæ, vel fabricæ reparationē dicit tex. Conc. in alio ſim. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1. §. ſi quis
4 autem. † Sin autem de emolumentis iuriſdictionis præſtat idem ſcire, ut poſſit ſibi vendicare, per cap. dilectus alleg. ſiue per ſententiam, ſiue per contumaciam, ſeu contrauentionem ſtatutis factam. Dicitur autem iuriſdictio productiua prouentuum, & fructus iuriſdictionis dicuntur prouentus, vt dixi in famil. ſing. in l. 1. num. 97. ad ducēs Capic. deciſ. 27. licet facto hominis cum loquimur de iuriſdictione criminali.

nali. Dom. Frecc.lib.2.3.author.num. 52. etiam confiſcationes. ad q. Bald. not. in l.1. num.10. C.de fruct. & lit. expenſ. & concludit Abb. in eod. c. licet, quàmuis, vbi ſi epiſcopus habet de ordinario vnde viuere poſsit, tutius eſt, vt omnis tollatur ſuſpitio ad pios vſus conuertere: per citatum.§.in cauſis iudicialibus. cap. 30. Concil.Trid. qui text. loquitur in exequtionibus faciendis, & obinde contumacia eſt ex parte litigantium reorum, & in ipſis prouentibus reducuntur, quæ retrahũ
5 tur ex actuarijs. † Sed eſt aduertendũ pro ipſo epiſcopo,& aliis eccleſiaſticis, habẽtibus iuriſdictionem in vaſſallos, ciuiliter, & criminaliter, ꝙ in cõmiſſionibus cauſarum criminalium, non dicatur ſpecialiter cauſa, in quo conſiſtat, ne irregularitas contrahatur, ſed ſufficit dicere generaliter, cõmittimimus tibi cauſas talium, non tamen cõmittendo per clericum, ſed per ſe ipſum, vel laicum,quod eſt menti retinẽdum,text. clarus, in cap.fin.ne cler. vel mon. lib.6.Nicol. Plou.de irregul.reg. 38.num.23. Domi. Paui.in hoc tract. de viſitat.1. par.q.7.num.71. omnino Petr.de Anch.eod.tit.& libr.ne cler.vel mon. cap. epiſcopus, 2. notab. ponit Couarr. in clem. ſi furioſus.2.par.§.5.
6 nume. 8. de homicid.† Pro re tamen ſpirituali caueatur ab omnibus pecuniam accipi et pone exemplum in cap. 1. de reform. ſeſſ. 21.Conc. Trid. late dom. Florent. in 2.tit.1. c.5. per totũ, in quo eſt intentio iudicatiua,vt in d.§. 3. eiuſd.cap.vel pro ſpirituali annexa, nam etiam ipſa ſunt inſtituta ab eccleſia in virtute poteſtatis diuinitus acceptæ, vt diſcurrit Martin.Naua.in Man. cap. 23. num.99. in verſ.2. quòd omnia, quid vero de pecunia reſpectu ꝓcurationum ratione viſitationis, quid, quantum, & an liceat, quomodo, & qualiter, ad cuius vtilitatem principaliter ſit inductum, dicam infra lib. 4. tamquam de accidentalibus, ne ipſarũ procurationum reſpectu, dicant aliqui viſitationes inductas, & an pro ipſis accipiendo ab eccleſiis ciuitatis,vt quia commodum eſt epiſcopo manendi in domo ſua, ſine tamen labore, & longo itinere, ipſas viſitare, quod multi ſentiunt, quodve eſt contra extrauag. vas electionis. §. 1. vbi capitulũ ſoluit procurationem, & antiqui tenuerunt. do. Petr. lib.1.c.15.num.2.ſed infra ſuo lo
7 cò examinabo. † Et prædicta ſunt vera, & ampliantur ad aliud, ut cum ex aliqua cauſa diſpenſatio eſt facienda canonum, ea quidem gratis, non per pecuniam ab epiſcopo fiat, ex præcepto text. Conc. Triden. ſeſſ.25.de reform. gener. cap. 18. ſicuti de diſpenſatione gradus matrimonij,ſeſſ.24.dè reform. matrim. cap. 5.§.in contrahendis,& in diſpenſationibus, & abſolutionibus ab irregularitatibus in caſibus permiſſis, ex alio decreto eiuſd.Conc. ead. ſeſſ.de reform. gen. c.6.quod in aliis extenditur per deciſionem pręfati Conc.c.18. in quo eſt aduertendum, & officiales ſunt monendi, vt infra alio loco dicemus, pro eod. c.18. adducendo dicta doctorum,& aliquas nouiſſimas decla
8 rationes. † Pro nunc non eſt omittendum, cum in viſitatione recognoſcantur tituli beneficiorum,eccleſiarum, canonicatuum, & epiſcopus multas inſtitutiones, & collationes faciat, ſiue de præbendis,canonicatibus, beneficiis,& curatis, & ſimplicibus, ne quid pecuniæ accipiatur,aliquo modo,pacto,aut,

conſue-

conſuetudine,quando maxime non cõuertitur ad vſus pios,aut fabricã eccleſiæ.omne.n.prohibitũ eſt, ex quocũq. titulo ſit, vt electionis, præſentationis, nominationis, inſtitutiõnis, confirmationis,collationis, prouiſionis, admiſſionis,& ſimil. per decretũ eiuſ.Conc. Trid.ſeſſ.24.de refor.gen.c.14.niſi, ut ibid. cauet, & declarauit Mart.Nau.in Man.c.23.num.101.verſ. 11. fol.372.
9 † Et fortius eſt curandũ, ne in cauſa hæreſis pecunia extorqueatur,clem. 1. §. verum lo 2. & clem. 2.de hæret. Simancas eod.tit.8.nu.5.nec in procedẽdo, cum quis de hæreſi condemnatur, poteſt ad pęnam pecuniariã damnari, ſed in punitione reſpectu inobediẽtię, vt pro correctione,ſeu purgatione,põt imponi talis pęna, vel pro pęnitentia, pro ſuſpitione data mutari, quia dicit̃ eſſe in arbitrio. hæc not.per Calder.in trac. de hære.c.19.cum duob.ſeq.& ad hoc dictũ vide Eymer. in ſuo Direc.3. par.q.103.Zanch.de hæret.c.19.

DE STATUTIS EPISCOPALIBUS an ligent ſine ſcriptura.

CAP. TRIGESIMVMTERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *EPiſcopi in ſuis diœceſibus habent iuriſdictionem cũ mero,& mixto imperio.*
2 *Statuta facere ẽ de lege iuriſdictionis.*
3 *Statutum epiſcopi quod ius dicatur.*
Cauſę in prima inſtantia ſunt tractandę coram ipſo epiſcopo.nu. eod.
4 *Statutum epiſcopi an ſit perpetuũ, & liget ſucceſſorem.*
5 *Leges factæ a pro regibus nomine Regio durant etiam finito efficio.*
6 *Regulæ cancellarię quanto tempore durent.*
7 *Leges a quo tempore incipiant ligare, vt omnes obſeruent.*
8 *Scriptura an ſit de ſubſtãtia legis, vel ſtatuti.*
Caſus requirentes ſcripturam multi notantur. nu.eo.
9 *Signatura eſt duplex, & in qua oporteat ſcriptura.*
10 *Breue an valeat ſine ſcriptura.*
11 *Bulla an ſit de eſſentia priuilegij.*
12 *Scriptura quare fuit inuenta.*

QVia proprium ipſius viſitationis eſt bona confirmare, mala autem reuocare,quæ,vt in omnibus a cunctis obſeruentur, ſtatuta,reformationes,conſtitutiones fiunt, quibus, & boni conſeruentur, & mali debitis pęnis reducantur,ideo pro fine huius libri de duobus eſt uidendum, de poteſtate ſtatuendi,& ſi ſcriptura de neceſſitate requiratur,vt aliàs ordinata non teneãt,hæc continuo apud oẽs verſantur, quia neceſſaria fuit lex. ſup. c.
1 17.n.22.cũ ſeq.†Habent.n.epĩ in diœceſi iuriſdictionẽ cum mero, & mixto imperio.vt per oẽs ſcribitur.in l. imperium.ff.de iuriſ. omn.iud.vnde dicitur in c. 1. de offic. ordin.ex ſynod. Ioan. Pap. habeant epiſcopi ſingularum vrbium

bium in ſuis diœceſibus liberam poteſtatem, adulteria, & ſcelera inquirere, vlciſci, & iudicare, ſecundum quòd canones cenſent.abſq. impedimento c.1. de pœn. lib.6. vbi optime notatur, & cōtra impediētes iuriſdictionem ipſorum, & eſt practicabilis ille tex. & probat Henr. de Bott. de ſynod.epiſco.3. part. nu. 104 cum ſeq. D. Ant. in c.cū contingat, de for. compet. & hodie amplisſime ex diſpoſitione ſacri Cōc.Tri. iuriſdictionē exercent, prout in multis notatur, vide ſeſſ. 24.de refor.gen.
2 c.10. † Ipſisq. eſt obediendum, namq. ſtatuta facere iuriſdictionis eſt c. canonum ſtatuta per docto.de conſtit. l.oēs populi.ff.de iuſt.& iure. eſt.n.in epiſcopo duplex clauis, ordinis, & iuriſdictionis, quæ regalis quodāmodo poteſtas demonſtratur, nam cum epiſcopi cōſtituti ſint paſtores, & prȩſidētes, neceſſario ſequitur poſſe leges facere, & ſtatuta, quibus ordo eccleſiaſticus conſeruetur, & diuinus cultus in melius dirigatur, vt optimis rōnibus ſcribit Anton. Pag. de iuriſ.epiſ. ſec.6.idq. exprȩſſius patet in alleg. Conc.Tri.potiſſime ſeſſ. 13. de refor.c.1.ibi intendens nōnulla ſtatuere, quæ ad iuriſdictionē epiſcoporū pertinent, & in alios, quo facilius, & commodius ſibi ſubiectos regere, & in vitæ, ac morum honeſtate continere potuerint, & infra, ne vbi delinquerint debitis eos pȩnis coercere cogantur. & in.§.fin autē. hocq. hodie nulli dubiū
3 eſt, ut per Alphon. Alu. ubi ſup.† Dicūtur autem hȩc epiſcoporum ſtatuta, cōſtitutiones.gl.in c.fi.23.q.1.& ius prȩtoriū, licet aliqui dicant ius ciuile. Hen. de Bot.de ſyno.epiſ.3 par.ar.2.2.cōcl. Gomeſ. epiſcopus Sarnenſis ample de conſtit.lib.6.§.ſtatuto, nu.63.Doc.in c.1. eod.tit. inde obſeruandum eſt ſtatutum epiſcopi, ēt, ꝙ ſit difficile, per gl.in d.c.fi. & qn eſt iuſtum, contraueniētes peccant peccato inobedientiæ, quod eſt mortale.8.q.1.ſciendū, quod ēt leges humanȩ operantur, dūmodo ſint iuſtȩ. optime diſcurrit Nauar.in Man. c.23. num.48 49. cū multis ſeq.lex.n.debet eſſe honeſta, iuſta, & poſſibilis.c.erit au tē lex.4.diſ.nec cōfundi iuriſdictio epiſcopi debet, ſed oēs cauſæ ad forū eccleſiaſticū quodāmodo pertinētes in prima inſtantia corā ſuo epiſcopo tractādȩ ſunt, nec alibi cognoſci.ſeſ.24.Cōc. Trid.de refor.gen.c.20.& cū ſtatuta facit, ſeu ordinationes in viſitatione, per quamcūq. appellationē nō retardatur exequutio, in materia tñ viſitationis, & correctionis morū, iux. decretū eiuſd. Conc.ſeſſ.22.de reform.c.1.& ſeſs.24. c.10. Ampliando ad legatos delatere. Nuntios Apoſtolicos, Gubernatores eccleſiaſticos, vt iuriſdictionē epiſcoporū nullo modo impediant, nec clericos ipſis irrequiſitis recognoſcere, ſub pœnis contētis in eo.c.& c.20.§.legati quoq;, quia cum ſit de ordinario iure, ad epiſcopū reccurrendū eſt. c.irrefragabili, & c. 1.de offic.ordin.alias confunderetur ordo eccleſiaſticus, ſi ſua vnicuiq.ue iuriſdictio nō conſeruetur. c.peruenit. 11.q.1. Papa tñ tamq̄ ſupremus dñs, a quo omnis iuriſdictio dependet, poteſt reſtringere, & reducere, vt vult.tex. 4 not.in l.iudicium.ff.de iudic. † Et non recipitur eorū dictum. Quòd quæ epiſcopus ſtatuebat, erant momentanea: ſunt ēt perpetua, item poſt mortē.not. Archid. in c.dudum.18.q.2.& 14.q.1. c.quiſquis, & moderni in c.licet de offic. deleg. & hæc ſunt vera, de epiſcopo vero, ac ēt deputatiuo: nec morte ſta-

tuentis

tuentis ſpirare, aut ſucceſſoris requiri ſpecialem confirmationē. Gomeſ.in c. 1. nu.62.de conſt. lib. 6. ex mente Feder. de Senis, conſ.16.ꝙ ſtatutū epiſcopi ligat ſucceſſorē, etſi ſucceſſor habeat ius reuocandi illud: eoq́. non reuocãte confirmatum dicitur. lex.n.ſemper loquitur.l. hodie.ff.de pęn.quamuis ipſe Gomeſ.in adducto. §. ſtatuto, oblitus, quod dixerat,variauerit.vide Abb.in c. ex reſcripto,de loc.in c.nemine.de offi.
5 deleg. hocq. iure vtimur. † Idq. patet ad ſenſum de legibus factis a pro regibus regni,noĩe Regio,qui pręfecti pretorio dñr.l.6.ff.de offic.præf. præt. or. doc. in l.imperium.de iuriſ. om.iud.in l.imperialē de prohib.feu.alie.per Fed. in c.2.de offic.leg.li.6. Alex.conſ.125. viſo titulo nu. 2.vol.2. in l. oẽs populi, de iuſt.& iur.& in c.quæ in eccleſiarū, de conſt. & quid ſi ſtatuatur contra legē.Iaſ.in l.apertiſsimi.C.de iudi.& hęc apud oẽs ſunt veriſſima,& ĩ dies in tri-
6 bunalibus verſanť,& practicãtur.†Sed dubiū oritur de regulis cancellariæ, an ſint perpetuæ, & qō ſoluitur ex verbis ſolitis apponi,ſuo tpe duraturas.do.Paui. in proę. extraua.gl.in proę.reg.cãc. vnde dixit ipſe Gom.in eo.proę. ꝙ qđlibet aliud ſtatutum, non ſolū lex cõis habet maiorē fortitudinem, per rõnes ibidē adductas, nec cōſtitutiones gñales appellat.Anc.conſ.292.efficacibus, quē referr Fel.in c. paſtoralis. nu.11. de fid.inſtr.quo ſe remittit ĩ c.canonū ſtatuta nu.8.de cōſtit.& in d.c.paſtoralis. Gomeſ.in ear.proœ.2.q.Mãdoſ.in reg. de vnion.q.9.nu.2.in 2.vol.& cum Regula deſcripta eſt in regiſtris curiæ fit generalis. Rebuf.in ſua pract. benef.in reg.de veriſ.notit. glo.1.in princ. & ita
7 obſeruatur vbiq.† Nec eſt omittendū, cum ad plura pertineat,optime eſſe ꝓuiſum, vt certus daretur terminus,quo ipſæ leges ligarent oẽs, & ſic nemo excuſaretur, & id quidem eſt ſpatiū duorum menſiū,ex diſpoſitione iuris cõis, in auct.vt fact. nou.conſt.glo. in proœ. decret.& eſt tex.in c.nouerit.de ſenten. excom. inde dixit Sum. Pont. in bulla Conc. Trid. de temp.obli.iure cõmuni ſancitū eſt,vt conſtitutiones nouæ,non niſi poſt certū tempus vim obtineant, idq. ſatis rationi innixū, ꝙ multi adeo ſtringunt ſua ſtatuta contra rationē, vt velint ipſo die ligare, addentes pœnam excõicationis, quæ dum ipſo facto imponitur,exequtionem ſecū trahit.& ad not.vide doct.in l. oẽs populi.8.q.ff.de iuſt.& iur. niſi conſtitutio vteretur verbis ex nunc,quia ſtatim ligat. licet non reſpectu pœnę.dicit Fel.in d. c. canonū ſtatuta in §.limit.huius reg. de conſtit. ne ad pœnā ligentur ignorantes, & qñ publicantur per prouinciā, vel in loco publico,& ſolito, vbi ab omnibus legi, & audiri poſſunt,vel p plura loca ciuitatis publicantur,nullus excuſatur.in d.l. oẽs populi. an aūt admittatur quis, ſi dicat ſe ignoraſſe conſtitutionē,& quid ſi vltra ipſum terminum duorum menſium. Fel.ibid.nu.11. vſq; ad fi.c. vel ſi Imperator,aut ſi legislator aliud expreſſe cauerit in ipſa lege. in extrauag. qui ſint in reb. in fi.vbi Bar.in vſib. feud.&
8 hæc ad 1.q. † Circa vero ſecundā,varia ſunt dicta doct.ſi ſcriptura ſit de eſſentia legis,cōſtitutionis, ſtatuti,præcepti, mandati,vt aliter qđ epus ordinat, non teneat, niſi ſit in ſcriptis redactū. Abb. in d.rub. concludit non eſſe de ſubſtantia,ſed poteſt probari per teſtes, vt magis ad probationē. ſed in c.1. ex mente glo.nu.19. de poſt.prelat. vult ꝙ ſit de ſubſtantia,ſed non grãtiæ,liçet bene ꝓbationis,in c.qualiter.col.1.de elect.deciſ.

ciſ.Rot.87.nu.3.in ant. Ioan.de Sel.de benef.3.par.q.22.Port.cõſ.25.n.8.vol. 1.& dicit Pet.de bell.pt.relatus in deci. 1.de conſt.in nouis,nõ eſſe peccatũ dicere ſcripturã eſſe de ſubſtãtia legis,ſed ibi Ant.ma.pap. vult cõtrariũ,& hoc ẽ verius.Neapod.in proœ.cõſ.Neap.Sunt tñ multi caſus requirentes ſcripturam, quos enumerat gl.ad quã ſemper fit remiſſio.in c.1.§.poſtq̃ de cẽſib.li.6.Gui. Pap.dec.582.Caſſa.in cõſ.Burg.rub.1. §.6.addidit alios duos,& in vicario epi requirit. Rebuf. ĩ prac.ben.de vic.epiſ. n.8.licet eps corã capitulo deſignet, tñ ꝑ occurrẽtibus oportet in ſcriptis formam,& ordinẽ poteſtatis redigi, ſic de priuil.Apoſtol.& ſnĩa.doc.ĩ c.cũ olim. lo 1.vbi Mar.Socc.nu.29. de priuil in ſnĩa excõicationis.not.tex.in c.ſacro ap probãte.de ſent.exc.cũ c.1.eo.tit.lib.6. ibi in ſcriptis ꝓferat. Mar.Soc.multas. qq.ingerit ad ꝓpoſitũ in d. c.ſacro approbãte:not.ẽt alios caſus Carol.Carc.
9 li.1.reg.Frãc. 8.iure.† An aũt in ſignatura S.D.N.Papę.Rebuf.de ſig.grat.in prin. ẽt iuſtitiæ. cũ vna vtat̃ verbo fiat. Vg. altera verò placet.Gõ. in proœ. vtr. ſig.ſed dicit Ripa,tñ.ſ.20. ꝓcedere ſine ſcriptura ĩ ſigna.grę.quia ſufficit gr̃am ore Pontificis eẽ prolatã,per ea,quę ibi adducit,& reſp.10. qđ ẽ quo ad ipſum Põtifi.nõ quo ad alios. vnde Iulius iij. ſum. Põnt. dixit gr̃am Apoſtolicã ante confectionẽ litterarum eſſe informẽ,in
10 ſua reg.canc.15 3.an.4.†Sed quid de breui Apoſt.ꝙ requirat̃.Rebuf.de bre. apoſt.n.17. breue aũt æquiperamus reſcripto.Fel.in rub.de reſc.Gom.de bre. in prin. Veſt.li.1.c.7.vbi de officialib⁹, & ꝓpoſito,& ſunt in curia officiales dicti breuiatores, q̃ dictãt reſcripta eius curię cera ſignata:& not.in auct. de cõſul.circa finẽ. dictũ breue, quaſi breuibus verbis adnotatũ. doc. in rub.de reſcript. & Breue dicit̃ in materia breuis cõmentariolus ſummã rerũ cõtinẽs. l.
11 excellẽtia.C.de ero.mil.an li.12.†Qđ ſimiliter de bulla ſolet dubitari, an ſit de eſſentia priuil.Apoſ. gl.ĩ proœ.clem. in fi.vr̃ probare ꝙ ſic,de quo Arch. Io. And.in proœ.lib.6. doc. in reg.alleg.de non iud.iux.form.ſuppl.vbi Gomeſ.q. 1.& eſt vtile.ſępe.n.habetur gr̃a,a ſum. Pont. ſub ſupplõne ſignata.bullis non expeditis,ſi expiret ꝑ mortẽ cõcedẽtis, & licet obtinẽs poſſit dici tutus in cõſcĩa, tñ curia obſeruat gr̃am Pont. ſine litteris nõ poſſe probari,dicũt mod.in proœ.6.& in ead. q.ꝙ partes pñt cõuenire ꝙ penſio ſoluat̃ per ſolã ſuppli. ſignatã,Rebuf.de pacif poſſ.nu.156.fol. 195.Caſſa dec.4.n.3.& hæc ſunt notãda,licet extra materiã videatur, non tñ ſunt inutilia,cũ in viſitationib⁹ plerũq.
12 occurrant.†Ad propoſitũ mõ cũ ſcriptura ſit inuenta ad ęternã memoriã.l. iubem⁹. C.de teſt.q̃a memoria hoĩum excidit l.peregre.ff.de acq. poſſ.& eſſemus priuati multis bonis, ſi ſcriptura nobis defuiſſet,licet ſtatuta epĩ nõ egeant,tñ laudabile eſt,& ad tollẽdas difficultates neceſſariũ ĩ ſcriptis redigi, q̃a concernunt bonũ publicũ,& ꝑpetuitatẽ, cũ pęnis annexis,dñt in ipſo viſitationis libro extẽdi, ad hoc vt tpe debito poſſit ſuperior cõſulere,& corrigere & ꝑ publicũ notariũ adnotari faciat,& hæc ſufficiant pro primo libro, nũc ad alia trãſeamus cum Dei auxilio, qui ſit ſemper benedictus in oĩ ſeculo,Amen.

FINIS PRIMI LIBRI.

PAVLI FVSCHI EPISCOPI SARNENSIS DE VISITATIONE, ET REGIMINE ECCLESIARVM.

LIBER SECVNDVS.

PRAEFATIO.

AD ILLVSTRISS. D. PHILIPPVM Vaſtauillanum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Ampliſſimum.

ETSI in humanis actibus, (Illuſtriſſime Cardinalis,) Prudentia requiratur, vt cuncta ſuo ordine gubernentur, quandò tamen de ſalute animarum agimus, maior, & diligentior eſt adhibenda. Cum virtus quædam exiſtat, inclinans ad quærendum vera bona, habens vim, quaſi diuinam, nec ſolum in litterarum peritia verſetur, ſed, & in negociorum diſpenſatione. Cum temperantia, quæ eſt habitus voluntarius, electiuus, refrenans delectationum concupiſcentias, neceſſaria ad bene viuendum. Quia bene viuere, conſiſtit in bene operando.

Ad bene autem operandum requiritur electio recta, vt bene viuendo per prudentiam gratia ſuffultam, perueniatur ad vitam ſempiternam. Ideo Dominus dixit. *Eſtote Prudentes, ſicut Serpentes.* Et quæ niſi adhibeatur; quid eſt, quod benè fiat? Cumque omni tempore fuerit vigilandum, hocque quàm maxime id fieri oportet, quia totus mundus eſt poſitus in maligno, nec tempus ſufficit à malitijs hominum declinare, & vias Domini præſcrutari. Tempus enim breue eſt, ars vero longa. *Et anguſta eſt porta, & arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniunt eam.* Hæc conſiderans Prælatus quieſcere non poteſt; ſi muneri ſibi iniuncto ſatisfieri vult, ideo cum Prudentia verſetur ad regendas oues Chriſti, quia maior requiritur in dies. Nec ſufficit in quibus eſt dictum; Cumque mala continuo videat abundare, fortius in bene operando incumbere debet: quia hic labor? hoc opus? Sunt enim mali, & peruerſi homines in hac vita exercitium piorum fidelium. Vnde dixit Auguſtinus. *Quòd malus, aut ideo viuit, vt corrigatur, aut, vt per illum bonus exerceatur.* Cura epiſcoporum in eccleſia Dei eſt magna: in magnis verſatur, & pro quibus Chriſtus animam ſuam poſuit. Ex his colligi poteſt (Ampliſsime Cardinalis) quàm opus eſt uti Prudentia epiſcopis, & ſi in quibus ſupra diximus, fortius in infra dicendis, Riuuli ſunt multi, & fons magnus? Quis enim poteſt per rectos tramites aquam ducere, qua omnes ſitiunt, niſi Deus dederit? qui eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam, & cui dixit Petrus. *Domine ad quem ibimus, verba vitæ aeternę habes?* Cum enim opus alijs communicatur, cautè eſt agendum, ne vacuum in omnibus reddatur. Viſitando eccleſias collegiatas, Parochiales, perſonas, loca ipſa, de ſtatu eccleſiaſtico, & temporali perquirendo, ut ſic fiat opus diei, quia pater noſter Agricola eſt: Corrigendo malos, qui odio habent lucem. Quia *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.* Cum diſcretione tamen, quæ eſt mater omnium virtutum. Nam ſi tollas diſcretionem, virtus vitium erit, quicquid boni cum diſcretione feceris virtus eſt, quicquid ſine diſcretione geſſeris vitium eſt, ſi boni ſunt, eos confirmando, ſicut Ioannes teſtatur. *Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam, filios meos in veritate ambulare.* Conſolando afflictos, quia in tribulationibus acquiritur regnum coelorum.

lorum. *Nonne oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in Gloriam ſuam. Et ſi erimus ſocij paſſionum, erimus, & ſocij conſolationum.* Hortando eccleſiaſticos ad eccleſias benè regendas, fructuſque benè diſpenſandos, ſubditoſque in ſubiectione præpoſitorum, & Dominorum ſuorum manere. In cunctis verſatur cura epiſcopi, nè intrent lupi rapaces, & diſſipent gregem: ſic peruenitur ad vitam æternam, quæ benè operantibus repoſita eſt. Hæc ſunt (Illuſtriſſime Domine) de quibus in hoc ſecundo libro tractaturi ſumus, in quibus optime complendis, vt cunctis vtilia reddantur, tuum eſt auxiliari, & fauere. Nam ſi Benignitas tuarum heroicarum virtutum, quibus omnia ſumma ratione præſcrutaris, in his ſcribendis non aderit, vix eſt, vt hanc paruulam ratem ad portum reducam. Cum enim ſplendori tuæ antiquiſſimæ Nobilitatis, ſpectatiſſima ſemper coniuncta fuerit Religio, hoc tamen numquàm defuit, maxima animi liberalitas, & in fauorem ſtudiorum propenſa voluntas, ex quo, & omnibus Sacri Collegij Ampliſſimis Patribus chariſſimus exiſtas, cœterorumque animos, etiam magnorum Principum conciliatos habeas, ipſique te laudent, venerentur, ſummiſque honoribus dignum extollant. Et ſicut ſanctiſſimum Dom. Noſtrum, Dominum Gregorium XIII. Pont. Maxim. in regendo toto orbe Chriſtiano plurimùm admirantur, ſapientiſſimumque, & vigilantiſſimum confiteantur. Præſertim vero, quod te Illuſtriſſimum Principem in ſacrum Purpuratorum Patrum collegium duxerit coaptandum, Prudentiſſimum prædicant, & iuſtis laudibus efferunt. Quorum conceptam expectationem, & iudicium, non ſolum re ipſa confirmaſti, ſed longo itinere ſuperaſti. Inde fit, vt ego libentius ſub tuo patrocinio, fauſtisq. auſpiciis in meum hoc proſequendi ſtudium maiores ſumam animos, proponamque audacius hos huius Secundi Libri nuncupare labores. Quamobrem precor, vt quemadmodum in ſuperioribus benignè, tuum mihi impendiſti fauorem, vt fœlicem exitum noſtri conatus ſortirentur, ſic nunc eundem, & maiorem adhibeas, vt quod proſperè cœptum eſt, fauſtum, ac fœlicem te adiuuante finem conſequatur. Grato igitur animo accipe has noſtras lucubrationes, quæ etſi à tenui ingenio proficiſcantur, quia tamen de grauibus cauſis tractant, ſpero eas tibi fore non iniucundas, & aliis

quàm vtiles, & neceſſarias, animumq́ue noſtrum in his reſpice: Rogoq́ue, vt quod præſtare vellem, conſideres. Ita enim quod tuum eſt proprium adimplebis, & ad alios libros perficiendos maiores mihi iniicies vires. Interim meum erit, Deum Optimum Maximum obnixe deprecari, vt fœlicem tibi, longamq́. concedat vitam, & omnes conatus tuos confirmet.

PAVLI FVSCHI

EPISCOPI SARNENSIS

DE VISITATIONE ET REGIMINE ECCLESIARVM.

LIBER SECVNDVS.

DE ECCLESIIS COLLEGIATIS.

CAP. PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *REFORMATIONIS ordo qui ſit.*

2 *Eccleſia collegiata quę ſit. Ex quibus cognoſcatur. nu. 3. Ex quibus ſit collegiata. nu. 4. Et quid hodie ſi eſt deſtituta collegio. nu. 5.*

6 *Epiſcopus an poſſit eccleſiam non collegiatam facere collegiatam.*

7 *Collegia, capitula, monaſteria an differant.*

8 *Eccleſiæ ex parochialibus poßunt fieri collegiatę.*

9 *Eccleſia collegiata an veniat appellatione parochialium.*

10 *Eccleſia collegiata, quomodo, & quando dicatur curata.*

11 *Eccleſia conuentualis an comprehendat collegiatam.*

12 *Eccleſia collegiata ad quod tenetur epiſcopo.*

13 *Capella an poſſit effici collegiata inuito patrono.*

14 *Rector eccleſię collegiatæ an debeat eſſe ſacerdos, & reſidere. Et in alios habeat iuriſdictionem nu. 15.*

16 *Electio, & confirmatio capellarum Eccleſiæ collegiatæ ad quem ſpectet.*

17 *Clerici quot debent inſtitui in eccleſia collegiata.*

18 *Collegium an poſſit inſtitui à duobus canonicis.*

Vniuerſitas poteſt in vno conſeruari. eod.num.

19 *Viſitatio eccleſiæ collegiatę in quibus conſiſtat.*

20 *Eccleſia collegiata poteſt ſibi facere ſtatuta.*

SVPERIORI libro de Eccleſiæ cathedralis viſitatione ad plenum dictum eſt, ab ipſa, ordinem accipiendo, iuxta formam traditam, in c. Romana. §. fi. de cẽſib.
1 lib. 6. † Vt reformationis, & morum correctionis norma à maioribus ad alios principium habeat. Vt dicitur in c. 1. in princ. de reform. ſeſſ. 6. Conc. Trid. Cum epiſcopus dicatur caput, clerici membra, epiſcopus, & capitulũ vnum corpus c. nouit de his, quæ fiũt à præl. Et ſicut in vno corpore plura membra habemus, & ipſa non eundem actum exercentia. ad Rom. cap. 12. de hæret. c. cum ex iniuncto. §. ſicut, ita, & in eccleſia, quæ corpori aſſimilatur, plura ſunt membra per diuerſa officia diſtincta. c. ſingula. 89. diſtin. & conuenit quippe, vt epiſcopus, quod aliis ordinat, ipſe primum obſeruet, ſicuti Seuerus, & Antoninus Imperatores ſæpe reſcripſerunt, ꝙ licet eſſent ſoluti legibus, volebant tamen legibus viuere. i. §. fi. Inſtit. quib. mod. teſta. infirm. Vnde ad aliarũ eccleſiarum viſitationem procedẽdum eſt, in quibus maxima profecto erit epiſcoporum in his periculoſis temporibus diligẽtia, propter abuſus in pluribus exortos, & mores deprauatos, & inueteratos, dimiſſamq. eccleſiaſticam diſciplinam, vt hoc reformare ſit præcipuum virtutis opus, & quod eſt ſcandalum inferens, reſcindatur, alias. *Fruſtra extra eccleſiam poſitis reſiſtimus. Si ab his, qui intus ſunt, in eis, quos decipiunt vulneramur.* Inquit, Leo Papa tranſumptiue in cap. illud. 24 q. 4. quare merito ad eccleſias collegiatas oculorum acies dirigẽda eſt:
2 in quibus ſunt aliquã videnda. † Et primo quid ſit eccleſia collegiata, & quæ ſit, vt ſciat epiſcopus, ſeu alius viſitans inquirere, & prouidere, quæ oportuerit inquiri, & prouideri. Eſt enim eccleſia collegiata certo numero clericorum, ſiue canonicorum ordinata, vt ad minus tres ſint, dicit glo. ad quam continuo fit remiſſio in cap. nobis. de iur. patron. attendendo priuilegium, ſi quod eſt, vel ſit fundatio ipſius. Et poteſt eſſe collegiata actu, & habitu, ſimul, & habitu tantũ. Primo caſu, quia ſit priuilegiata, & ordinata, & hodie extat, ſunt canonici, adſunt parochiani. Secundo uero caſu, ſcilicet habitu tantum, quia licet. Primo, hodie vero caret collegio canonicorũ, vel morte, vel priuatione, & extinctione ipſorũ. Cũ deficiẽtibus perſonis collegij, deficiat collegium. arg. gl. in cap. licet canon. de elect. lib. 6. in uerb. par. eccl. Sed tamen non deſinit eſſe collegiata eccleſia, quia poteſt cõtigere ſuccedere ipſas perſonas ad collegium, ſeu ad ſeruitium, vnde idem iudicium faciendum eſt de una, quod de alia, ut plene ſcribit Alex. in conſ. 34. viſo puncto. lib. 4. in nouis. & dicimus habitum quotidie poſſe ad actũ reduci. Doct. in cap. ſtatutum. de elect. lib. 6. & in c. deliberatione, vbi Dom. Anto.

Ant.nu.12.de offi.leg.eo lib.vbi quid ineſt actualiter, vel habitualiter, & hæc etiam ſunt notanda ad.q. pro eccleſia curata actu, & habitu, vel habitu tantum, vt infra eod. lib.cap.2. dicemus.

3 † Et ſubdit Ioan. Andr. in alleg.c.nobis, cognoſci eccleſiam collegiatam ex pluribus. Ex communi ſigillo, tractatu in publico, communi archa, cõmuniq. refectorio, & dormitorio, aut ſi pro tribus fuit dotata, nec ſufficit plures eſſe; niſi vnum corpus faciant per ſupradicta. Mil. eccleſia 2. vel ex particulari inſtitutione, vt ibi plures collegiatim reſideant. Abb.eod.c. nobis. ſequitur Guid. Pap. deciſ. 258. incip. eccleſia collegiata. Roma.conſ. 436. quod inductum. num.6.cũ ſeq. cũ gl. in extrauag. ſuſcepti regiminis. Ioann.22.ne Sed. vac. lib. 3. Sed cum prædicta ſoleant variari, & aliqua nõ ſint hodie adeo neceſſaria, vt alias nequeat eſſe eccleſia collegiata, ideo reducenda ſunt ad tria ſecundum verio rem opinionem, ex quibus eccleſia fit

4 collegiata. † Et primo ex fundatione, quæ eſt efficacior cauſa, quia ſic fuit fundata, vt ibi ſint tres, vel quatuor, qui faciant collegium, collegialiterq. viuant, & eſt lex in primo rei ſtatuta, ſecus ſi fuerit fundata pro uno ſacerdote, & clerico tantum, qui ſit miniſter. iux.not.in c.3.de vit.& hon.cler. Secundo erit collegiata ex diuturna poſſeſſione gerente ſe pro eccleſia collegiata, in omnibus actibus facere eccleſiam collegiatam: tunc quouſque contrarium non probetur? durabit in poſſeſſione, & eccleſia collegiata, conformi deciſione data, in c.cũ veniſſent in ſui concluſione, de Inſtitut. & tunc pſumitur ſic fuiſſe ex ſupradictis.arg. non. in c. dilecta, de exceſ. plat. gl. in c. ſtatutum de elec. li.6. Vltimo eſt dare modũ facere eccleſiam collegiatã, per vim priuilegij, q ita fit.c. 1. 1 1.q.1.de quo inf. nu.6.cũ alijs, quæ dicũt doc.

5 in eiſdem locis. † Vnde concluden dũ eſt ſecundum allegatam gl. q eccleſia actualiter olim collegiata, & hodie per mortem collegio deſtituta, remanet nihilominus collegiata, & ſtatuta de eccleſia collegiata ad ipſam locũ habent. eod.c. ſtatutum, per gloſſ. & pulchre. Fel.in c.accedentes, col.1.de præſcriptio. Sed eſt ſatis durum in una fieri eam conſiderationem, quando habitu tantum, ac ſi in actu, vel ſi eſt timor numquàm recuperandi collegiũ, vt de curata dicemus, ideo aliud in practica eſt faciendum iudiciũ circa conſeruationem, & exiſtentiã, ſed ſufficiat, quod cõmodius fieri poteſt, nec eædem ſunt faciendæ ordinationes, ſed conſeruanda quæ ſunt in eſſe, & qñ contigit illud fieri, poſſit ad ſuũ

6 ſtatum reduci. † Et qđ dicitur de priuilegio. facit ad q. Si epiſcopus per ſuũ priuilegium poſſit facere eccleſiam de non collegiata, collegiatam, & ſic de non eſſe ad eſſe. ſi loquimur de Sũmo Põtifice, poteſt quandocumq. & quũcumq. vult: quia ſuprema eius poteſtas, in extrauag. vnã ſanctã, de maio. & obed. Si de epo, ſecus, niſi vocatis illis, quorũ intereſt, de maio.& obed. c. inter quatuor, vbi eſſet procedere ſine citatione, & cauſæ cognitione, & de facto.gl.ibidem.& laici, aut alij prætendentes retraherẽtur ab eccleſiarũ ædificatione. Si tñ eccleſia libera eſſet, & patitur ex ſui magnitudine, & redituum amplitudine, talem ſtatim poteſt facere collegiatam, argum. a contr.

eiuſd. tex. c.omnes baſilicæ. 11. q.3. 16. q.8.c.oēs.Nec tamē diſplicet opinio Rebuffi negantis poſſe per epiſcopum,ſed per ſolum Summum Pontificem in pract.benef.2.part.tit.de erect. in colleg.fol.231.quod tutius videtur.
7 † Nec unum ſunt Collegia, Capitula, & Monaſteria,idem Rebuff. ſuper cōſtitit. Franc. lib.2. de libr. bap. glo.2. verſ. 3. per ſui materiam,per capitulū cap. Sanctæ crucis de reſcript.Quem tex. in dubio vertente in facto, diximus procedere in receptione facienda, quæ conſiſtit in facto, non de ea, quæ dicitur iuris, cū cadat inter vtrāque differentia Staph.de grat. expect. form.5.nu.13.vbi ponit alias quatuor differentias,& not. hæc nomina,Collegium,Capitulum, Monaſterium, eſſe nomina collectiua, quia vnumquodq. ſignificat multitudinē,per doctr. Bal. in l.fi.C.de impub.Fel.& alij.in eod.c. capitulum ſanctæ crucis, vbi de Collegio, & Conuentu denotante non ſolū fratrum congregationem,ſed plerumque generale concilium: De Concilio, Cętu, & Conuentu,in cap. 1.15.diſt. §.ſynodus de quibus non modo, ſed de ipſa collegiata, ſequendo claritatē in loquendo.Quia claritas eſt de eſſentia legis cap.erit autem lex.4.diſt. Fel.
8 in proœ. decret. col. 1.† Et cum plus ſit eccleſiam eſſe collegiatam, non ambigitur, quin ex parochiali poſſit fieri collegiata eccleſia,per not. in cap.ſtatutum,de elect.lib. 6. & fortior fit annexio: Dicunt enim ibi Doct.quòd collegiata parochialis maior eſt, quàm ſimplex parochialis. Vnde diſpoſitum in cap.licet canon.eo. tit.non procedit in ipſa, quando parochialis eſt acceſſoria ad collegiatā,Dom.ibid.nu.3.ad quod dixit Ioan.Andr. Quod multi habentes eccleſias parochiales,procurauerūt eas fieri collegiatas, vt pœnam eiuſd. tex.c.licet canon euaderent: quamuis eos propter reſeruationes pęnituerit. (Et hoc reformandum erat in eccleſia noſtra Rauellenſi, pro eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ de Thoro, quam, & diuitem tenent multi,nec,vt parochialem,nec vt collegiatam, cum ſit in numero propter ſeruiētes & Pius IIII. in vna ſua inſtitutione facta præſenti poſſidenti in medietate,dicat ſolitum ſeruiri per plures,vt exinde arguat collegiatā,ideo pro ultima reſeruauimus, quod imperfectum remāſit, ut Dom. Scattarectica noſter ſucceſſor potuerit ſupplere, ſi ad id mentem vertit, pro reformatione,quod ad oculos patet.)
9 † Ex quo notanter elicitur appellatione eccleſiæ parochialis non contineri eccleſiam collegiatam,glo.not. in eod. cap. ſtatutum,iuncto cap. licet canon. quam ſingul. dicit Gul. Bened. de homicid. nu. 11.Idq. aduertere debent omnes Prælati,in edictis, & monitionibus,ꝙ primum exprimant eccleſias collegiatas, demum parochiales, & in Conc.Trid.ſeſs.6.de refor.cap.4.dicūtur eccleſiæ collegiatæ poſt cathedrales maiores, quod facit ad multa, quæ quotidie eueniunt. Nec præiudicium alijs fieri debet. Nec mutanda ſunt, quę antiquam, & certam habuerunt interpretationem l. minime.ff. de leg. ad quam videto Bal. conſil. 473.circa quęſt. præcedētem 2.col.5.vol. Carol.
10 Ruyn. conſ. 110.5. vol † Inſuper hoc nomen collegiata eccleſia comprætendit,tam quę eſt in actu,quàm quæ eſt in habitu per ſupradicta.& Alex. eod. conſ.74.licet frequentius vtrumq. requiratur,

quiratur, & actus, & habitus. Barbat.
conſ. 16.nu.6.lib.1.namq́. aliud iudi-
catur, qñ longo tempore ſe geſserit,
tamq̃ non collegiata. Pet. de Anchar.
conſ. 162. in princ. ſicuti de contrario
diximus ſupra nu.4.qñ pro collegiata
ſe geſſit: quod cum raro eueniat, non
mirum ſi particularis non adeſt deci-
ſio. in auth. ut ſin. prohib. matr. poſt
med. ex edicto Celſi Iuriſcon. lib. 17.
ff. de leg.l. nam ad ea. cum in utroque
vere non poſſit adaptari eadē rō, per
dicta per doct. in alleg. c. canonum ſta
tuta: Quia, *Quod raro fit, non reſpi-
ciūt legislatores, nec ītuitu digna ſunt,
quæ raro fiunt.* l. antiqui, circa finē. ff.
ſi pars hęr. pet. extra illud in ore om-
nium. *Omne rarum carum.* §. quanta-
cūq. in auc. de conſ. c. legimus in ſ[illegible]a.
93. diſt. gl. in extrauag. Ioan. 22. cū ad
ſacroſanctæ. §. circa. in verb. rationabi-
11 libus. de ſent. excom. † Et prædicta de
eccleſia collegiata, cū nominamus ec-
cleſiam conuentualem, extendimus, ꝙ
etiā dicatur collegiata. gl. in eod. c. no-
bis. de iur. patr. & licet dictum ſit ſu-
pra nu.7. non eſſe idem, tñ ex cōitate
loquēdi, Eccleſia collegiata, Cōuētus,
Capitulū, Collegium, Vniuerſitas, ſy-
nonima ſunt, & appellatione conuen-
tualis, collegiata cōpręhēdatur. Roch.
de Cur. in trac. iur. patr. in verb. eccle-
ſia.3. q. ēt ꝙ non ſit caput, quod non
eſt de neceſſitate, namq. & vniuerſitas
poteſt eſſe ſine capite. Innoc. in c. non
ignores, de præb. Gem. eo. c. ſtatutum.
12 nu.4. † Sed tñ licet ipſa eccleſia colle-
giata dicatur priuilegiata a parochiali,
tenetur tamen ad ſeruandam hoſpita-
litatem, & perſoluenda iura epiſcopa-
lia, vt charitatiuum ſubſidium, procu-
rationes, & ſimul. in c. conquerente,
de offi. ordin. vt dixi latius in cōpend.
iur. epiſc. 2. par. & eſt gl. in c. cum ſit,
de conſ. eccl. vel alt. adducit tex. in c.
de monachis, de pręb. & c. 2. de ſuppl.
negl. præl. quæ gl. tractat materiā, quæ
ſit dos cōpetens pro eccleſia collegia-
ta, ad minus pro duobus, vel tribus, &
ad alia prædicta, & meminit Abb. ibi.
in fi. nu.5. & uide ſupra lib.1. cap. 21.
13 nu.11. & inf. c. ſeq. nu.12. † Capella ve-
rò inuito patrono non poteſt effici
collegiata. Abb. in d. c. nobis. Innoc. in
c. poſtulaſti. eod. tit. ſi autem patronus
conſenſit, perdit ius præſentandi: ſed
retinet alia iura: ſtante tñ neceſſitate,
placet opinio do. Ant. quam ſequitur,
ēt Abb. ꝙ poſſit fieri collegiata inuito
patrono, ex ea potiſſimum rōne, quia
patronus ex gratia habet ius patrona-
tus in eccleſia, ideo ꝙ eſt neceſſarium
eccleſiæ, non debet patronus impedi-
re, per iura adducta, alias procedat cō-
traria opinio. iuxta tex. in c. ex inſinua-
tione, de iur. patro. Eſt. n. iudicium pa-
troni multum ſequendū, qui ita dile-
xit eccleſiam, ut ei bona ſua conferret.
dixit in alio ſimili. gl. eod. tit. cap. po-
ſtulaſti. & Couar. in prac. qq. c. 36. nu-
14 me.10. † Et ex dictis ſupra nu.8. cum
ſeq. concluditur Rectorē eccleſiæ col-
legiatæ non teneri ſe promoueri face-
re ad ſacerdotium, quia cura non eſt
pœnes illum, ſed apud alios de colle-
gio. ideo non ligatur cōſtitutione tex.
c. licet canon. de elect. lib.6. Nec itē ad
reſidentiam iure Conc. Trid. indictā,
de refor. ſeſ.6 c. 2. licet alij ſecus. ſeſs.
24. eod. Conc. de reform. gen. c. 12. §.
præterea obtinētibus. & ponit Roma.
cōſ. 125. nu.3. Etiam ꝙ ſit ipſi eccleſię
collegiatę vnita acceſſorie aliqua eccle
ſia parochialis. c. ex parte. §. qui ve-
rò.

rũ.de pręb.& ſic poteſt eſſe Rector nõ curatus, licet cura ſit annexa. faciet tamen per vicarium in illa deſeruiri, & not. expreſſę, q̃ non teneatur ſeruire. Mil. in verb. eccleſia verſ. 16. niſi ſolitũ obſtaret, quia ĩ claris eſſet q. licet Doc. diuerſimode loquãtur: Sed tamen. †
15 Habet iuriſdictionem in alios de collegio. quia dicitur Prælatus ipſius eccleſiæ not. in cle. 1. de elect. (licet tex. cum gl. velit non venire appellatione prę̃lati in cle. dudũ. §. ab olim de ſepult.) Poſſi det dignitatẽ cum iuriſdictione. Punit contrauenientes & delinquẽtes in ipſo collegio & de facto videmus ĩ multis, q̃uis non gñaliter. Facit ordines circa diuina celebrãda in ipſa eccleſia doct. in c. cum cõtingat. de foro comp. & ibi Abb. ad plenũ, & iuriſdictionem fori pęnitẽtialis in parochianos ſubiectos: Nõ tamen cognoſcit de criminibus ipſorum clericorum collegiatorũ. quia ſolus eps habet iuriſdictionem. vt ibi not. omnes. & in c. cum oẽs. de conſtit. Abb. in c. edoceri de reſcript. q̃ facit ſtatuta etiam per modum viuendi notat. Fel. in ipſomet c. cũ omnes in fin.
16 verbis. † Et ad ipſum ſpectat cõfirmare clericos in beneficiis exiſtentibus in ipſa eccleſia collegiata, ſiue in capellis. iux. notata in c. cum eccleſia Vulterana de elect. & c. poſtulaſti de conceſs. præb. Abb. in c. cum cõtingat nu. 32. de for. comp. notat Archid. in c. quando, 24. diſt. & in c. nullus circa mediũ. 16. q. 7. diſcurrit Fel. in c. cũ venerabilis. nu. 37. de excep. & ibid. Abb. num. 45. & collegium ipſum ſibi eligit prę̃latum, ſi pęnes ipſum fuit ſolitum obſeruari. idem in c. nobis alleg. nu. 8. in c. 1. & 2. de elect. Quando vero habeat ius præſentandi, & cum quorum conſenſu. in c. ea noſcitur. nu. 1. de his, quę fiunt a prǽl. & hæc ſunt not. quia in facto occurrunt propter differentias ordinariorum, & rectorum, obſeruandũ eſt tamen, quando conſuetudine ſolitum fuit epiſcopos expedire, & inſtituere, & nõ rectores. (Prout ĩ eccleſiis collegiatis noſtræ ciuitatis, & diœceſis ab antiquiſſimo in omnibus eſt iuriſdictio pęnes epiſcopum) id. n. obſeruetur. arg. tex. Conc. Trid. ſeſs. 25. de refor. genet. c. 6. §. hæc autem. Namque conſuetudo dat, & tollit iuriſdictionẽ. in c. dilecti de arbitr. 9. q. 3. c. conquæſtus. quod idem dicimus de examinatione, vt in ipſa eccleſia epiſcopus non ponat edictum, quàmuis habeat examinare præponendum reſpectu curæ animarum & hoc item varie obſeruatur, nam vbi rectores cõſeruarunt eorum iura, & in plurimis alibi perdiderunt, redactis omnibus ad iudicium epiſcopi, penes quem omnis ſuæ eccle-
17 ſiæ eſt adminiſtratio. † Debent autẽ in ipſa eccleſia collegiata tot clerici inſtitui, quot cõmode ſubſtentari poſſunt gl. in c. cum. M. de conſtit. Abb. in c. 1. in princ. de inſtit. vt ad minus tres poſſint ſubſtineri. doct. in c. 2. de ſupl. negl. prælat. & ſi facultates non ſubſiſtant, non permittat ſuperior inuitis ipſis de collegio aliquem intrare. Abb. in c dudum nu. 3. de pręſump. quia. *Non eſt bonum ſumere panem de manibus filiorum.* Matth. cap. 15. c. cum ſecundum de pręb. Quod hodie plurimum eſt attendendum, ne deficiat cultus diuinus propter penuriam ubiq. exiſtentem, vt clerici exinde mendicare cogãtur, contra diſpoſitionẽ tex. Conc. Trid. ſeſs. 21. de refor. c. 2. in primis verbis ad primũ ratio eiuſdem Conc. Triden

18 uit ſeſs.& tit.c.4. † Sed an ipſum col-
legiũ poſſit in duobus canonicis inſti-
tui, per Barb conſ.17.nu.1.vol.1.vbi
ꝙ conſeruatur per duos, non tñ inſti-
tuitur, niſi ſaltẽ per tres. & eſt bonum
conſi.in materia eccleſiæ collegiatę,&
not.in alleg. c.nobis,& c.1.de elect. ꝙ
pęnes vnum poteſt remanere ius colle-
gii. Quod, & de vniuerſitate ſimiliter
dicimus, quia licet a principio non cõ-
ſtituatur, euentu tamen temporis põt
ẽt in uno conſeruari.l.ſicut.§. in decu-
rionibus.ff.quod cuius.vniuerſ.nomi.
idq. conſideraſſe in facto Cõc. Neap.
dicit D.Mart.Frec.patruus noſter colẽ
diſſimus de ſubfeud.lib. 2.2. author.
nu. 30. fo. 174.in 1.impræſs. & dicit
D.Ant.in c.1.de elect. ꝙ de iure cano-
nico duo faciunt congregationem, ſed
19 tres neceſſarij ad collegiũ. † In omni-
bus prædictis collegiatis eccleſiis ſuc-
cedit epiſcopi viſitatio, nõ obſtantibus
exemptionibus, cõſuetudinibus, ſentẽ-
tijs, iuramẽtis, concordijs ex generali
decreto præfati Conc. Tri. ſeſs. 6. de re
for.c 4.ſeſ.25.de reform.ge. c.6.in prin.
Ideo inquirendũ eſt. Quis eſt ordo, an
oẽs exerceant curã inſolidũ, vel vnuſ-
quiſq; certis diuiſis diebus nec eſt im-
probata hæc diuiſio. Innoc.de præbẽc.
nõ ignores. Milis in verb.eccleſia. nu.
17.item ꝙ electi, ſeu eligendi ſint viri
idonei ſcientia, & moribus.clem.1.de
ætat.& qual. itẽ repetendã dicta ſupra
de ſacramentis, eorũ retentione, & ad-
miniſtratione de libris, & aliis neceſſa
rijs, & cura, ſi eſt, nõ negligatur, de of-
ficio dicẽdo in choro, & qũo.de reſidẽ
tia collegiatorũ.de plebe paſcendã ſalu
taribus verbis, item de lectore, qñ ſu-
mus in inſigni oppido.ſeſ.5.Cõc. Tri.
de refor.c.1.§.in eccleſiis autem, de aliis
prohibitis fieri, & teneri in eccleſia, vt
iam dictũ eſt, & de fidei profeſſione,
& quia ſæpius rectores, & canonici ec
cleſiarũ collegiatarũ ſolent, & quęrunt
20 ſtatuere in pręiudicium epi. † Exami-
nanda ſunt ſtatuta, ſi quę habent ſicu-
ti de ſtatutis capituli diximus ſupra li.
1.c.15.nu.28. Nãq. poſſunt facere ſta-
tuta in eccleſia collegiata, & attenditur
quod facit maior pars collegii. Doct.
cõmuniter in c. cum oẽs de conſtit. &
quæ ſint neceſſaria, & quæ exorbitan-
tia, & ſi ſunt iuſta, ſecundum illa epi-
ſcopus iudicet, & determinet, ibidem
per doctor. Hęc tamen ſtatuta habent
concernere modũ viuendi, & celebran
di in ipſa collegiata eccleſia, non autẽ
concernentia ſtatum eccleſię, ut or-
do debitus mutetur, vel aliud, quod
conſenſum epiſcopi requirat.& poteſt
apponi pœna. Card.in cle.fi.§.fi.de pę
nis, ſup. eo nu.15. Videatur de Archi-
uio, inuentarium contineat omnia bo-
na, conſtitutio fit de diſtributionibus
quotidianis, & quæ de proceſſionibus
ſepulturis, pęnis, aliiſq; omnibus dicta
ſunt, hic ſimiliter examinentur, ſi q̃ in
ſuper deſunt de conſecratione, recõci-
liatione, & benedictione, ſuppleat epũs,
ordinationes faciat, errantes corrigat,
& infirma conſolidet, ꝙ fecerint oẽs
profeſſionẽ fidei, ſitq. in ipſa eccleſia
collegiata conſtituta ſedes pro epo, vt
ſupra alio libro eſt dictũ; & ad illud de
ſtatutis dicitur in Conc. Colo ſub tit.
de Metr. cathe.c.9. *Quod interdũ ſta-*
tuta collegiatę eccleſię primaeuo affectu
cuiuslibet augentur, ac creſcunt, et ſolẽt
plerũq. eſſe quamplurima, quæ quæſtũ
magiſq; pietatem reſpiciunt, & ad inę-
qualitatem potius, quàm ęqualitatẽ fa-
ciant. Et c.23. ꝙ ſtante neceſſitate oõi

dictæ eccleſiæ de communi contributione, etiam conſulatur, & obſeruando ſtatutum conueniendi certis diebus ad eccleſiam cathedralem proceſſionaliter, quod obſeruetur, dūmodo non diminuatur, nec relinquatur cultus diuinus in ipſis collegiatis, & in multis eſt in fæſto patroni maioris eccleſiæ, (prout in noſtra Sarnenſi in die dedicationis Sancti Michaelis Archangeli,) & de aliis, quæ ex facto occurrunt.

DE ECCLESIIS PAROCHIALIBUS.

CAP. SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Dionyſius Papa diuiſit eccleſias parochiales.*
2 *Parochia quid ſit.*
Fines parochiæ præſcribi nō poſſunt, num. eod.
3 *Eccleſia, vt ſit parochialis requiritur authoritas epiſcopi.*
4 *Eccleſia matrix quę dicatur. Et quæ baptiſmalis. nu. 5.*
6 *Eccleſia, qualibet curata debet detinere ſacramenta.*
7 *Reſidentia eſt annexa eccleſię parochiali, & curatę.*
8 *Parochiale ius in quibus conſiſtat.*
9 *Canonica portio debetur eccleſiæ parochiali.*
10 *Ordo viſitationis eccleſię parochialis qui ſeruari debet.*
11 *Eccleſia parochialis non debet eſſe in locis remotis.*
12 *Eccleſia parochialis debet habere dotem competentem, & quantum.*
13 *Eccleſia curata annexa beneficio ſimplici, quomodo iudicabitur.*
14 *Eccleſia non debet edificari intra parochiam.*
15 *Oblationes factę capellæ exiſtenti intra parochiam cui debeantur.*
16 *Epiſcopus debet procurare reparari eccleſiam parochialem. Et ex quibus fructibus. nu. 17. & 18.*
Eccleſia vna parochialis poteſt alteri vniri. nu. eod.
19 *Vnio eccleſiarum diœceſis ſpectat ad epiſcopum.*
Papa vnit eccleſias cathedrales. nu. eod.
20 *Parochiani tenentur ſubuenire eorū eccleſiæ pauperi.*
21 *Parochię debent eſſe diſtinctæ.*
22 *Parochię poſſunt de nouo cōſtrui, vbi eſt populus numeroſus.*
23 *Sacerdotes tot ſunt conſtituendi in eccleſia parochiali, quot ſufficiunt.*
24 *Parochiæ ſunt conſtruēdæ, vbi adhuc in ciuitate non ſunt.*
25 *Eccleſiæ parochiales debent conferri perſonis idoneis.*
Epiſcopus cōferens eccleſias curatas indignis, qualiter puniatur. nu. eo.
26 *Eccleſię parochiali debentur decimę. Vbi multa de decimis.*
Papa cōſulendus eſt in materia decimarum. nu. eo.
27 *Quarta funeralium, quādo debeatur eccleſiæ parochiali.*

28 *Cura animarum non debet eſſe diminuta.*
Parochiani nō debent ſeruire per capellanos.nu. eod.
29 *Eccleſia parochialis non eſt danda habenti alteram.*
30 *Parochiani quando debeant conuenire in eccleſia parochiali. Per tex. in c.4.§.moneat.ſeſſ.24.Conc.Trid.*
31 *Epiſcopus de quibus generaliter inquiret in viſitatione eccleſiæ parrochialis.*

POSTQVAM Dionyſius Papa XXIV. a Beato Petro, qui fuit anno Domi-
1 ni. 266. † Singulas eccleſias ſingulis presbyteris deſignauit in parochias, vt vnuſquiſq. ius proprium haberet, nec vnus alterius parochiæ terminos, & ius inuaderet. 13. quæſt. 1.c.eccleſias, ſicut etiam meminit Martin. Nauarr. in cap. placuit nu.4. de pæn.diſt.6.factum eſt, vt presbyteri per caſtella, & uillas cōſtituerentur.cap. epiſcopi. 80. diſt.& in locis ciuitatis ipſius, qui epiſcopo adiuuarēt in partem curç ſuſceptæ, namque in principalibus maiores dignitates reſeruatæ fuerunt, ſicuti primum ante aduentum Domi.noſtri Ieſu Chriſti in hunc mundum maioribus officialibus deſignatæ erāt.ead. diſt.cap.1.Abb.in rub.de paroc. quod de eccleſiis parochialibus iure optimo dicit eſſe factum ſancta Generalis ſynod.Trid.ſeſs.14. de reformat.cap.9. in ipſis viſitandis ſingulis annis. ſeſs. 24.de reform. gen. cap. tertio.Epiſcopus attentius proſpicere debet, cum propter frequentem curam animarū multa occurrant, quæ, & conſcientiam onerant, & laborem augent, ideo, & nos multa dicemus, experientię, & fa-
2 cto proprio reliqua remittentes. † Eſt igitur eccleſia parochialis, quæ ſuos diſtinctos habet parochianos, certis limitibus conſtituta, Abb.ead.rub.nu. 1. ipſis ſacramenta miniſtrans, & proprium habēs rectorem: & parochum, per ſupradicta, cuius fines, vbi de ipſis conſtat, præſcribi non poſſunt.cap. ſuper eo vero, de par. & dicitur proprie eccleſia curata, non autem imperfecte, vt vult Alphonſ. Aluar. in ſuo Specul.cap.83.verſ.24.Nam facta aſſignatione ab epiſcopo, cura eſt annexa, vt inf.cap.ſeq.nu.5.dicitur. Cum integrum officiū de regendis ouibus conceſsum ſit eius rectori proprie, & vere loquendo, non interpetratiue. Quādoque etiam accipitur parochia pro diçceſi, & ę contra, Rebuff.de decim.q.6.
3 nu.6. per cap. ad apoſtolicæ eod.tit. † Sed vt eccleſia cōſtituatur parochialis, authoritas epiſcopi requiritur, qui eā parochialem cōſtituat. fines deſignet, plebem denotet. cap. nullus omnino. 16. quæſt.7. ipſe enim attentis prædictis maxime diſpoſitis in Conc. Trid. ſeſs.24.de refor.gen. cap. 13. deſignabit, & nominabit eam parochialem, cū ſuis qualitatib⁹. Inde diſcuſsio fit, quādo fuit edificata, a quibus, cuius aſſenſu, quæ onera annexa, quçve qualitates fuerint requiſitæ, ad hoc ne laicorum tacito conſenſu, id factum eſſe perhibeatur, qui in nullo poſſunt ſe intromittere: Abb. in cap. meſſana, de electio. niſi eſſemus in Regibus, & magnis Principibus, qui in multis ſe intromittunt, etiam nominando, & conferendo, ſed non iure proprio, ſed id ex conceſſione Apoſtolica, Abb.

Abb. in cap. ad hoc de ſimon. (quibus & ſummus Pontifex ſemper ſolet deferre. ſubuenit modo vnus tex. in concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. gen. cap. 6. §. reliqui patronatus omnes. infra
4 eod. lib. cap. 10. nu. 14.) † Idemque iudicamus de eccleſia matrici, quam ſecundum gl. in clem. 1. de ſent. excom. maiorem baptiſmalē vocamus, aliarum capellarum matrem, & principalem, & dicitur eccleſia matrix, q̄a per baptiſmū renaſcimur. gl. in clem. 1. de baptiſm. licet quandoque pro eccleſia cathedrali accipiatur. tex. clarus in cap. Venerabilis. de verb. ſignif. & ſic interpetratur alia gloſ. in clem. 1. §. quibus in verb. matricibus, de priuil. ponitur etiam in cap. 1. & in cap. ex transmiſſa, dum dicitur. *Matrici eccleſiæ*, de præſcript. Petr. Rebuff. de
5 decim. q. 6. nu. 6. & 7. † Ampliantes inſuper ad eccleſiam baptiſmalem, nā, & ipſam pro matrici in iure legimus; a qua omnes ſacramēta accipere tenētur, & loquitur tex. in cap. 3. de eccleſ. edif. in verbo. *Ab eccleſia parochiali*, & poſt modum. *Eccleſiæ matrici*, & eadem verba referuntur in Cōc. Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 4. diciturque baptiſmalis propter præcipuos fontes baptiſmales ibidem detentos, quæ vna tamen debet eſſe in qualibet parochia & villa, niſi ex cauſa deberet alia denuo edificari, vt in caſu infra nu. 22.
6 † Hinc particulariter videndum eſt, vt vnaquæque eccleſia parochialis ſua detineat ſacramenta, a qua eidem omnes creditæ cibos ſpirituales accipiant, & ex hoc cognoſcimus, & iudicamus eccleſiam parochialem actu, propter parochiam ad eius curam deputatam. eodem cap. 3. 13. quæſt. 1. Petr. Rebuff. de nominat. q. 16. nu. 9. & licet viſum ſit, quandoque eſſe eccleſiā parochialem, & non baptiſmalem, hoc tranſit cum alijs reformatione dignis, & in poſterum caueatur. iux. idem Conc. ſeſſ. 24. alleg. cap. 13. §. in ijs quoque verſ. mandat. cum ſimili, (& hoc ſolum reliquimus prouidendum in noſtra Rauellenſi eccleſia epiſcopo ſucceſſori noſtro, pro vna magna eccleſia, in cuius veſtigijs aderant ſacramenta olim fuiſſe, in alijs fuit
7 cautum.) † Et cum parrochialis, & curata eccleſia iudicetur propter adminiſtrationem ſacramentorum, & particularem populum aſſignatum, ſtatim eidem Rectori, parocho, curato, in ipſa parrochiali, & curata eccleſia, reſidentia annexa eſt ſeſſ. 6. eiuſd. Conc. de reform. cap. 2. ſeſſ. 23. eodem tit. cap. 1. §. eadem omnino, & diximus ſupra lib. 1. cap. 15. nu. 18. & optime ponit Marr. Nauar. in ſuo Man. c. 25. nu. 121. Quando tamen abeſſe contigerit ex iuſta, & euidenti cauſa per epiſcopum approbata. Idoneus ſubſtituatur Vicarius cum debita mercedis aſſi-
8 gnatione. eod. §. eadem omnino. † Conſiſtit autem ius parrochiale principaliter ſecundū Innoc. & alios in rubr. de par. ꝙ parrochiani in diebus feſtiuis in ſuis parrochijs conueniant, ſacramenta recipiant, decimas perſonales perſoluant, oblationes faciant, benedictiones ſalutares, & deuote & reuerenter ſuſcipiant, & ſic de ſepulturis, benedictionibus nubentium, cæteriſque alijs de iure debitis, prout etiam memini in trattatu de Iuribus epiſcopal. ſecunda parte. (qui tractatus quam citius veniet in ſtudioſorum manibus, vt in totum ceſſent contradictores, qui

qui ſcrutati ſunt iniquitates, & defe-
cerunt ſcrutantes ſcrutinio, vt dicit
9 Pſalm. 63.) † Idque circa ius, & præ-
rogatiuam canonicæ portionis præci-
puè, quòd ſoluatur quarta de omni-
bus relictis, oblationibus, candelis,
anniuerſarijs, & ſimilibus, ratione ſe
pulturæ alibi electæ, vbi omnes notãt.
de ſepult. cap. in noſtra, & cum ſepul-
tura alibi non eligitur, ibidem eſt fa-
cienda cap. 1. & eod. cap. in noſtra. de
ſepult. & dictum eſt ſupra lib. 1. cap.
25. & ad primum. infra eod. nu. 27.
& doct. in ſumma in verb. canonica
portio. Vbi quid, quando apud exem-
ptos eligitur ſepultura, & a quorum
manibus ipſa quarta parochialis pete-
tur, & præſtar, quòd ab heredibus,
ex maiori facilitate. vide ſupra lib. 1.
cap. 25. nu. 13. & quę dicuntur. nu 7.
10 † In ipſaque Viſitatione eccleſiarum
parrochialium, & curatarum ordò prę
ſcriptus in Viſitatione eccleſiæ cathe-
dralis non eſt omittendus, vt iux. ritũ
pontificalis libri, qui eſt authenticus.
ſupra lib. 1. cap. 3. num. 9. fiant pre-
ces, monitiones, abſolutiones pro de
functis, qui noſtra ſuffragia expectãt,
cùm pro ipſis exorare, vt a peccatis ſol
uantur, ſancta, & ſalubris eſt cogitatio
2. machab. cap. 12. Sicuti in corpore
humano vnum membrum ſuffraga-
tur alteri, ſic animabus defunctorum
detentis in purgatorio, per Ieiunia,
eleemoſynas, preces, ſubuenimus.
dom. Card. Aracæl. de ſacr. pænit.
11 cap. 44. † Itemque inſpitiendum, &
inquirendũ eſt de cuiuſcumque paro-
chiæ ſtatu, & is recognoſcatur, & quã
primum videatur, vbi eccleſia ipſa pa-
rochialis, & curata conſtituta, ſit, ſi
extra ciuitatem, in ſuburbijs, & villis
non mutatis, præſcrutando in quo lo-
co, ſi iuxta habitationem, & eam fre-
quentem, vel iuxta cõtinentia edificia,
ad hoc vt ſacroſancta, & alia, quæ ibi
detinentur, non patiantur timorem, &
incurſum latronum, vt pluries eſt vi-
ſum, & parochus reſidens tutus ſit in
ſuo munere adimplẽdo, ſin ſecus, pro-
curet ſuperior epiſcopus ad locum cõ
uenientem reducere, vt prædicta com
modius exerceantur, ſaltem ſacramen
ta ad aliam ſecuriorem eccleſiam ſal-
uis Iuribus eccleſię parochialis. Vel ſi
ibi in totum parochiani deceſſerint,
nec eſt ſpes de proximo recuperandi,
iuxta notata per Doct. in cap. licet ca-
12 non. de elect. lib. 6. † Et cum onera
cuilibet eccleſię ſint annexa, uidebitur,
ſi ipſa eccleſia parochialis, & curata eſt
ſufficienter dotata, ad minus, quòd
curatus, cum alio clerico miniſtro cõ-
mode viuat, & iura epiſcopalia perſol-
uat, & quando opus eſt, vtatur hoſpi-
talitate cap. 1. de præb. lib. 6. vbi de
tribus neceſſarijs fit prouiſio, & quòd
rectores commode ſuſtententur, Iu-
ra epiſcopalia perſoluantur, & alia one
ra incumbentia ſupportentur. cap. vt
quiſquis. de vit. & hone. cler. not. in
cap. ſtatuto. §. vbi autem de decim. lib.
6. & dicunt doctores eſſe attendendã
qualitatem patrię, perſonæ, eccleſiæ,
ſitus, & temporis gl. eſt notab. in cap.
cum adeo in verb. ſufficientem dere-
13 ſcrip. † Item ſi ipſa parochialis eccle-
ſia, & curata, tãquàm principalis eſt an
nexa, & coniuncta alteri beneficio non
curato, Iudicabitur tamen curata, ſe-
cus ſi eſſet acceſſoria ad beneficium cu
ratum, & eſt vtile ad materiam extra-
uag. execrabilis Ioan. 22. ſub tit. de
præb. & dignit. in. §. quantũ autem.
vbi

vbi reſtrictio potius legis continetur,
nāq. pōt ſtare, ꝙ quis ſit beneficiatus
eccleſiæ non curatæ principaliter, cui
ſit annexa aliqua capella curata cum
populo,Mil.in verb.eccleſia.nu. 16.&
tamen non dicetur habere beneficium
curatum,eſt vna gloſ.antiqua in regul.
cancell.non ſubuenit modo. (quod fa
cit in noſtra Rauellenſi eccleſia pro
vna,ſeu commenda ſancti Triphonis
abſq. cura,cui tamen in diœceſi Nuçe-
rina eſt ſubdita eccleſia, ſeu capella cu
rata cum populo,& ſacramenta admi-
14 niſtrat.) † Gaudet poſt modum ipſa
parochialis eccleſia priuilegio, vt intra
ſuos fines alia eccleſia, vel capella non
poſſit edificari, quia eſſet facere in ſui
præiudicium.cap.eccleſiæ, & cap.qui-
cumq. 16.quæſt. 1.cum compræhen-
dat quidquid eſt intra fines eiuſdem
parochiæ.cap.paſtoralis de his quæ fi.
a Præl. Abb.in rub.noſtra nu.2.quod,
& de iuribus parochialibus dicimus
in eod.trac.de iurib.epiſco.par.2.qua-
ſi totum ipſum ſolum per fines deſi-
gnatos, ſit certo modo in poſſe ipſius
parrochiæ, vt inuito eius rectore alia
capella edificari nequeat, ſupra eo. nu
15 me.2.† Vnde oblationes, quæ fierent
in capella ſita intra parrochiam aliquā
non capellę,ſed ipſi eccleſiæ parrochia
li adiudicamus, etiam quòd fierenr in
aliquo muro domus priuatæ,vbi eſſet
imago depicta: Abb.in ea. rub. & arg.
a contrario in cap.3.de eccl.ędif.doct.
in c. ex tranſmiſſa de præſcr. diximus
ſupra lib.1.cap.24.nume.12. quod in
multis deletum viſum fuit, vel ex cō-
ſuetudine, aut præſcriptione,quæ dat,
& aufert, ſupra hoc libro c. 1.nu. 16.
circa finem.vel non curantibus, & ne-
gligentibus parochis,quos iamdiu ob-
liuio detinet eorum iurium parochia-
lium, quæ ſi illeſa conſeruaſſent, in
melius quippe inuenirentur ipſæ eccle
16 ſiæ. † Ipſaque parrochialis eccleſia,
& curata, uidendum eſt ab epiſcopo,
vt ſit firma,& non ruinoſa in pauimē-
tis, tectis, feneſtris, nec ex aliqua ſui
parte ruinam patiatur, & ſi reparatio
eſt neceſſaria, prouideat omni meliori
modo, quod in omnibus beneficijs
eccleſiaſticis, curatis, & non curatis
attendendum eſt, etiam per ſequeſtra
tionem fructū,& aliis opportunis re-
mediis,iuxta decretum Concil. Gener.
Tridenti. ſeſſio. 21. de reform. cap.8.
Hæc eſt alia cauſa viſitationis introdu
ctæ, vt per ſingulos annos exquirat
epiſcopus quomodo vnaquæque baſi
lica in reparatione ſui indigeat. capi.
decernimus. cap. epiſcopum, vbi de
materia cum cap. ſeq. 10. quæſtio. 1.
17 ſupra libr. 1. cap. 10. nume. 16. † In
hocque eſt inſiſtendum, ut ſi reſtau-
rari, & reparari ex fructibus, prouen-
tibus, oblationibus, minime poſſit,
conueniendi ſunt patroni ſi adſunt,
aut alij, qui ex fructibus percipiant,
ac etiam parochiani, vt ad reparatio-
nem eorum eccleſiæ parochialis con-
tribuant, quia dicuntur exinde habe-
re beneficium,cum ſacramenta ſaluta-
ria accipiant. cap. 1. de eccleſ. edif. &
patet ex decreto eiuſd.Concil.Triden.
ead. ſeſſion.uigeſimaprima, de refor-
ma. cap.ſeptimo.§. parochiales vero,
de quo ſupra eſt dictū.li.1.c.10.nu.16.
Nam, & Salomō Rex accepto Regno
primū cogitauit de edificando tēplo
Dei,qđ Dauid eius pater nequiuerat.
lib.3.Reg.c.5.q̄a ſi pro domo propha
na ubi corpus reficit laborant,fortius
pro tēplo Dei, in quo cibaria aīarum
tepo-

reponuntur,& Deus pro eorum pecca tis,ſacerdotũ præcibus placatur. patet de Moyſe. Exod.c. 32. & optime pro-
18 batur lib.2.Paralip.c. 6. † Et diligẽter inquirendo, ſi ex ipſis eccleſiis parochialibus, baptiſmalibus, curatis, ſit aliqua, quæ propter paupertatẽ ſtante fructuum exiguitate,egeat adiuuari aliquo remedio, quia non ſolum nequit debita onera perſoluere,ſed nec miniſtri ſubſtentari,per idem c. 1. de præb. tunc prouideat per unionem aliquorũ beneficiorum curatorum, vel non curatorum (quæ tamen non ſint regularia) aut per aliammet eccleſiam parochialem,baptiſmalem,curatam,vt melius uidebitur expedire, non præiudicando obtinentibus, etiam tamquàm Apoſtol. ſed. author. deleg.ex decreto eiuſdem Concil. ead. ſeſſ.21.cap.5.de reform.& ſeſſ.24.de reform.gen.c.13.
19 §. in parochialibus. † Namq. vnio eccleſiarum diœcesis ad epiſcopum pertinet, & ſic vnam alteri addere,Sicuti maiorum eccleſiarum vnio, vt epiſcopatuum; & cathedralium ad Summũ Pontificem, vt latius dixi in tract. de dignit. eccl. cap. 2. & prædicta patent ex notab. deciſ. tex. in cap.ſicut vnire, de exceſ. prælat.& hoc eſt, quod dixit tex. præfati Conc. c. 5.alleg.in illis verbis,ſecundum formam iuris,& ponũt doct. & Marian. Socci. in eod. c. ſicut vnire, & nos infra ſuo loco dicemus, vbi de vnione eccleſiarum particulari-
20 ter tractabimus hoc libr.cap.25.† Sin autem paupertas ſit talis, ꝙ nullo modo ipſa eccleſia poſſit rectorem ſubſtentare, nec per ipſam vnionem factã eſt plenius conſultum, recurrendum eſt a ſuperiore ad remedium decimarum,primitiarum,oblationum, parochianorum, ipſorumq. cõtributiones per decimas, collectas, & ſymbola, vt omnino prouideatur rectoris, & eccleſiæ neceſsitati,in ipſomet cap.13. Concil. Triden. §.in parochialibus,ad quod hortãdi ſunt ipſi parochiani pro religione chriſtiana, & charitate,tamquam erga ſuos patres ſpirituales.ſeſſ. 25. Conc. Trid.de reform.gener.cap. 12. §. hortatur, quibus deficientibus, & ceſſantibus, & ipſis recuſantibus, per remedium iuris eſt prouidẽdum, vt compellantur ſubminiſtrare, quæ ſufficiant ad vitam ſacerdotum, iuxta aliud decretum ipſiuſmet Conc.de reformat. ſeſſ. 21. cap. 4. §. illis autem ſacerdotibus, quia cum ipſi diuina eis miniſtrent, debẽt vtique neceſſaria ad vitam recipere,non tamen ſubtrahẽdo miniſtrare diuina, ex hoc, quia recuſant,quod dictum ſemper approbaui, cum Rebuff. de congr. portion. num. 94. contra dictum gloſſ.in cap.omnis chriſtianus. de conſecra.diſt.1. uolen-
21 tis eſſe ceſſandum a diuinis. † Et cum vnuſquiſque ſuas oues cognoſcere debet, & vitanda ſit confuſio parochianorum,videre debet epiſcopus in hac viſitatione, ſi parochiales eccleſiæ diſtinctæ ſint, & certos habeant fines,& rectores proprium habeant populum, non autem promiſcue, & confuſe, quibuſcumque petentibus ſacramenta adminiſtrentur, quod admodum inconueniens eſt.Ideo pro tutiori animarum ſalute ei commiſſarũ, vbi non ſunt diſtinctæ, diſtinguat ipſas parochias,atque populum,& vnicuiq. parti diſtinctæ ſuum perpetuum,& peculiarem paſtorem,parochum,curatũ aſſignet, qui eas cognoſcere poſſit, & a quo ſolo ſacramenta accipiantur,vel ſi

aliter opportunius iudicabit. ead. ſeſs. 24. de reformat. gen. cap. 13.§. in iis quoq. ciuitatibus. Quia iure optimo factum eſt, vt parochię ſint diſtinctæ, & vnicuiq. proprius ſit attributus parochus, qui ſuarum ouium curam habeat, & exinde eccleſiaſticus ordo non
22 cõfundatur. ſeſs. 14. de refor. c. 9. † Nã & ſimile eſt prouidendum, quando parochia eſſet ampla, & diues, & populus numeroſus, nec de facili parochiani ad ipſam parochialem eccleſiam conueniri poſſunt, de alia noua parochia tunc epiſcopus procurabit, ꝙ ędificetur, cũ certa diſtinctione, velut annexa, & dependens: & hæc eſt iuſta, & potiſſima cauſa parochialem eccleſiam intra aliã parochiam ędificare, c. ad audientiam de eccleſ. ędific. vbi glo. Abb. in c. 2. nu. 7. de deci. item in c. 1. de reb. eccl. non alien. & prouidebit in hoc ex decreto eiuſdem Conc. Trid. ſeſs. 21. de refor. cap. 4. §. in iis vero, & meminit Mart. Nauar. in ſuo Man. lati. c. 25. nu. 137. verſ. hoc videtur, & ita in practica ſer-
23 uamus. † Et ex eadem ratione, ſi propter ipſum populum numeroſum non poteſt parochus ſufficere ad adminiſtrationem ſacramentorum, & alia per agenda ad cultum Diuinum neceſſaria, debent per epiſcopum tot inſtitui ſacerdotes, quot ſufficiunt ad hoc munus complendum, propter ſacramenta miniſtranda, & cultum diuinum perficiendum, etiam authoritate Apoſtol. ſed. deleg. per eumdem tex. c. 4. in prin. prouidendo ipſis de victu, per portionem ipſius eccleſiæ, aut alio meliori modo ex prædictis. cum ſeruiant eccleſię argum. c. cum ſecundum. de præb.
24 † Similiter ſi in ipſa ciuitate, oppido, villa, nullæ fuerint adhuc cõſtitutæ eccleſię parochiales, eo caſu per rationes allegatas, ſupra. nu. 21. epiſcopus procurabit, quàmprimum de nouo ædificari conſtrui, & diſtingui, non obſtantibus quibuſcumq. priuilegiis, conſuetudinibuſq. prout melius iudicabit expedire ex deciſione pręfati Conc. Trid. citato c. 13. §. fin. ex ſua prima ratione, vt populus certum habeat parochum, ne confuſe quęrat ſacramenta: ſupr. eo. c. nu. 1. propter quod perirent fideles ſine ſacramentis acceptis, quod eſt maximum damnum, nam, & extrema vnctio, quę in mortis periculo aſtantibus miniſtratur, abſtergit reliquias peccati, animam ęgroti alleuiat, & confirmat. ſeſs. 14. Conc. Trid. de ſacr. extre.
25 vnct. c. 2. & can. 2. † Demum non eſt ſilentio prætereundum, vt inquiratur quibus perſonis eccleſiæ ipſę parochiales, matrices, baptiſmales, curatæ, collatæ ſint, ex quo animarum cura eſt eis annexa, ſi dignis, & habilibus ſcientia, moribus, & ætate. c. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. cũ eccleſia egeat magis viris litteratis, quàm aſinis ferratis. Ioã. Mon. Card. in eod. c. cum in cunctis, & vt prouiſi per ſe ipſos reſideãt, & curam exerceant. c. quia nonnulli. cap. licet canon. eod. tit. lib. 6. & in decreto eiuſd. Conc. ſeſs. 7. de refor. c. 3. alias epiſcopus, aliuſve conferens ipſas eccleſias indignis, punitur pœna ſuſpẽſionis beneficia non conferendi, ipſa pœna per ſolum Papam, aut proprium Patriarcham relaxanda. iuxta conſtitutionem Innoc. Tertij magni Pont. in Conc. Gener. c. graue nimis. §. volentes de pręb. alleg. in eod. c. 3. Conc. Trid. §. fi. & refert multa Petr. Rebuff. in tract. nominat. quęſt. 16. Hi enim ſunt præficiendi eccleſiis vacantibus, qui præ-

præſint, & proſint, dicit Benedictus Papa XII. in ſua extrauag. ad regimen. ſub tit. de præb. & in quibus ſcire legere, cātare, & conſtruere, ſaltem iſta tria ad minus debent concurrere. clem. 1. de conceſs. prēb. in 1. gl. Sanctius enim eſt paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros. maxime in ordinatione ſacerdotū. c. cum ſit ars artium.
26 de ætat. & qual. † Ac etiam perquirendū ſi aliqua eccleſia ex prędictis fraudata ſit decimarum oblatione, curandum eſt ab ipſo epiſcopo, vt parochiani perſoluant, iuxta ſacros canones, & decretum Cōc. Trid. ſeſs. 25. de refor. gener. cap. 12. in princ. & §. 1. excommunicando ſubtrahentes, & impedientes, & non abſoluantur niſi facta reſtitutione. eo. cap. §. qui vero, diſponitur. Sed cautius ī hoc negocio eſt agendū, cum ſit admodum difficile, ideo recurrendum eſt ad Sum. Pont. de mente S. Thom. 2. 2. quæſt. 77. refert dom. Flor. in ſum. 2. part. tit. 4. cap. 3. & optime per Felin. in cap. nihil prodeſt. verſ. 33. de præſcript. allegat Nycol. de Lyr. ad Matth. c. 5. Marti. Nauar. in Man. cap. 17. nu. 59. & eas negantes grauiſſime peccant, quia eſſet non affirmare ſupremum Dei dominium, vt dicit Viguer. in ſuis cath. inſtitut. de lege antiqua verſ. 11. & habetur in can. 3. Concil. Matiſcon. & multa ponit diſputando Do. Adrian. Papa VI. in quodl. quæſt. 5. procedendo contra tales, etiā per uiam inquiſitionis, nemine petente, cum ſatis ſit, quòd ius moneat: Fab. Monteleon. in ſuis quat. litt. arbitr. 4. part. nu. 163. cum ſeq. Alphon. Aluar. in ſuo Speculo cap. 65. non obſtante quauis conſuetudine, Hoſt. in tit. de deci. §. vtrum. verſ. 7. Archid. in c. quęcumque. 16. quęſt. 7. cum aliis, quę ſuo loco infra dicemus. Quia decimæ dantur intuitu Dei, non perſonarum. 16. q. 1. c. decimæ. cum gl. probat Rebuff. in tract. de deci. maxime q. 7. nu. 14.
27 † Idq. cenſendum eſt de quarta funeralium, ne fraudetur, cum parochiani, alibi elegerint ſepelliri, vt ſupra. nu. 9. eſt dictum fortius vbi fuit ſolita ſolui ante annos quadraginta, reſtituenda eſt ſuæ integræ poſſeſſioni, ex præſcripto eiuſd. Conc. Trid. ead. ſeſs. 25. de refor. gen. c. 13. a quibuſcumq. etiam mendicantibus non obſtantibus litteris Pii Quinti. eiſdem conceſſis in anno. 1567. pont. ſui 2. in §. nec ad quartam, & §. ſeq. cum iam ipſæ ad terminos iuris communis, & præfati Conc. Trid. redactæ ſit per Do. Noſtrum D. Gregor. XIII. Pont. Max. ſupra lib. 1. cap. 21. nu. 7. memini, poſuit Martin.
28 Nauar. in fine ſui Man. † Nec prætermittendum eſt, quin nō prouideatur, vbi eſt cura animarum diminuta, & fortius vbi in totum ſublata, cōtra fundationem, inſtitutionem, ſicuti multi rectores abutebantur conſtituēdo cappellanos, diuidēdo curam, & redditus, reſtituet eccleſiam ſuo ſtatui, vel per mortem, aut ceſſionem Rectoris, ſeu cappellani, & omnia vniantur, in totumque cappellaniæ auferantur, & principali Rectori remaneat integra ipſa animarum cura, & parochialis eccleſia: conformem ſe reddendo diſpoſitioni eiuſd. Conc. Trid. ſeſs. 25. de reformat. gener. cap. 16. vbi curatum beneficium in ſimplex non conuertatur,
29 & conuerſum reſtituendū. † Nulloq. tempore, aut pacto permittet plures eccleſias parochiales, curataq. beneficia ab unomet retineri contra formam iu-

 ris,

ris, & ſacrorum canonum, a quibus ſanctę eſt cautum nullum duabus eccleſiis parochialibus,curatis,conſcribi, non obſtantibus quibuſcumq. diſpenſationibus, vel ad vitam vnionibus, & vbi inuenerit ſic poſſidere, eas vacare declaret, prout ipſo iure uacant, aliis idoneis conferēdo. ex alio decreto eiuſdem Conc.ſeſs.24.de reform.gen.cap. 17.immo qui ſic eas retinuerit contra præfatum canonem,ipſo iure priuatus eſt ſeſs.7. de refor. cap. 4.nec eſt tutus fructuum perceptione vide infra cap.
30 ſeq. nu.7. † Monendiq., & exhortandi deniq. ſunt ipſi parochiani ab epiſcopo,vt vnuſquiſq. ad diuina audiēda in ſua eccleſia parochiali maxime diebus feſtiuis conueniat,ex conſtitutione eiuſd.Conc.ſeſs.24.de refor. gen. cap. 4.§.moneat, nec ſolum ad conciones, ſed ad miſſas,& ad alia c.2.de paroch. Iapus alleg.57.incip. ad ſeruandam,& ſeſs. 22. de obſeru. & euit. in celebr. Miſs.arg.not.per doct.in rubr.eod.tit. loquendo de iuribus parochialibus,ad idq. de iure teneri dixit Sixtus Quartus Pont. in ſua extrauag. de treug. & pace inci.vices illius.§.videlicet ꝙ ipſi: Sed obſtat declaratio Leonis decimi,et Pii Quinti Pont. vt refert Nauar. in Man.cap.21.nu.5.ꝙ ſatisfiat præcepto ſi audiant in eccleſiis mendicantibus, nec poſſint præciſe aſtringi ſub pęnis, & canon Conc.loquitur per verbū moneat, pręceptum enim eſt de Miſſa audienda,non de loco ſub peccato: vnde hortari poſſunt,& ſpiritualibus monitionibus duci, non autē per viam excōmunicationis, eoq. modo vidi reſcriptū cuidā prælato ab Illuſtriſſ. & Ampliſſimo Gabriele Cardinali Paleocto, cuius ſcientiam, prudētiam,viteq. ſanctitatem teſtatur magna eccleſia Bononiēſis,cui ſumma laude,maximoq. ip-
31 ſius eccleſiæ fructu præeſt. † Poſtremo facienda eſt inquiſitio generalis iuxta dicta ſupra lib.1.de eccleſia cathedrali, ſcilicet de ornamentis, veſtibus ſacris, vaſibus, calicibus, patenis, corporalibus,crucibus, fontibus baptiſmalibus, cuſtodia ſacramenti Euchariſtiæ & retentionem aliorum ſacramentorū in quo loco, in quibus vaſculis, iuxta facultates eccleſiæ, claues apud quem, & ſecundum conuenientius prouideatur, de omnibus: chorus ſit diuiſus, tumbæ mortuorum nō ſuper terram, vnaquæq. habeat ſuum cœmeterium, locus ſacriſtię reuideatur,libri neceſſarij non deſint, miſſales noui, baptiſteria,graduales,ſynodales, feneſtræ viciniarum non ſint aſpicientes intra eccleſiam, recognoſcantur bona, redditus, prouentus, & a quibus, & in inuentario omnia ſcribantur, inſtrumenta reuideantur, priuilegia ſi adſunt, quæ omnia regiſtrentur, ſint confeſſionalia lignea, in quibus deuotius ſacramentum pœnitentiæ adminiſtretur, lampas continuo ardens ante altare ſacramenti, diuina ſuis temporibus, & debitis horis celebrentur: Miſſę non ante auroram,aut poſt nonam, libertates tueantur, prophana non committantur, domus ipſarum quibus conducta ſunt ſuperiori libro diximus, pœnas apponendo, pro vt ex facti ſerie iudicabitur, & quæ ex ipſa oculorum aſpectione magis neceſſaria arbitrabitur, reliqua de parochis, & eorum officio ſequenti capitulo demonſtrabuntur.

DE

DE PAROCHIS, ET EOrum officio.

CAP. TERTIVM.

SVMMARIVM.

1 Parochorum plures ſunt ſpecies, & de quibus hic tractatur.

2 Parochus debet examinari de titulo ordinum, & beneficiorum. De vita. num. 3.

4 Parochus debet facere profeſſionem fidei, & infra quantum tempus.

5 Parochus tenetur reſidere in propria Eccleſia. Et ſi nō eſt domus in parochia.nu.6.

7 Sacerdos non debet habere duas parochias.

8 Parochus debet examinari de adminiſtratione ſacramentorum. Quorum ſcientiam habere debet.nu.9.

10 Parochus diebus feſtiuis quid debet exponere populo. Sacramentorum vim explicare. nu.11. Pueros obedientiam,& reuerentiam docere.nume.12.& inter Miſſarum ſollemnia. nu.13.

Parētes poſſunt cogi mittere filios ad Eccleſias.nu. eod.

14 Symbolum fidei explicandum eſt à parocho. Articulum credo ſanctam Eccleſiam,declarando.nu.eod.

15 Hoſpitalitas ſeruanda eſt a parocho.

16 Parochus venit appellatione paſtorū.

17 Parochi tenentur ire ad ſynodum diœceſanam.

18 Libri qui ſunt neceſſarij Parocho.

19 Officium Parochi in adminiſtratione baptiſmi quod ſit.

20 Obſtetrices examinandæ, & inſtruendæ ſunt, circa formam baptiſmi.

21 Parochi quæ debeant obſeruare circa celebrationem matrimoniorum.

Sacerdos benedicens coniuges alterius parochi qualiter puniatur, nu. eod.

22 Sacerdos debet explicite ſcire præcepta legis. Laicos in hoc excedere.nume. 23.

24 Parochus debet habere libros de baptizatis. De confirmatis. nu.25. De contrahentibus matrimoniū. nu. 26. De omnibus exiſtentibus,& decedētibus in ſua parochia. nu.27.

28 Mors probatur per librum curati.

29 Parochiani ſunt monēdi in cultu feſtorum. Vbi multa de feſtis, & eorum obſeruantia.

Feſtiuis diebus quid, aut quomodo operari poſſit. nu. eo.

30 Parochus debet eſſe vigil,vt oēs confiteantur. Et non confitentes epiſcopo denuntiare.nu.31.

32 Extranei non ſunt de facili admittēdi ad matrimonia. Et de nouo veniētes ad parochiam,examinandi ſunt. nume.33.

34 Parochus debet examinari,& approbari ad confeſſiones audiendas.

35 Parochus debet ſcire differentiam inter ſacramentum pœnitentiæ, & baptiſmi. Et quæ ſit. ibid.

36 *Suſpecti de hęreſi, ſortilegi denuncian di ſunt epiſcopo viſitanti parochiam. Item notorij peccatores. nu. 37.*

38 *Parochiani debent denuntiari epiſcopo ſi frequentant eccleſias.*

39 *Parochus ſingulis annis debet adire ſuperiorem pro caſuũ reſeruatione.*

40 *Epiſcopus habet ius retinendi ſibi caſus.*

41 *Parochus alienum parochianum ad ſacramenta admittere non debet.*

42 *Parochus proprius quis dicatur. Et quis vagabundorum. nu. 44.*

43 *Abſolutio fori pęnitentialis eſt ad inſtar actus iudicialis.*

45 *Tranſumptum Bullę cœnę domini debet eſſe pœnes omnem curatum.*

46 *Parochus debet viſitare infirmos ſuę parochiæ, pauperes conſolari, & alia opera pietatis exercere.*

47 *Epiſcopus non debet examinare parochum in publico.*

48 *Epiſcopus debet corrigere ſacerdotes non celebrantes, ſed vt frequentent.*

49 *Puritas vitę in ſacerdotibus celebrantibus plurimum prodeſt.*

50 *Miniſtri Eccleſię dupliciter dicuntur mali.*

ANtequam parochi cuiuslibet munus perſcrutemur, videndum eſt, quot ſint parochorum ſpecies, vt ſic cognoſci poſſit de quo parocho noſter erit ſermo, & ideo ſecundum varia doctorũ ſcripta dicendum eſt in præſen-
1 ti.† Quòd primo tres ſunt principales parochi in hac noſtra militãti eccleſia, quibus fidelium animæ a Chriſto domino noſtro commiſſæ ſunt, quorum primum locũ tenet Summus Pontifex Vicarius ipſius noſtri redẽptoris, Succeſſorq. Principis Apoſtolorum. ipſi enim dixit. Matt. cap. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram edificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni Cœlorum, & quodcumq. ligaueris ſuper terram, erit ligatum in Cœlis, & quodcumq. ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in Cœlis. & Ioan. cap. 10. Paſce oues meas. Ipſe namque ex hoc gerit vices Dei in terris, & habet omnes in ſua iuriſdictione, ſi ad portum ſalutis venire volunt, ſupra lib. 1. c. 2. num. 2. Secundus Parochus eſt epiſcopus in toto ſuo epiſcopatu, pœnes quẽ totius diœceſis cura imminet, vt in ipſa dicatur primus parochus, & parochus parochorum. not. doct. in c. cum non liceat, de præſcrip. memini infra eod. lib. cap. 20. poſt nume. 10. Tertius dicitur præsbyter parochialis certo populo ſibi asſignato, & de his duobus ſatis dicunt doc. omnes in c. omnis vtriuſq. ſexus, ibi proprio ſacerdoti, de pœnit. & remiſſ. in 4. item ſenten. diſtin. 17. q. 1. & 2. Domi. Sot. diſt. 18. quæſt. 4. ar. 2. addunt alij legatum in prouintia, pęnitentiarium eiuſdem legati. Archiepiſcopũ in viſitatione, per cap. noſtro, de pęnit. & remiſ. quem non faciliter admittit Sotus vbi ſupra, & dicemus infra lib. 3. Archipræsbyterum eccleſię cathedralis multi volunt, quem similiter nõ admittimus generaliter, niſi per certos fines, quando aliud non eſt cõmiſſum. Item Vicarium generalẽ epiſcopi computamus, & denique quẽlibet ab his poteſtatem habentem, cum dicatur in text. vel de proprii ſacerdotis licentia. Hic autem tractamus de parochis p certas eccleſias diſtinctis, particulari populo aſſignatis, nam particularis

laris diſtinctus de populo ſibi decreto cognoſcit, non alius ſacerdos, & vere dicitur proprius parochus, & uide vnũ verbum per Franc. Ripam in ſuo trac. de remed. contr. peſt. vltima parte, nu.
2 32. & infra etiam. nu. 42. † Vnde epiſcopus viſitans habet primo videre de titulo ordinis cuiuslibet parochi, ſi legitime ſit ordinatus, nõ per ſaltum, in ętate requiſita. A ſuo epiſcopo, vel ſine litteris dimiſſoriis contra ſacrorum canonum diſpoſitionem: nam ſunt ſuſpenſi omnes ſic promoti, & ſi in ſuſpẽſione celebrauerint irregularitatem incurrunt, beneficiisque poſſunt priuati ex Reg. Cancell. Pij Secundi ſum. Pontif. incip. cum ex ſacrorum. late Rebuf. in prac. benef. fol. 331. Mandoſ. lib. 2. fol. 32. plura Couarr. in clem. ſi furioſus 1. par. §. 1. nu. 4. de homic. Item de ipſo beneficio curato, quando fuit parochus inueſtitus, ſi eſt intruſus, ſi antequàm promoueretur, hoc eſt, ꝙ habens ipſum beneficium curatum, non eſt promotus ad ſacros infra annum, ſed poſt, vel nondum, ex illa generali diſpoſitione, cap. licet canon. de elect. lib. 6. quia diceretur vacare beneficiũ, ſine alia declaratione, nec epiſcopus ipſe poteſt diſpenſare prorogãdo ipſum tempus, de ætat. & qualit. c. præterea. gl. magna in cap. cum dilecti, de elect. etiam obtẽtu litterarum apoſtolicarũ. dicit text. in cap. eam te decet, de ætat. & qualit. quando non diſpenſando eſſet mandatum, nec iuuat poſt annum eſse promotũ, quia prima collatio eſt nulla, ſed noua opus eſt: nec facit fructus ſuos. Doct. in cap. cum venerabilis. de except. & in c. fi. de reſcrip. lib. 6. & ſi dum in curia impetraſſet ipſum beneficium curatum, fecerit mentionẽ de alio ſuo beneficio, etiam manuali: ex tex. ſi motu proprio, de præb. & ad prædicta de ordinibus, & promotionibus faciunt dicta in Concil. Trid. ſeſſ. 23. de ſacr. ordi. cap. 5. 11. 13. ſeſs. 24. de reformat. gener. cap. 12. & in prædictis haberetur quis, vt intruſus in beneficio, nec eum iuuaret regula de triennali, propter verbum ibi appoſitum, vel ſi beneficium habuiſset a ſuperiore interdicto, vel non habebat poteſtatem cõferendi illud. gloſ. ad Gomeſ.
3 in ipſa regula in princ. † Item de vita, & ſtatu ſuo inquirendum eſt, ne ſit ſcãdaloſus, vel incorrigibilis, namq. collatio beneficij nõ debet fieri infami, aliae ipſo iure non tenet, ſed requiritur declaratio, ſecundum vnam opinionem, & veram, per regul. infamibus. de reg. iu. lib. 6. de quo dubitauit doctiſſimus Couar. in cap. quamuis de pac. lib. 6. pri. part. §. 7. nu. 3. diſtinguens in iuris, & facti infamia, quod per ea, quæ alibi diximus ſatis æque ꝓcedit in hoc caſu. Vide Abb. in cap. graue nimis, num. 11. de præb. Item ſi non prębeat pabula ſalutis plebi commiſſæ, ſed potius deſtruat, quàm edificet, procedat contra ipſum, & quemlibet alium, etiã per priuationem beneficiorum, ſeruata tamen forma. c. 6. ſeſ. 21. de refor. eiuſd. Conc. Nam nihil magis eſt, quod alios ad Dei cultũ, & pietatẽ inſtruat, quàm vita, & exemplum eorum, qui ſe dedicarunt diuino miniſterio. ſeſ. 22. de reform. c. 1. Conc. Trid. in primis verbis, aliàs, quis nõ debet fructum conſequi de eo, quod nititur deſtruere, c. ex eo. de reg. iur. lib. 6. not. in c. at ſi clerici. §. de adulteriis, & in c. cum non ab homine, de iudic. per doct. Debet. n. eſse pręditus ſcientia, prudentia, & bonis moribus,

ribus, vt merito fuerit vocatus in partem curæ ab epiſcopo, & oues ſint ei creditę, de quarum ſalute ex manu rapacis lupi confidendum eſt. dicit enim Alexander III. Sum. Pont. in cap. eam te. de ętat. & qualit. ꝙ tales ſint perſonę eligendæ ad curam animarum, quæ ſcientia, moribus, & ętate Cõcilii congruant inſtitutis. nam aliter ſuper perſonam poſſe appẽdi caſſatio, eo magis cum per electionem, de quo in cap. ſuper eo. de elect. & c. 1. eo. tit. lib. 6. de quo alibi plenius dicemus, cum tractabimus de obiectione, quę datur, vel in-
4 formam, vel in perſonam. † Et quàm primum ipſam eccleſiam curatã quis habuerit, videndum eſt, ſi intra duos menſes fecerit profeſſionem fidei (poſt tamen Conc. Trid.) alias nullos facit fructus ſuos, non obſtante quacumq. poſſeſſione. ſeſs. 24. eiuſdem. Conc. de reformat. gen. cap. 12. §. prouiſi. eamq. profeſſionem facere tenetur. iuxta formam traditam a Pio IIII. Pont. Max. in ſua bulla incip. iniunctum nobis. ſub anno. 1564. idib. Nouembr. Pont. ſui. 5. de qua dictum eſt ſupra libr. 1. cap. 15. num. 15. quod, & indiſtincte ſeruandum eſt, nec dictos fructus ſibi vendicabit epiſcopus, ſed fabricæ eccleſię aſſignabit, cum Concil. non determinet ad quod ſpecialiter, ſed arguendo ab alio decreto contra non reſidentem ſeſs. 23. de reformat. cap. 1. §. ſi quis autem, ad fabricam eccleſię, vel pauperibus aſſignando, infra c. prox. num. 4. aut a ſede Apoſtolica indulgentiam obtinuerit de ipſis & ita ob-
5 ſeruatur. † Et parochi omnes animarum curam gerentes ad id etiam ſe aſtrictos eſſe cognoſcant, vt continuo inhabitent in domibus ſuarum eccleſiarum, vt ibidem diuina celebrantes præſto poſſint eſſe omnibus, in adminiſtrandis ſacramẽtis, ne aliquis (quod Deus auertat) decedat ab hac vita, per ſuam deſidiam, & negligentiam, ſine ſacramentis, debet enim tunc puniri, & per ſuſpenſionem, & priuationem: nã canon ligat eum reſidere. ſeſs. 6. de reform. cap. 2. ſupra cap. præced. num. 7. quia grauis eſſet iactura vnius animæ, cuius prætio totus mundus comparari non poteſt, ſecundum Bern. & Auguſt. maius damnũ eſt in ammiſſione vnius animę, quàm mille corporum, & mortaliter peccat. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 131. verſi. 17. & 20. & quàm valde meritorium eſt etiam tempore peſtis oues commiſſas non deſerere.
6 idem cap. 24. num. 11. verſ. 2. † Et ideo ſi domus, non eſt contigua in ipſa eccleſia, interim quòd omnia via poſſibili procuratur fieri, & accõmodari, reſideat in loco ipſius parochiæ, & non extra, per eamdem rationem, ſub præcepto ipſius reſidentiæ alleg. cap. 2. & extat bulla Pii Quarti incip. in ſuprema milit. eodem ann. 1564. & alia amplior conſtitutio Do. mei Pii Quinti felic. recordat. incip. cupientes. de qua ſupra lib. 1. cap. 15. nu. 17. per quam epiſcopi pœnis, & cenſuris eccleſiaſticis, etiam tamq. Apoſtolicæ ſedis Delegati, & eius conſtitutionis tenore ſuo arbitrio imponendis cõueniunt curatos ad reſidendum in propriis, eccleſiis, nam vbique viſum eſt (Deo Optimo Maximo fauente) reſidentiam curatorum animarum ſaluti
7 profeciſſe. † Nec ex cuiuslibet diſpenſationis obtẽtu quilibet parochus tueatur tenere duas parochiales eccleſias, ſeu vnam parochialem, & aliam curatam.

tam contra formam ipſius generalis Concilii Tridentini. ſeſs.7.de reform. cap.4. ſeſs.24.de reformat. gener.cap. 17. & ſi quis obtinuerit, & dimittere diſtulerit infra ſpatium ſex menſium, poſt tempus obligationis Conc. Trid. decretorum,vt dixi eod. cap.15. num. 21. omnia ſua beneficia declarentur uacare, nec fructus tuta conſcientia accepit. iuxta decretum præfati canonis 17. §. illi vero, qui in præſenti: nec ſunt reuocatæ pœnæ impoſitę per extrauang. Ioann. 22. execrabilis. §. qui vero, de præb. vt etiam reddatur inhabilis ad ordines ſacros ſuſcipiendos, & aliud beneficium eccleſiaſticum habendum,quodcumque fuerit, cum periculum animarum contineat pluralitas beneficiorum. cap. quia in tantum de præb. idque pernitioſum eſt, vt inter crimina habere plura beneficia voluerit. Bernar. Diaz. in ſua pract.crimi. cap. 42. niſi ipſæ duæ eccleſiæ curatæ eſſent adeo pauperes, & contiguæ,vt nec vnus in ambabus poſſit viuere, quia videtur poſſe diſpenſari per epiſcopum, ſeu tolerari. gloſs. 21. quæſt.1. in ſum. alia gloſſa in 52. Regul. Cancell. per optimum tex. in cap. eam te. de ætat. & quali. cum ſua gloſs.diſcurrit per alias cauſas Martin. Nauar. in Manua. cap. 25. num. 125. cum quattuor ſequent. licet non ita clare in capit. 23. num.15.verſ.11.

8 † Diligentiuſq. inſtandum eſt, vt quilibet examinetur de ratione adminiſtrationis ſacramentorum, tempore, loco, & modo debitis, & ſi iuxta formam & Ritum. S. R. E. communis matris, & Magiſtræ, ipſa ſacramenta adminiſtret. cũ ſuis cæremoniis,& ſi in aliquo vacillet inſtrui debet, maxime circa ſacramentum pęnitentiæ, & baptiſmi, ne ordine præpoſtero, & confuſo in cæremoniis eorũ, & adminiſtratione procedat, ſi in omnibus à ſuo ſuperiore eſt admiſſus: indecens eſt enim quippe, vt vbi maius imminet periculum, ibi minus attendatur. contra tex. in capit. vbi de electio. lib. 6. vnde euenit, ut ſacramenta non rite ſint collata, & laicorum ſcandalum exortum ſit: Ideo dixit notanter Syluestr. Prier. de ſtrigma. lib. 2.fol.213. quòd quando ritus baptiſmi non fuit ex toto bene obſeruatus, experientia docuit non nullos liberatos ex rebaptizatione conditionata, qua tamen vti non licet, niſi in dubio: nam deficientibus ipſis, quæ ſunt in baptiſmo annexa,Diabolus minus recedit ab homine,& ſacerdotes ignorantes circa eiuſmodi multos defectus admittũt,quod eſt notandum, & bene aduertendum.

9 † Quare vt fideliter id exerceri poſſit debet quiſq. plene ſcire formã adminiſtrationis, & materiam,de quo Martin. Nauarr. in Manu. cap. 25. num. 133. & quæ pręcedant in ordine unũquodque ſacramentum, & quę ſequantur, quæ item concomitentur, diſcrimina peccatorum, vt cognoſcantur grauia a lenioribus, modus etiam medendi, vt poſſit imitari verum medicum vtentem vino, & oleo. Ioann. cap. decimo, ac denique omnia communia pertinentia ad fidem, & ad mores, vt bene diſſerit. Petrus de Soto. de inſtitut. ſacerdo. de peccat. diſcri. lect. prima, vſque ad finem operis inde legitur apud Malach. cap. 2. labia ſacerdotum cuſtodiunt ſcientiam,& in pſalm. 131. ſacerdotes tui induantur iuſtitia, & vitium eſt ignorare,quę

decent

decent in officio accepto, immo, & plerumq. peccatur mortaliter, quia notabile damnum ſpirituale ſequitur. Mar. Nauar. Manu. cap. 23. nu. 47. cap. non eſt putanda. 1. quæſ. 1. propterea Iudas Machabeus ſacerdotes idoneos elegit, qui mundarent templum Domini. 1. Machab. cap. 4. templum Dei ſumus nos, & ſpiritus Dei habitat ī nobis. te-
10 ſtatur Apoſto. 2. ad Cor. cap. 6. † Officiumq. principale parochi eſt ſtudio diuinarum litterarum incumbere, & diebus dominicis, & feſtiuis, & quadrageſimę: (niſi legitime impeditus fuerit,) quia tunc per aliū idoneum debet plebem, ſibi commiſſam ſalutaribus mediis paſcere, verbum Dei prædicando, explanando, & declarando ſacras ſcripturas, vt ſic ſatisfaciat ſuo muneri & pręcepto ſacri Conc. Trid. ſeſs. 5. de reformat. cap. 5. §. Archiepręsbyteri, quoq. plebani, & quicumq. parochiales eccleſias, vel alias curam animarum habentes: & ſeſs. 24. de reformat. gen. cap. 4. ſæpius illa tria fidelibus commemorando: futurum ſiquidem iudicium, in quo omnes nos ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti repręſentari oportet in propria carne. Iob. cap. 19. pœnas inferni, & 3. beneficia nobis diuinitus collata, vt ſic omnes ad vitam ſalutis conuertātur, & vnuſquiſque cogitet, quia mors non tardat Eccle. cap. 14. ex illo Senecæ. tendimus huc omnes, hæc eſt ſedes vltima. Hypo. in princ. Aphoriſm. vita breuis, ars longa, & dicitur. Matth. cap. 24. vigilate, quia neſcitis, qua hora dominus venturus ſit. Iob. cap. 13. homo natus de muliere breui viuens tempore. Martin. Naua. in cap. 1. §. deflect. nu. 4. adducit etiam dictum Pcętæ.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Et ibi vide alia in materia, & tex. in extrauag. dudum. de pœni. & remiſs. col. 3. propter vitæ hominum breuitatem.
11 † Cumq. in ipſius diebus adminiſtrat ſacramenta, ipſorum vim, & effectum exponere ipſis fidelibus, etiam vulgari ſermone, iuxta Catechiſmum editum, & translatum, quod, & epiſcoporum munus præcipuum eſt, vt curent ipſos parochos adimplere. ex alio decreto eiuſdem Conc. ſeſs. 24. de reformat. gen. cap. 7. Nam effectus baptiſmi, & vis, eſt remiſſio omnis culpę originalis, (Et actualis etiam in adultis) omniſq. pœnæ, quæ pro ipſa culpa debetur, Cōfirmationis, quia in ea datur ſpiritus ſanctus ad robur, ſicut datus eſt Apoſtolis in ſancto die Pēthecoſtes, vt chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomen: Euchariſtię in anima digne ſumente, eſt vitæ ſpiritualis nutrimentū: quam vitam, & baptiſmus præſtitit, & confirmatio corroborauit. Pęnitentiæ eſt abſolutio a peccatis, & reſtitutio ad ſtatum gratię & peccator a peccato reſurgens, aliqn̄ ad maiorē gratiam, quā vnquàm habuerit, reſurgit, ſecundum proportionē ſuę contritionis, quàm antea habuit S. Thomas 3. par. quęſt. 89. art. 2. Extremæ verò vnctionis, mentis ſanatio, & inquātum expedit ipſius etiam corporis: Ordinis eſt augmentū gratiæ, vt quis ſit idoneus miniſter in eccleſia Dei: & Effectus matrimonii eſt trium bonorū operatio, ſpei prolis ſuſcipiēdę, & educādę ad cultum Dei, Fidei, quam alter alteri ſeruare debet, & 3. indiuiſibilitatis matrimonii, propter hoc, quòd ſignificat coniunctionē Chriſti cum eccleſia, ex conſtitutione

Conc.

Conc.Florent. ſub Eugen.4. §.5.eccle. per. 4.col.in fine volum. libri ſexti.anno.1440. cũ ſeq. hæc poteſt parochus exponere, & declarare ſecũdum ſuam,
12 & audientium capacitatem.† Puerosq́ue ipſis diebus docere fidei rudimenta,& debitam reuerentiam,& obedientiam exhibere Deo, & parentibus,ex præcepto eiuſdem Conc. ipſomet cap. 4.§.iidem, quod hodie facillime effici poteſt ex varijs libellis emanatis ad declarationẽ doctrinę chriſtianę, pter Cathechiſmum magnum Romæ editum iuſſu Pii V. & alium Petri Caniſii,pręcipue paruum,quem item retuli ſupra lib.1.cap.16.nu.14. & tenẽtur parentes, & compelli poſſunt ipſis diebus mittere pueros ad eccleſiam,vt prædicta conſequantur,vt eod.cap. eſt decretũ,& extat tex. c.vt quiſq. de vita,& hone.cle. vt ſit oĩbus fides cõiũcta cũ timore filiali, quæ verã contritionẽ producit.in Cõc. Colon.in Ench.Chriſti. inſti.§.hęc ergo,vt credendo amemus, credendo diligamus, & credẽdo in eũ eamus: & ſic ipſi pueri primũ animas diſcant habere eruditas,in proh.ff.§.illud vero,pſal. 110.initium ſapientię ti
13 mor Domini.† Et ne bona ſint abſcõſa in ore clanſo,quaſi oppoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulchro Eccl.c. 30. ſemper debent ipſi curam animarum habentes inter Miſſarum ſollemnia exponere,quæ in Miſſa leguntur in epiſtola,& in euãgelio ſeſs.5. de refor. cap.2.& cap.7.ſacrumq. Miſſæ myſterium daclarare. ex alio inſtituto præfati Conc.ſeſs.22 de ſacrif. Miſs. cap.8. Sic enim animæ fidelium ſpirituali cibo paſcuntur,vt cognoſcant,& glorificent Deum factorem ſuum, pręcipue in canone Miſſę, quem purũ omni errore,& in ipſo eſſe ſanctitatem, & pietatem prædicamus, & tenemus, ead. ſeſs.22. cap.4. & can.6.Si quis dixerit canonem Miſſæ errores cõtinere,ideoq́ue abrogandum eſſe anathema ſit. Mart.Nauar.in Man.cap.21.num. 10.
14 † Symbolum etiam fidei docere, & exponere iuxta doctrinam ſanctæ eccleſiæ,cum Apoſtoli pro inſtitutione(ſpiritus Sancti gratia conceſſa) fideiq́ue exaltatione in vnum vniti compilarũt, vel explanare, ſecundum quod in Miſſa cantamus, vel aliquando declarare ſymbolum beati Athanaſii,ad damnãdum errores propter hæreſes exortas, compilatum, vt ex Catechiſmo apparet,& ex dictis facillimis dom.Cardin. Aracæl. de ſymb. Apoſt. cap.1.& aliis ſequentibus, & diligentius attendere in explicando articulum illũ VIII. Credo ſanctam eccleſiam,declarando ueritatem, & importantiam ipſius, quia magna eſt eius vis Dom. Card.Hoſi.in libr. confeſ. cap.14. de ſymb.& ex Catechiſmo. fol.103. ſatis clarum eſt, vt non grandis remaneat parochis labor.
15 † Nec excludimus, quin ex eius prouentibus, cum occurrit, vt non teneatur ſeruare hoſpitalitatem,quæ tanto placet Deo, & ad quam ſeruandam hortatur Synodus Generalis Tridentina ſeſs.25. de reform. gen.cap.8.vnde dicit Apoſtol. ad Hebr. cap.13. hoſpitalitatem nolite obliuiſci: per hanc. enim quidam placuerunt Deo, Angelis hoſpitio receptis, immo non ſeruãdo poteſt excommunicati,per gl.in extrauagant. execrabilis in verb. debita, Dom.Ioannis.XXII. de præbend. de qua hoſpitalitate dicimus latius infra hoc libro. cap.13.vbi particulariter de ſua materia diffuſe traditur. & vide in

Conc.

Concil. Metiſcon. c. 11. vbi non adimplens ipſum decretum, indignationem diuinæ proculdubio incurrit maieſtatis, ipſumq. ſtatutum auribus omniũ
16 chriſtianorum prædicati. † Quia appellatione paſtorum parochus continetur, ſicut paſtor curam habet ouiũ, vt doctiſſime explicat Petr. de Soto de inſtit. ſacerd. & de plebe ſibi commiſſa rationem Deo redditurus ſit, iuxta dictum Apoſt. ad Heb. eo. cap. 13. & ſequitur Do. Card. Hoſi. de ſacr. vern. ling. col. 7. nam ipſe appellatur pater c. omnes qui. 3. q. 5. cap. ſacerdotes. 6. q. 1. & panem ſpiritualem, & materialem frangere tenetur. Iſai. cap. 17. nec eueniat lamẽtatio prophetæ eiuſd. Hie rem. thren. 4. paruuli petierunt panẽ, & non erat, qui frangeret eis, in Conc. Trid. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. §. 1. Vnde nocte, & die meditari debet in lege domini, quo poſſit eſſe ſalus populi ſi-
17 bi commiſſi. pſal. 1. † Et cum epiſcopi ſingulis annis ſynodum diœceſanam celebrare debeant, ex decreto eiuſd. Concil. ſeſſ. 24. de reform. gener. cap. 2. §. ſynodi. tenentur parochi ad ipſam accedere, iuxta idem decretum, ſtatumque ſuarum eccleſiarum relaturi, ſi quid reformatione opus eſt prouideri poſſit, ex alio decreto, hæreſes deteſtando, decreta Concilij recipere, & obedientiam ſummo Romano Pontifici ſpondere. ſeſſ. 25. de reform. gen. c. 2. §. cęteri vero. Vbi quid aliud ſit tractandum infra lib. 4. dicemus. & plerumq. etiam alij Abbates, & pręsbyteri, cum de vniuerſali reformatione agendum eſt. Henr. de Bottis in ſuo trac. de ſynod. epiſc. 2. par. num. 20. & dixi in famil. ſing. in l. A. num. 1. latius in ſecunda impræſſione. Idẽ dicimus de capitulis eccleſiarum, quòd ſunt vocanda, & admittenda in Concilijs prouincialibus, ex deciſione Innoc. Tertij. in cap. fin. de his, quæ fiunt a pręl. ſine conſ. cap. vbi gloſ. dicit, quando laici admittendi, & vide Abb. ibi nu. 2. & in cap. graue nimis de præb. quando vertetetur eorum intereſſe, ſi de ipſis principaliter tractandum ſit, vel ſaltem ſint præſentes. idem Abb. in c. conquæſtus.
18 nu. 5. de fer. † Vt autem ipſe parochus melius in ſuo officio inſtruatur, debet habere aliquos libros neceſſarios: qđ omnino curabit epiſcopus, Miſſale, Breuiarium, (de nouis) Catechiſmũ, Concilium Tridentinum, aliquas ſummas pro inſtructione adminiſtrationis ſacramẽtorum, & reſolutione caſuum in foro conſcientiæ. ut idem dixi ſupra. lib. 1. cap. 23. nu. 3. etiam ſummas vulgares, & ipſum Cathechiſmum, ex eod. Concil. ſeſſ. 24. de reform. gen. c. 7. Vtilem ſummulam ſacramentorum Franciſci Victoriæ, tractatum ſacerdotalem, nec ſufficit prouidere, quòd habeat tantum, ſed habendo diſcurrat, & peritiores in dubiis conſulat, quia non ſufficit libros tenere, ſed eis ſtudere, & bene. glo. in l. vnicuique. C. de prox. ſacr. ſcri. lib. 12. vbi tex. dicit, laborum comparatione ſuperatus, ne ſe doctum putet, cũ ignorans ſit, de quo dicit Apoſt. ad Rom. cap. 1. euanuerũt in cogitationibus ſuis, & credentes ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Ideo ſtultitia maior eſt, cum quis ſe ſapientẽ putat. Eccl. cap. 10. In via ſtultus ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. quare parochus otioſus
19 eſſe non debet. † Sed inſuper attente vigilare circa ſacramentum baptiſmi, vbi officium ſuum multum videmus

verſari,

verſari, vt antequàm ad ipſius admi-
niſtrationem intret, præſcrutetur, qua-
liter nouum militē in Christiana Reli-
gione eſt accepturus, ideo videat, qui
fuerit electus ad leuandum baptizan-
dum de ſacro fonte, & nō alius admit-
tatur, non ſit is hæreticus, excommu-
nicatus, ſciat ſymbolum fidei, oratio-
nem dominicam, ſalutationem Ange-
licam, ipſeq. aduertat ad ſingula, per
ea, quæ diximus ſupra eod. cap. poſt
num. 8. alias epiſcopus ſuo arbitrio pu
niat contrafacientes. ſeſſ. 24. eiuſdem
Concil. de reformat. matri. cap. 2. §. ſi
20 parochi culpa. † Et ut omnibus, quæ
perditionem animarum cauſare poſ-
ſunt, obuietur, diligentes ſint ipſi paro
chi in eorum parochiis obſtetrices in-
quirere, qua forma ſtante neceſſitate
baptizent, & vbi eas errare inuenerint,
doceant, corripiantq. & epiſcopo de-
nuncient, eisq. mandare non aliter ſe
intromittere, niſi imminente neceſſi-
tate, & propter difficultatē exitus par-
tus, vel periculo ſtante non ſufficere
tempus ducendi ad eccleſiam, quibus
imminentibus, vel ob carentiam ſa-
cerdotum, quilibet baptizare poteſt
clericus, laicus, mulier, de conſec. di-
ſtin. 4. cap. quicumq., & cap. mulier,
vnus alteri digniori deferendo S. Tho.
3. par. q. 67. art. 4. Martin. Nauarr. in
ſuo Man. cap. 22. num. 7. Vidimus
enim ſemel in noſtra Eccleſia prima
Rauellen. magnam matronam & anti-
quam ſolitam in filiis nobiliū pro ob-
ſtetrice vocari, in caſu vnius pueri, qui
illico deceſſit, & quem in Eccleſia ſep-
pelliri inſtabant parentes, cogitantes
per illam fuiſſe baptizatum, quā cum
in examen duceremus, reſpondit mul
tis præſentibus, ſe eum baptizaſſe, cū
aquæ proiectione, dicendo Gloria pa-
tri, & Filio, & Spiritui ſancto, exinde
vſum accipiendi interdiximus dolen-
tes de facto. Vnde cauti debent eſſe
parochi de hoc, vbi ſalus animarū con-
ſiſtit, cum nec poſſit ille in loco ſacro
21 ſepelliri. † Caueatque inſuper paro-
chus ne prætermittat obſeruare decre-
ta ipſius Concil. eadem ſeſſ. de refor-
mat. matrim. cap. primo, ut quæ ibi-
dem ſtatuta ſunt circa matrimonia
contrahenda adimpleat, neque ſpon-
ſos alterius parochi ſine ipſius licentia
benedicat, aliter ſuſpenſum ſe ſciat
arbitrio eius ordinarij, cuius paro-
chus intereſſe debebat. in §. quòd ſi-
quis, eodem cap. & declarat Domin.
Cardinal. Aracæl. de ſacramen. matri-
mon. cap. 63. (docendo quæ ſunt ob-
ſeruanda, & quando non: in tempo-
ribus prohibitis a ſancta Eccleſia, non
fiant ſollemnitates nuptiarum eadem
ſeſſion. cap. decimo. quàmuis conſū-
mare per copulam ſine ſollemnitate
nuptiarum, & ſollemni traductione,
non prohibeatur, dicit Marti. Nauar.
in ſuo Man. cap. vigeſimoſecundo, nu
me. 71. pro eodem cap. decimo, not.
denuntiationesque requiſitas faciat in
propria, non in alia eccleſia, & quan-
do coniuges ſunt ex diuerſis parochiis
in vtraque fieri debent: benedictio ta-
men ex inueterata conſuetudine fit a
parocho mulieris, quia vir ad domum
mulieris accedere debet, pro hoc actu.
& ſi ad habitandum, dicit eſſe ſignū
maximæ triſtitiæ Roland. a Vall. do-
ctor Caſalenſis in tract. de lucr. dot.
quæſtio. decimaſexta. numero quarto,
(ad illud vero de temporibus prohibi-
tis vide ad plenum in tract. templum,
omnium iud. de poteſ. Pap. circa ma-
cap. I.

cap.1.§.4.nu.31. fol.131.) et ſi omittat denunciationes,vel vnam,& matrimonium conſumetur, defectus ipſarũ non irritat matrimonium, ſi tamen ſuperueniat impedimentum,hanc coniuges debent habere pœnam, quòd ſunt ſeperandi ſine aliqua ſpe habendi diſpenſationem: nec ipſas debet parochus omittere, etiam ꝙ impedimentũ ſit ortum, quia poſſent eſſe aliqua impedimenta præter illud,niſi epiſcopus ex cauſa remiſerit. §. quòd ſi aliquando.cap.1. idq. attendat,ne ſponſus vadat ad ſponſam, ante ipſas denunciationes,& ipſum matrimonium cõtractum, nam licet Concilium non impo nat, poteſt epiſcopus prohibere,& hoc ex cauſa propter ſcãdala,quę oriri poſſunt: ſi tamen vadat, & conſumat,reperto gradu prohibito,pœna incæſtus puniuntur, hæcq. ſunt notanda a parochis, & infra latius de ſacramentis dicemus,copiam ipſius capituli contẽtorum vulgari ſermone in multis opti mã iudicamus,quam epiſcopus procu ret aſſignari, vt libentius parochi,quæ
22 geſturi ſunt,ipſi intelligant. † Inſtruẽdusq. eſt ipſe parochus,vt ſciat præcepta legis explicite, ex quibus plebẽ ſibi cõmiſſam poſſit docere; ſicuti inſtrui omnes poſſunt ex adducto Cathechiſmo. fol.396. cum plu.ſequen.Ex ipſorum enim notitia cognoſcitur diuina voluntas, quam quilibet fidelis cognitam ſequi debet.dom.Card.Aracęl.de præcep. diui. cap.1.& cap.4.Adorãdo in Patre ſummam maieſtatem; in filio fideliter aſſerendo ſummam veritatẽ; & in Spiritu ſancto ſincere amando ſummam bonitatem. ſunt etenim om nia præcepta eius nobis poſſibilia, in eod.tractat. cap.5.Quia iugum eius ſuaue eſt,& onus eius leue.Matt.c.11. ſic diffinitum contra hæreticos in Cõcil.Trid.ſeſſ.6. de iuſtifi.cap.11. & cano.18.Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam iuſtificato, & ſub gratia conſtito eſſe ad obſeruandum impoſſibilia; anathema ſit. Vnde dixit idem Dom. Card. Aracęl. de ſacr. baptiſm. cap. 66. in fine, ꝙ dicere non poſſum præſtare, quod noui, eſt hæreſis Manichæi, ideo obſeruãtia mandatorum Dei omnibus prædicari debet,cum ſit perquàm neceſſaria,eod. loco Concil. Can. 20.Quia maxima pars noſtræ iuſtitiæ conſiſtit in obſeruantia mandatorum Dei. Domi. And.a Vega.lib. 2. defenſ. Concil. Trident. quem refert Alphonſ. Aluar. in ſuo Specul.in trac.
23 de prædeſtin. † Vnde parochus cum habeat curam aliorum,debet laicos in hac notitia excedere,& quę conueniũt explicite ſcire, namq. ipſius eſt officiũ prædicare, & docere populum. cap.ſane,& ibi Abb.de celeb.Miſſ.notat Bal. in rub. C.de ſum. Trin.In his præſertim, quæ ſcire omnibus eſt neceſſariũ ad ſalutem, ead.ſeſs.5. de reform. c.2. §. Archiepresbyteri quoque.Nam ex hoc nullus excuſationem habet, quòd ea ſeruare nõ poſſet, quia et ſi nõ propria virtute, tamen cum adiutorio diuinæ gratiæ poteſt.Dom. Flor.in ſum. 2. part. tit. 4. cap.2. §. 2. & ſemper ꝙ aliquid fit contra aliquod de decẽ pręceptis legis, dicitur eſse mortale, niſi aliqua ex tribus cauſis poſitis per Martin. Nauar. in Man. cap.11. nume. 4. excuſet. Quia ſolum propoſitum trãſgrediendi,& deſiderium deliberatum id faciendi, ſeu volũtas vera,& exprę ſſa delectandi in ipſa tranſgreſſione eſt ad mortale. ibid. nu. 9. quod omnino debet

debet ſcite parochus pro ſacramento pœnitentiæ, declarando ipſa diuina præcepta obſeruari ſine fide nõ poſſe. Auguſt. de fide, & oper. cap. 13. & in præfat. pſal. 31. cap. placuit, de conſe. diſt. 4. & in omnibus diligenter attendere, quia dicit Apoſto. Iacob. in ſua canonica cap. 2. ſi quis totam legẽ obſeruat, & ĩ uno offendat, factus eſt omnium reus: quod dictum exponit gl. optima in cap. 1. de pœnit. diſt. 1. dom. Flor. in 4. tit. 14. cap. 5. §. 2 Annuntiando, item cum breuitate, & facilitate ſermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oportet, ut pœnam æternam euadere, & vitam cęleſtẽ conſequi valeant, nam per vnum peccatũ omnes virtutes diminuuntur, ut multi dicunt, & per concluſiones tradit Mart. Nauar. in cap. fratres. nu. 113. cum ſeq. de pæni. diſt. 5. & ſic defleat virtutem, qua interim caruit, ead. diſt.
24 cap. 1. §. defleat. † Et ut muneri cuiuslibet parochi ſit ſatisfactum, ſtatuẽdum eſt ſimul, & inquirendum, ſi quilibet parochus detineat, & fecerit librum de baptizatis, in quo nomina, & cognomina ipſorum ſint deſcripta, parentumq. ſi de legitimo matrimonio, cum nominibus patrini, vel patrinorum, die, menſe, & anno, dieq. natiuitatis (licet in hoc vltimo non omnes conſentiant) exemplum ponitur pro nouitijs, die primo Septembris 1577. In parochiali eccleſia ſancti Ioãnis Rauellenſis diœceſis. ego . N . presbyter, parochus ipſius eccleſiæ baptizaui Petrum Caſtaldum natum die 26. Auguſti proximi, cuius parentes legitimẽ cõiuncti ſunt, tales. n. patrinus eius, vel patrini tales. & ſi non eſt notus de parentibus, dicat talem expoſitũ, &c.

ex hocq. libro probatur ætas cuiuſcũque in ordinibus, in beneficiis, dignitatibus, officiisq. publicis, in quibus certa ætas requiritur. Petr. Rebuff ſuper Conſuet. Fran. lib. 2. de ſepult. ar. 1. gloſ. 2. & hunc librum fieri, eſt præceptum ex Concil. Trid. ſeſs. 24. de reformat. matrim. cap. 2. §. parochus, quod eſt ad modum vtile, & vbiq. per præ-
25 latos ordinatum. † Similiter librum de confirmatis ab epiſcopo, ideſt in militiam Chriſtianę religionis roboratis, cum iiſdem nominibus ipſorum parẽtum, & patrinorum, cum exinde cognatio ſpiritualis contrahatur, eod. ca. 2. §. ea quoque, ex identitate eiuſdem rationis: & hoc poteſt Archiepiſcopus inquirere ĩ prouintia, ſeu alius viſitator Apoſtolicus, & vbiq. paſſim obſeruari videmus: qui liber pręcipue ad duo ſeruit, & ꝙ non reiteretur hoc ſacramentum, quod expreſſe prohibetur, quia in eo caracter imprimitur, ſeſ. 7. in Conc. Triden. de ſacr. in gen. can. 9. Innocen. in cap. 1. de baptiſm. S. Thom. in 4. diſt. 4. gloſ. 1. artic. 4. Dominic. Sot. eod. lib. diſt. 7. quæſtio. vnica, ar. 5. et ſi reiteretur ſcienter, mortaliter peccatur, non tamen incurritur irregularitas, quia iure non expræſſum. Sotus eod. ar. 5. dom. Card. Aracæl. de ſacra. confirm. cap. 21. Couarr. in clem. ſi furioſus. 1. par. num. 9. verſ. ſed, & illud, de homic. vbi quare aliud in baptiſmo, (licet contrariũ voluerit Simon Maiol. epiſcopus Vultur. in ſuo trac. de irregul. & can. imped. cap. 15. num. 1. & 2. quod nõ eſt verum per ſupradicta.) Item ſecundo cum aliquis ad ordines eccleſiaſticos promouetur, ſciatur, ſi eſt confirmatus, aliàs confirmetur, ſicq. de profitẽtibus

tibus religionem, vt latius infra in li-
26 bro de ſacramentis. † Satiſq. vtile fuit introduci ex eod. decreto de reformat. matr.cap. 1.§. habeat. haberi libros de matrimoniis cõtractis, vt videri poſſit ſi matrimonium ſit legitime contractum,& rite, iuxta ritum. S.R.E. non clandeſtinum, in quibus nomina coniugum cum teſtibus,die,anno, menſe, loco cõtracti matrimonii, & factis debitis tribus denunciationibus, vel ex cauſa de ordine epiſcopi omiſſis, ſint deſcripta,quibus demum fideliter cõſeruatis,poſſit in futurum de facili certitudo cognationis, & affinitatis præſcrutari: ſic enim inueſtigatur melius, quod impedimentum obſiſtat ex generali ordine Innoc. Tertii. in cap. cum inhibitio. vbi Abb.num. 7. de cland. de ſponſ. hoc etenim ſi antea obſeruatum fuiſſet,non eſſent tanta matrimoniorum impedimenta,ex quibus ſedes Apoſtolica pro diſpenſationibus continuo fatigatur, ipſis nempe ignoratis homines facilius contraxerunt, ſic itaque in omnibus opus fuit noua refor-
27 matione.† Ex quibus admodum proficuum iudicarunt omnes, vt quilibet etiam parochus haberet librum cum inſcriptione omnium exiſtentium in ſua parochia per nomina,& cognomina,& de nouo venientium,recedentiũ, atq. morientium, nam ex hoc ſciet,ſuper quos ſit conſtitutus paſtor, quæve oues ſibi creditę,nec labor erit in inueſtigando, quis ab officio chriſtiano abſit,idq. etiam ordinauit ſynod.prouin. Medio.2.part.tit.de dilig.ab epiſ.verſ. 3.Sed illud de morientibus fuit multo prius ordinatum in Francia per legem Regiã,teſtatur Petr. Rebuff. eod.tract.
28 de ſepult.art.2.per totum.† Et illa vtilitas quippe reſultat maior, qualiter probabitur mors, & tempus mortis, namq. recurritur ad librũ curati, quẽ fecit de ſepultura,ex quo haberi poteſt notitia de morte alicuius, per annum, menſem,& diem(& ſi apponatur hora vtilius redditur, propter lites de beneficio vacato per mortem beneficiati in concurſu datarum, licet ſit admodum difficile) uel dubitatur,an quis fuerit mortuus in excommunicatione, quia ſignum abſolutionis eſt ſepultura eccleſiaſtica, vt ibidem not. ſcribit Rebuff. eod. art. & alio art.4. vbi tractat apud quem debet retineri talis liber. hodie ſufficit eſſe apud ipſum curatũ, fideliter tamẽ,cum ſit perſona publica & approbata, & ſuperiori ad omnem requiſitionem conſignet, vel ſi ad aliã eccleſiam translatus fuerit: qualiter autem aliis modis vltrã prędictum de libro curati probetur mors, ſi agatur de magno, aut maximo præiudicio, ponunt doct.per illum tex. & glo. in cap. quoniam frequenter. §. porro. verſ. ſi autem.vt lit. non conteſt. non prouoc. Abb.nu.12.& Fel. Corſet. in ſuis ſing. in verbo mors. Apoſtil.ad Abb. Ant. Franc.eod.nu.12.ex productione teſtamenti dicit practicari in curiis,Caſſan. in proh. conſ. Franc. Burgund. in tex. quę par.mort.nu.6.vſq. ad finem quãdoq. per longam abſentiam, vt centũ annorum, ex quibus lõgeua dicitur vita hominis. C.de ſacr. ſanct. eccl. l. vt inter diuinum, etiam per quinquennium,& nihil ſcitur,nec auditur.ratio eſt in.l.vxor. C. de repu.Affl.in l. vt de ſucceſſionibus nu.52.de ſucceſ.nob.in
29 feud.in Conſt. Regn.Neap. † Et cum feſta pro ſanctificatione nominis Dei ſint introducta, monendus eſt popu-

lus

lus frequenter a parocho, vt ipſa colat, pariterque omni deuotione veneretur. cap. 1. de fer. cap. 1. de conſecr. diſt. 3. vt fiat deuota, & religioſa celebratio feſtorum. ex decreto Conc. Trid. tit. de delet. cibor. ieiun. & dier. feſt. abſtineat ipſe populus a celebrandis feſtis gentium, primos dies menſium, ſolares, lunares, vt 6. Conc. Gen. Conſtantinop. cap. 62. prohibitum fuit, namq. obſeruatio calendarum, domoſue laureo, aut viriditate vngere, non chriſtianorum, ſed paganorum eſt. cap. non licet. 26. quæſt. 7. & talia obſeruantem vinculo anathematis ligauit Zacharias Papa. eadem quæſt. cap. ſi quis. & capit. non obſeruetis & cap. quis exiſtimaret, ubi illud eſt ſæpius publicandum, graue eſſe peccatum menſes, & annos obſeruare, in quo ſollicitudo parochi admodum requiritur, vt examinentur actus, qui fiunt, & in his, quæ dicuntur, & obſeruari volunt, & ſecundum quòd virtus artis extenditur. Tab. in verb. augures & ſi ad ſanitatem conſequendam: Archid. eod. cap. non obſeruetis: Mart. Nauar. in: Man. cap. 11. nume. 23. vſque ad finem Medici tamen licite obſeruant certos dies circa medicinas, & flebothomias dandas ægrotis, & ruſtici obſeruando tempora ad ſeminandum in cap. ſi quis, ead. cau. & quæſt. & allegatos talibus curioſis vanitatibus dehoneſtatos eiiciat epiſcopus a parochia. 16. quæſt. 5. capit. epiſcopi. illud tamen de cognitione herbarum non eſt prohibitum, nec ſuperſtitioſum, vnde dicere, ſi biberis hanc herbam tritam venter non dolebit, aliud ſi hanc herbam collo ſuſpenderis venter non dolebit, primum licitum, ſecundum ſuperſtitioſum Auguſt. lib. 2. de doctr. Chriſt. cap. 29. & vide S. Thom. libr. 3. contra gentes. cap. 124. cum ſeq. quòd corpora cæleſtia non imprimant in noſtros intellectus, & per Arnal. Alb. in tract. de agnoſ. aſſert. cath. & hæret. quæſt. 16. abijciēdo reprobatum errorem Priſcillianiſtarum volētium vnumquemque naſci ſub diſpoſitione ſtellarum. Gregor. Papa in Hom. Euang. Matth. cap. 2. eſt ergo (vt dicit dom. Petr. lib. 4. cap. 5. num. 3.) obſeruatio feſtiuitatum, quaſi quædam inchoatio beatę vitæ, quam expectamus, in qua erit aſſidua Dei laudatio, in quibus magis debet chriſtianus memorare, peccata, conteri, veniam petere, laudem de beneficiis Deo dare, in eccleſiis prolixius orationibus inſiſtere. ſupra lib. 1. cap. 14. n. 9. & quia triplex eſt ſeruitus, quâ ligantur homines. Prima quando homo ſeruit peccato, qui etenim facit peccatum ſeruus eſt peccati. Matth. cap. 8. 2. Petr. cap. 2. ad Rom. 6. & hoc eſt contra finem huius pręcepti, de obſeruantia feſtorum, cum peius ſit, quàm facere aliquod opus ſeruile manuale. Secunda homo ſeruit Deo per cultum latriæ, & hoc mandatur exprȩſſius, vt diebus feſtiuis Deo ſeruiatur. Tertia dicitur hominem homini ſeruire corporaliter laborando, quæ opera ſeruilia ijs diebus feſtiuis prohibentur, tam quam impedimentum præſtantia diui no cultui, & dicitur opus ſeruile corporale, cum non pertinet ad ſalutem neceſſariam corporis, vel proximi, & quòd homo ex aliis non alienetur a contemplatione cæleſtis patriæ, Deum cultu latriæ adorando, ſanctorum corpora venerando, per quæ nobis multa bona proueniunt, ſeſsio. 25. Concil.

Triden. de innoc. ſupra lib. 1. cap. 8. & ideo ipſos dies prophanare per peccata grauiſſimum iudicatur. Auguſti. pſal. 91. dom. Cardin. Hoſt. in libr. conf. in expli. 3. præcep. cap. 79. circa finem, nec in eis finem debitum, ob quem feſta inducta ſunt peruertere in malum: ſicuti de feſtis Romanorum ſcribit Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 16. de quo Anton. de honc. de pia feſtor. obſer. & celebra. capit. in religioſa. de conſecr. diſt. 1. Luc. de pæn. in. l. nemo. C. de ſpectac. lib. 10. gloſ. ad Ray. de num. collet. Quorum ſanctorum feſtiuitates frequentius celebramus in die mortis, quia tunc tranſeuntes ad gloriam dicuntur renaſci. Roman. ſing. 33. quia craſ. adducens gloſſ. in l. cum quidam. ff. de ann. legat. & melius Couar. uar. reſol. lib. 4. cap. 19. nu. 9. fiunt tamen aliqua in quatuor caſibus poſitis per Dom. Card. Aracæl. de præcep. diui. cap. 14. Barb. de fer. cap. 3. Nauar. in Man. cap. 13. quæ paro-
30 chus diligẽter aduertet. † Et melius ſi omnimodo curet, vt omnes fideles ſuæ parochiæ confiteantur ſua peccata & ſe communicent pluries in anno, ſaltem ſemel in quolibet. per diſpoſitionem Concil. Generalis. cap. omnis vtriuſq. ſexus de pænit. & remiſ. & iuxta decretum alterius ſynodus generalis Concil. Trid. ſeſs. 14. cap. 5. in fine & can. 8. optimum tamen eſſet inducere, ſi parochiani libenter accedunt, vt confiteantur, & communicent ter ſaltem in anno, in Paſchate ſcilicet Reſurrectionis, Penthecoſtes, & in Natiuitate Domini. cap. & ſi non frequentius, de conſecr. diſt. 2. vnde fuit dictum in Conc. Agath. ead. diſt. 2. cap. ſeculareſ non eſſe habendos catholicos, qui prædictis diebus non communicauerint, licet canon Generalis præallegati tex. omnis vtriuſque ſexus, & Conc. Trid. non frequentates reduxerit ſaltem ad ſemel in anno, quem excedere non licet (niſi ex conſilio confeſſoris, & parochi) ſi chriſtiani haberi ipſi volunt. Quę communio legitima eſt ſi ante, vel poſt octo dies in paſchate fiat, & ſatisfit præcepto per ea quæ adducit Mart. Nauar. in Manual. cap. 21. num. 45. portans declarationem Eugenij quarti, vt ſic ſaluentur, qui communicant ſolum feria 5. in cœna Domini tantum, & non iterum in die ipſa paſchatis, licet pręſtet in eo ſancto die communicare: & eſt de mente Cọnc. & hoc præceptum eſt tali die communicare in propria parochia: neque monaci, aut fratres poſſunt laicis miniſtrare, quamuis aliis diebus ſit eis permiſſum Mart. Nauar. eod. cap. num. 52. niſi de licentia Paro-
13 chi. † Nec eſt de eis bene ſentiendum, qui expectato tempore paſchali ſine legitima cauſa non confitentur, nec ſanctam Euchariſtiam accipiunt, ideo tenetur parochus tales denuntiare epiſcopo, vt contra eos procedat iuxta ordinem ipſius cap. omnis vtriuſq. ſexus, vt dimittentes ſine conſilio confeſſarii, & ob rationabilem cauſam, viuentes ab ingreſſu eccleſiæ arceantur, & morientes in eo ſtatu, careant eccleſiaſtica ſepultura, & obligatur parochus per eum tex. frequentius in eccleſia publicare hoc ſtatutum Concil. Gener. ne quiſq. ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat, & ſi omittat propter odium, vel voluntatem nõ adimplendi ad quod tenetur, de nouo etiam peccat. Nauarr. ibidem num.

50. quod

50.quod in pueris non procedit,quia ob reuerentiam tanti ſacramenti tardius communicant, quouſquè in eis ceſſauerit puerile iudicium. Nauarr. num. 57. quod, & Conc. Trid. expręſſit clarius quàm tex. ipſius cap. omnis vtriuſque, ſex. 12. de ſacro ſanct. Euch. ſacra. can. 9. in illis verbis, cum ad annos diſcretionis peruenerint.
32 † Item aduertatur, cum plerumque viſum ſit quoſdam, ſic diabolica natura detentos, vt non veriti ſint, & proprias relinquere vxores, & ad alias partes tranſmigraſſe, obliti præcepti illius Dominici, quos Deus coniúxit homo non ſeparet 33. quæſt. 2. capit. quos Deus, & quod peius eſt, alias aſſumunt, nec contenti tres, aut quattuor accipiant, ex quo hoc malum conſiderauit Synod. Triden. ſeſ. 24. de reformat. matrimo. cap. 7. Ideo non debet hoc genus hominum vagantium ad matrimonia de facili recipi, & parochus non poteſt intereſſe nuptiis ipſorum, niſi prius facta diligenti inquiſitione, eaque ad epiſcopum delata, licentiam faciendi ab ipſo obtinuerit, cum debeant, & ipſi exteri ſuorum ordinariorum, & parochorum fidem habere, ſe non eſſe detentos aliquo impedimento, vel per teſtes idoneos probent, & cum duas vxores eodem tempore habere quis repertus eſt, poteſt ſine dubio citari, quomodo ſentit de fide, vel de tali ſacramento matrimonij, per doctrinam Gemin. in cap. accuſatus. §. ſane de hæret. & concludit Arnald. Albert. de agnoſ. aſſert. cath. & hæret. quęſt. 23. & hæc eſt veritas quam multi impugnare nixi ſunt, & tenet hoc idem, Franc. Squill. epiſcopus de hęret. verſ. & quod ſupra. Iacobus Simancas in ſuo Enchyrid. viol. relig. de nephar. nuptiis tit. 12. num. 5. licet ſi adſit excuſatio aliqna ordinario iuri ſubiicitur, congerit ipſemet Simanc. in cathol. inſtit. tit. 40. nu. 2. & vide can. 2. eiuſdem Conc. Trid. de reform. matr. ſeſs. 24. quod eſt notandum.
33 † Immo diligentia maior eſt adhibenda cum peregrini ad habitandum in ſua parochia venerint, in præſcrutando de eorum fide, religione, & qualiter diuina frequentent, ſacramenta accipiant, ſi in parochia, de qua deceſſerint improbatæ, & corruptæ vitæ fuerint, etiam per examē ab ipſo parocho. Quia morbida facta pecus totum corrumpit ouile, vnaque conſpecta liuorem ducit ab una gloſs. in extrauag. vas electionis. in princ. de cenſ. in comm. melior tex. 45. diſt. cap. ſed illud. verſ. polluitur & cap. refertur. 1. quæſt. 1. quia ſi cum peruerſo peruerteris. pſal. 17. inde dixit Apoſt. ad aliud. prim. ad Cor. 5. modicum fermentum totam maſſam corrumpit: & expedit tales, cum ſuſpecti inuenti fuerint expelli a vicinia, immo a tota diœceſi, vt in ſimili caſu dixit Conc. Triden. ead. ſeſsio. & tit. de reformat. matr. cap. 8. §. mulieres. & id eſſe parochi officium dicit Petr. de Soto. de offic. paſtor. fol. 447.
34 Ipſe autem parochus ex quo in eccleſia ſibi aſſignata tempore collationis pręſumitur, quòd pręuio examine ſit approbatus, ſecus ſi multo ante fuit inſtitutus, examinetur ſuper ſacramento pænitentiæ, ſi in confeſſionibus audiendis ſit inſtructus, quàmuis ex ea ratione Conc. arguat eum habilem, & idoneum, & inde habeat poteſtatem per verbum appoſitum in Conc. Trid.

ſeſſ. 23. de reformatio. cap. 15. ibi parochiale beneficium: tamen alius preſbyter inſcio epiſcopo non ſe intromittat, qui non ſit approbatus præuio examine, nam licet quiſque in ordinatione presbyteratus, acceperit clauem ordinis abſoluendi a peccatis, tamen requiritur approbatio, & authoritas iuris, vel ſuperioris, ex ipſo Generali decreto alleg. text. cap. 15. de quo circa alios inferius dicemus. Cum ſit abſolutio ipſa ſacerdotis ſacramentalis in confeſſione præſtita pœnitenti actus iudicialis, non nudum miniſterium pronunciandi, eodem Concil. ſeſſ. 14. de ſacr. pæniten. cap. 6. & cap. 9. Martin. Nauar. in Man. cap. quarto, nume. 7. Petrus de Sot. de miniſtr. confeſſ. lect. 5. fol. 196. quia ſine ſubditis in quo exerceatur, dicitur deficere materia.

35 † Et vt plenius ſacramentorum adminiſtrationem cognoſcat, debet ſcire, quæ ſit differentia inter ſacramentum pænitentiæ, & baptiſmi, prout docet text. eiuſdem Conc. Tridenti. eadem ſeſſ. 14. & tit. citato, in princ. cap. 2. cum in materia, & in forma iam diſſideant. Item ſacerdos non eſt iudex in baptiſmo, ſecus in pænitentia, ſimiliter per baptiſmum noua efficimur in Chriſto creatura, quod per pænitẽtiam ſine dolore non conſequimur. & can. 2. eiuſdem ſeſs. ponit Domi. Cardin. Hoſius de ſacr. pæniten. cap. 48. Martin. Nauarr. in Manual. cap. 22. nume. 10. in fine, & eadem ſeſs. cap. 6. vbi non ea contritio in baptiſmo, quæ in pœnitentia, de quo optime idẽ Nauar. cap. primo, num. 18. & cap. fi. nu. 60. de pœnit. diſt. 7. pænitens enim debet dolorem lachrymis oſtendere, & eſt de conditionibus confeſſionis, de pœnit. diſtinc. 1. cap. quem pœnitet, in princ. & in fine ſuſpirando. 50. diſtin. cap. in capite, quia durus dicitur ſermo, qui dolorem lachrymis non oſtẽdit, de pænit. diſtinc. 3. cap. ſunt plures, circa finem, & ideo contritio dicitur dolor intellectiuus, quia intrinſecus animi, & intellectus, dolendo ex obiecto, propter offenſam factam Deo, & extrinſece, & dicitur qualiſcumque dolor peccati informatus gratia. Dom. Cardin. Aracæl. de ſacram. pænitent. cap. 35. Domin. Sot. in 4. diſt. 17. quæſt. 2. ar. 5. & in pſalm. 49. factæ ſunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, & infra ſuo libro de ſacra. latius dicemus. Item baptiſmus tollit culpam, & pœnam præſentem, non autem peccata futura, quæ oportet per remedium ſacramenti pænitentiæ remitti. Thom. Elyſius de ſacram.

36 baptiſm. verſ. quinto, fol. 219. † Nec debet eſse oblitus parochus de inquirendo ſtatum ſuæ parochiæ, & epiſcopo viſitanti denuntiare, ſi aliquis ſit hæreticus, aut ſuſpectus de hæreſi, & male ſentiens de fide catholica, & chriſtiana religione, aut ſortilegus, vel hæreticis adhærens, & in hoc diligenter eſt inuigilandum, eſtque forma tradita epiſcopo per ſe, aut alium honeſtum, & idoneum (quem parochum maxime iudicamus) de his inquirendis, cap. excommunicamus. §. adiicimus, de hæret. Nam, & epiſcopus, ſi eſt remiſsus in purgando diœceſim ſuam hæretica prauitate, idque iudicijs certis apparuerit, ab epiſcopali officio deponendus eſt. eodem cap. excommunicamus. §. fin. hæcq. in viſitationibus adimpleri expræſse cauetur. eod. Concil. ſeſs. 24. de reforma. gen. cap. 3.

37 c. 3. §. viſitationũ auté.† Idem ſi ſint uſurarij, blaſphemi, ſacrilegi, excõmunicati, non curantes venire ad veniam, & viam ſalutis, ſcandaloſi, inſidioſi, incorrigibiles, notoriiq. peccatores. c. 1. de offic. ordin. quibus publicis non debet adminiſtrare ſacramentum Euchariſtię Mart. Nauar. in Man. cap. 21. num. 55. (vbi quando dicatur notorium, per ſententiam, vel confeſſionem in iure, vel euidentiam rei, quæ nulla tergiuerſatione cęlari poteſt, quia ſi publica eſt malitia delicti, publica debet eſſe repræhenſio, vt in alio ſimili dicit idem Nauar. eod. Man. cap. 27. num. 240. & num. 241.) adulteri, concubinarij, contra quos poſſit epiſcopus procedere iuxta formam ſacrorũ canonum, & ſacri Conc. Trid. ſeſs. 24. de reform. matri. cap. 8. cum prudentia, vt nihil intendat, niſi peccata, & mala corrigere, hominesq. ad veram ſalutis viam perducere, quod facillime pręſtatur, ſi omnes frequentationem cultus diuini, & eccleſiarum continuent, ex quo maxime augetur Reli-
38 gio chriſtiana. † Ideo officium ipſiuſmet parochi erit denuntiare, ſi iidem parochiani diebus dominicis, & feſtiuis conueniant in eccleſia parochiali, ad quam conuenire ſæpius debent, ad Miſſas, verbum Dei, & alia diuina audienda: Inde in cap. 2. de paroch. ordinatũ erat, vt in talibus diebus preſbyter parochialis iterrogaret, ſi in ſua eccleſia eſſet alienus parochianus, qui proprio parocho contempto venerit, vt epiſcopus, poſſit eos monere vt frequentent ſuas eccleſias parochiales. ex decreto Conc. Trid. ſeſs. 22. de obſeru. & euit. in celebrat. Miſs. & ſeſs. 24. de reform. gener. cap. 4. §. moneatque epiſcopus, ſed de modo, non per excommunicationem, dictum eſt ſupra cap.
39 proximo num. 30. † Singulis item annis cuiuslibet parochi munus eſt ad ſuperiorem ſuum accedere, ab eoq. accipere notulam caſuum reſeruatorum a ſede Apoſtolica, & ab eodẽmet, & in quibus excommunicatio ipſo facto incurritur, denuntiet, & declaret ſuis parochianis, ad hoc, vt euitent maxime contentos in Bulla in cœna Domini: Sanctiſsimi Dom. Noſtri Dom. Gregor. XIII. Pont. Max. & in Conſtitutionibus ſacris, in Concil. Tridenti. Item in Cõſtitutionibus ſynodalibus. Nam decet omnes Chriſtianos ſic manere, vt peccata euitent, & ſemper mentem dirigant, ad quæ præuia ſunt ad ipſam ſalutem, non autem perſeuerantes in peccatis, vt per modum pęnitentes, & poſtea redeuntes. Iacob. capit. 4. petitis, & non accipitis, eo quòd male petitis, & in concupiſcentiis veſtris inſumatis, vnde maiora peccata maioribus remanent tollenda
40 ſuperioribus. † Ex inſtitutione enim antiquiſſimorum Patrum factum eſt, vt epiſcopus, qui ſpeculator eſt ſuæ diœceſis, habeat poteſtatem reſeruandi ſibi aliquos caſus in foro conſcientię, vt opportunius iudicabit expedire ſaluti ſuorum, id namque multum pertinet ad diſciplinam populi chriſtiani, vt quædam atrociora, & grauiora crimina, a ſummis ſolum ſacerdotibus abſoluerentur, & id ad edificationem, non autem ad deſtructionem, ſeſsion. decimaquarta. eiuſdem Concil. Trident. de ſacram. pęnitent. cap. 7. & can. 11. ſcribit Mart. Naua. in Man. c. 27. nu. 254. cum ſeq & dixi ſupra lib. 1. c. 19. nu. 4. & 5. quomodo

autem in his peccatis reſeruatis gerere ſe debeat confeſſarius, item pænitens. ponit idem Nauar. de pęnit. diſt. 5. c. conſideret. §. cautus. num. 9. cum plur.
41 ſequent. & in Man. cap. 26. nu. 6. † Et ex prędictis ſatis clarum eſt, quòd parochus non debet admittere alienum parochianum, maxime ad ſacramenta, & præſertim ad pænitentiam, id enim nullo iure permittitur. Namq. nullius momenti redditur abſolutio, quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam non habet poteſtatem iuxta not. in cap. ſi epiſcopus de pęnit. in 6. & eod. cap. 7. Conc. Trid. & ſupra eſt dictum: Proprius enim paſtor, qui cognoſcit oues ſuas, debet eis mederi, cum ex multis nota ſit patientis infirmitas, nam principalis inter alia eſt poteſtas, vt confeſſarius ſuum exerceat munus. Mar. Naua. in Man. c. 4. nu. 1. & nu. 4. vt ſciat omnino a quibus poteſtatem abſoluendi habet, & a quibus non habet. vbi dicit grauiter peccare exponentem confeſſarios ignorantes, vel expoſitos tolerare de pænit. diſt. 6. in prin. Qui vult confiteri peccata ſua, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere. in quo epiſcopi aduertant, qui ſuis de cõ-
42 feſſariis prouidere debent. † Eſt enim proprius parochus (pro tex. in cap. omnis vtriuſq. ſexus de pænit. & remiſ.) cui ex proprio officio, & iuriſdictione incumbit cura animarum ipſius parochiæ ſibi cõmiſſę, & iudex in foro pęnitentiæ, quia ſtatim collato ſibi a ſuperiore parochiali beneficio, dicitur proprius parochus iure diuino. Domin. Sot. in 4. diſt. 18. quæſt. 4. ar. 2. & ſupr. eod. cap. nu. 1. ideo ex communi omnium reſolutione in cap. omnis alleg. propter ſui rationem dixit Marti. Nauarr. de pænit. diſt. 6 cap. placuit. num. 81. quòd ſicut parochiani tenentur confiteri parocho, ita parochus eodem iure, parochianorum ſuorum confeſſiones audire tenetur. Vnde ſine ipſius licentia nemini licet alium adire, vel q; ab aliis non obtinuerit, qui poteſtatem habent, per Nauar. eod. cap. 4. in prin. ſic enim adimpletur illud Chriſti pręceptum. Ioann. cap. 10. de paſcendis ouibus. ſic medicus ſui infirmi ſaluti ſtudet, & inuigilat, eodem modo parochus medicus ſpiritualis, vt ſciat oleo diuinæ miſericordiæ, vel vino diuinæ iuſtitiæ, pænitentem emollire, deſperantem erigere, puſillanimem confortare, de pęnit. diſt. 6. c. 1. §. cognito itaque crimine. Nau. ibid. §. caueat. nu.
43 32. † Et ex eo vt dictum eſt ſupra nu. 34. ipſa abſolutio, quæ in foro pænitẽtiæ tribuitur, non eſt nudum miniſterium, vt multi falſo ſentiebant. ſed eſt ad inſtar actus iudicialis, & ſic iudicatur, ex doctrina ſanctæ matris eccleſiæ ſeſs. ibidem adducta. 14. de cõfeſſ. cap. 6. §. quamuis, & in can. 9. Si quis dixerit abſolutionem ſacramentalem ſacerdotis, non eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium anathema ſit. & Nauar. eod. c. 4. nu. 7. ſicut iuriſdictio in vaſſallos, & ſubditos fertur, ſupra quos per ſentẽtiam diffinitur negociũ iudicialiter: Vnde ſi quis confiteatur alicui ſacerdoti, etiam, bonę, & perfectę vitæ, ſed ab eccleſia non eſt ei data talis iuriſdictio in eum, nulla eſt abſolutio, & nullum ſacramentum, optime Petrus de Soto poſt alios, & quæ ſupra diximus, in tract. de inſtit. Sacerd. de min. confeſs. lect. 5. §. ſolus ſacerdos.
44 &c. † Sed vagabundorum parochus dicitur

dicitur quiſq. presbyter parochialis, vbi ipſi extiterint, quia non habent domicilium proprium, & ideo ibidem ſortiuntur, quouſq. in dicta parochia ſteterint, ex eo dicti vagabundi, cum lares certos non habeant: Abb. in cap. fi. de for. compe. differentes a peregrinis, qui, vt plurimum cum licẽtia vadunt, ſin autem ſecus, aut ſunt per tranſitũ, & nequeunt, ſi per maiorem partem anni, & poſſunt illi parocho, in cuius parochia inueniuntur: ſcribunt Doct. in dict. cap. omnis vtriuſq. ſexus, & Gaiet. quem refert Domi. Sot. alleg. q. 4. ar. 2. reſoluit ad plenum hoc dubiũ, ex declaratione facta viuę vocis oraculo ab Eugen. 4. viatores vbi ſe inuenẽrint in paſchate, illi parocho ſint obligati, tamquam incolatũ habentes circa ſacramẽta pænitentiæ, & Euchariſtię,
45 quod eſt notandum: † Eſt etiam inquirendum ſi quilibet parochus, & curã animarum habens, pænes ſe habeat trãſumptum bullę ſolitæ legi in cæna Domini Santiſs. D. Noſtri, vt illa diligenter viſa, & attenta, & ſciat in quibus poteſtas ſua extenditur, vel non, & quos ligatos inueneris ad ſedem apoſtolicam mittat, ad monendo, non deſperãdo. (Quilibet enim vltra curatos ad confeſſiones audiendas deputatus habere dictum tranſumptum obligatur, ex præcepto eiuſdem bullę de mandato D. N. §. pręcipimus, ne ignorantiam reſeruationis prætendere poſſit, cum abſoluere a prædictis ibidem contentis, ſententia ſit excommunicationis,
46 vt in §. ſequenti cautũ eſt. † Tenetur inſuper parochus viſitare infirmos in ſua parochia, quando ſunt, eoſq. conſolari, vt cum patientia tolerent meditando paſſionem D. N. Ieſu Chriſti, pauperes adiuuare, nam legitur, non te pigeat viſitare infirmum. Eccl. cap. 7. & Dominus inquit cap. 25. Matth. infirmus eram, & viſitaſtis me, & ſi omnes tenentur ad opera miſericordię, multo fortius curam animarum habentes, quæ ſi chriſtianus impleuerit, morte non morietur, ſed vita viuet, alias morte morietur, & ſanguis eius in ipſo erit, teſte Propheta Ezecch. cap. 18. ab ipſis enim parochis debent expectari merita vitæ, & bona exempla, iuxta notata in Concil. Trid. ſeſs. 23. de reformar. cap. 14. & miſericordia dicitur maxima virtus, immo omnium virtutũm dirigens ad proximum. Mart. Nauar. in ſuo Man. cap. 24. num. 2. vide ſupra
47 lib. 1. cap. 30. num. 29. † Poſtremo eſt aduertendum ab epiſcopo, ſeu alio viſitante, vt in examinatione vitæ parochi de ſtatu ſuo principali, non ſolum de eccleſia, non debet in publico corã populo examinare eum, ne vituperetur eccleſiaſticum miniſterium, ſi vitia forſan publicarẽtur, aliter non paterno amore diceretur procedi, ſed occidendi. cap. diaconi. 93. diſt. non excoriando, ne eccleſia lamentetur, quòd viduata paſtoribus, filios non generat: Aluar. Pelag. de plant. eccl. lib. 2. cap. 8. & ſic debet eſſe officium veri paſtoris, cum epiſcopi paſtores, non percuſſores dati ſint. ſeſs. 13. Conc. Trid. de reform. cap. 1. 3. quæſt. 5. cap. omnes. vbi patres appellantur. 6. quæſt. 1. cap. ſacerdotes ſeſs. 25. eiuſd. Conc. Gen. de reform. gen. cap. 17. ſunt nempe laici clericis infeſti. 6. quæſt. 7. cap. laici. hinc dicit Bern. ſuper cant. ſerm. 23. Diſcite prælati ſubditorum matres eſſe debere, non dominos, ſtudete, quòd correctio ſit paterna, non tyran-

tyrannica: maxime in peccatis carnis debet epiſcopus velare quantũ poteſt, ſi tamen correctio ſperatur, Do. Paui. de viſit. 1.part.q.1.num. 50.rationem aſſignat Dom.Cardin.de Turr.Crem. in cap. licet plerumque. 40.diſt.quare peccata ſacerdotum ſint dulciter, & cum manſuetudine corrigenda, & nõ dura reprahenſione, dummodo peccatum ipſius parochi non uergat in periculum fidei, & in aliorum euidenté damnationem; tunc vtrique eſſet ei in facie reſiſtendum, exemplo Apoſt. ad Gal.2.dixi ſupra lib.1. cap.4.num.15. vel ſi poſt correctionem factam in prima viſitatione, ſe indignum reddidit, non acquieſcendo in vitæ mutatione.

48 † Et ſi ipſum parochũ, aut alios preſbyteros inuenerit non celebrare continuo, admoneat, & corripiat, cum ſemper diebus feſtiuis obligentur, & tam frequenter, quòd ſuo muneri ſatisfaciant. ſeſſ. 23. Concil. Trident. de reformat. cap.14. §.curet epiſcopus, & in aliis diebus ſecũdum rationem decimarum, & ſtipendij, Domin. Sot. in quarto, diſtinct.13. quæſt.2.art.2. verſ. dubium autem. Petrus de Soto de inſtit. ſacerd.lect.13.in fine.de ſacr. Euchariſt. Marti. Nauar. in Man.cap. 25. nu. 88. verſ.21. remouendo abuſum quorundam nolentiũ dicere Miſſam, niſi certa pecunia ſoluatur, & minus non poſſit accipi. quod eſt contra voluntatem magni illius uiri, qui ſtatutum ſuperinde emanarat: & prohibitum expræſſe dicit idem Martin. Nauar. in Man. cap. 23. num.106.& monendi ſunt ut in celebrando applicent valorem Miſſæ ſatisfactoriũ iis, pro quibus principaliter celebrare, & orare debent, non vt multi faciunt pro vna Miſſa accipere duplicem panem, ſiue duas pithantias, vt dicit ipſemet Nauar. eodem cap. 25. nu.111.

49 verſic. 35. cum ſequen. † Monendo item, vt ceſſent a peccatis, ne celebrantes aliis ſcandalum fiant, & intelligant ſe ſuæ vitæ puritate ſuis precibus & Miſsis plurimũ Chriſti fidelibus prodeſſe poſſe, cum Deus voluntatem timentium ſe faciat: non tamen negamus, quòd, quoad eſſentialia Miſſæ, & quoad opus operatum, in pari ſit Miſſa boni, & mali ſacerdotis.cap. intra,prima. quæſtio. prima, ſunt dicta eiuſd. Nauar. ipſo, cap. 25. num.78. & 79. ex ea ratione, quia miniſtri eccleſiæ in ſacramentis non agunt virtute propria, ſed in uirtute Chriſti.San. Thom. lib.4.contra gent. cap. 77.Do. Cardin. de Turr. Crem. in ſum. eccl. lib. primo, cap. 99. nam, & ſi Deus ſacramenta det etiam per malos miniſtros, ipſam tamen gratiam dat per ſe ipſum. S. Auguſt. de baptiſm.5. cap. 23. prima, quæſtio. 1.cap.multi. cum ſequen. ſeſſ. 7. Conc. Trident.de ſacr. in gen. can. 11. & ſeſſio. 14. de ſacramen. pæniten. cap. 6. tangit Martin. Nauar. in cap. primo. §. ſacerdos, in princ. verſ. contra, de pænit. diſtin.6.

50 † Ex quo ad propoſitum dicebat Dominic.Sot. in 4. diſtinct.4.ar.5.Miniſtros eccleſiæ bifariam poſſe dici malos. Primo quibus deeſt eſsentia ſacramenti, vt ſi non ſint ſacerdotes, celebrando, non poſſunt conſecrare, aut abſoluere, aut ſi miniſtrent ſine intentione faciendi, quod facit eccleſia,quę intentio de neceſſitate requiritur. ead. ſeſſio. 7. de ſacr. in gen. cano. 11. ubi notatur. Aut ſecundo ſunt mali extra eſsentiam ſacramenti, ſed per deprauatos

uatos mores, & ſi ſunt publici, (licet non impediant effectum ſacramenti) non licet audire, quia facilius bonorũ præces audiuntur. gloſs. in cap. remiſſionem, prima quæſtio. prima, ex quibus S. Thom. citato, cap. 77. excludit tres principales errores. Primo dicentium, quòd omnes boni fideles habent poteſtatem ſacramenta diſpẽſandi. Secundo aſſerentium, ꝙ nulli mali ſacerdotes habẽt poteſtatem ſacramenta diſpenſandi. Et tertio reprobatur error tenentium, quòd omnis poteſtas ſpiritualis a Chriſto eccleſiæ miniſtris data, ſit iam euacuata propter malitiam ipſorum, & hæc ſunt notanda. Et pro materia notandum etiam, ꝙ parochus prouiſus de beneficio curam animarum habente, vel de eccleſia parochiali vltra profeſſionem fidei, debet iurare, & ſe obligare de reſidendo in dicta eccleſia parochiali, & beneficio curato, ex Conſtitutione Pij Quarti Pont. Max. incip: inter multiplices curas. 1563. de quarum eccleſiarum collatione tradit Pius Quintus ſimiliter Pont. Max. in conſtitutione in conferendis. 1566. an. 2. Vnde opportune ſubnectimus titulum de reſidentia parochorum, cum iam præſentis cap. materia latius ſit tractata, &c.

DE RESIDENTIA PAROCHORUM, ET curatorum in Eccleſiis parochialibus, & curatis.

CAP. QVARTVM.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtus vult paſtores habere curam animarum.*

2 *Eccleſia parochialis, & curata cui debet committi.*

3 *Sacerdos curatus non poteſt deſeruire per ſubſtitutum.*

4 *Parochi, & curati non reſidẽtes, quibus pœnis afficiantur.*

5 *Decreta de reſidentia curatorũ ſunt publicanda.*

6 *Parochus ſi vult abeſſe pro tempore quid vult, aut debet facere.*

7 *Diſpenſari ſuper quibus caſibus poſſit de non reſidendo. nu. 8. 9.*

10 *Diſpenſationem habens de non reſidendo, debet eam oſtendere epiſcopo.*

QVamuis in primo lib. cap. 15. num. 18. & 19. & ſupra, cap. primo. nu. 14. cap 2. num. 7 cap. 3. nume. 5. & in fine aliqua ſint dicta de reſidentia parochorũ, & curatorum, deq. aliis in eccleſiis cathedralibus, & collegiatis intitulatis, attamen cum res ſit maximi momenti, dubium fuit ſi quando liceat abeſse, vel cum diſpenſatione, ideo dignum fore viſum fuit, ſub particulari capite aliqua dicere, ut generalis ſubiiciatur clauſula, quæ omnes caſus comprehendat. dicit gloſs. in Rubri. ff. de Regulis iuris, vt ſic facilior reddatur

datur

datur cunctis ipſius viſitationis actus.
1 † Idq. primo eſt habendũ dictũ illud
a Chriſto domino noſtro (apud quem
tanta fuit cura animarum) cum ter in-
terrogaret Petrũ, Amas me, ſingulis-
que reſponſionibus Petri, ſubiunxerit,
paſce oues meas. Ioan. cap. 10. vt hoc
paſcẽdi officium melius per ſe ipſum
compleatur, ne aliter faciendo mercen
nario æquiperetur, qui lupo veniente
relictis ouibus fugit, vt merito domi-
nus curam ouium alteri committat,
propterea Summi Pontifices decreue-
runt id omnino ſeruãdum in eccleſiis
cathedralibus, & maioribus, de quibus
ſupra eſt dictum, & in parochialibus,
& curatis, de quibus modo in hoc ſe-
cundo libro agimus, vt parochi, & cu-
rati intenti ſint ad regimen eccleſiarũ
commiſſarum, in eis reſidendo, vt ab-
eſſe graue, & mortale peccatum incur-
ratur. ead. ſeſs. 6. de reform. c. 2. ſeſs.
23. eod. titu. cap. 1. §. eadem omnia.
2 † Inde in Concilio magno Lateranẽſi,
de quo mentio fit in cap. quia nonnul-
li. de cler. non reſid. dicitur quòd ec-
cleſia parochialis, & curata illi debet
committi, qui reſidere in loco, & curã
eius per ſe ipſum valeat exercere, quod
intelligimus, cum expræſſe, & actu ha
bet parochianos. cap. licet canon. de
elect. lib. 6. non tamen deſierint, & ſic
proprie dicitur quis curatus, per Ioan.
Staphi. de litt. grat. titu. de qualit. be-
nef. quem refert Rebuff. in pract. be-
nef. de non prom. intr. an. nume. 35.
cum ſeq. ſupra cap. 2. hoc libro nu. 11.
3 & ex aliis ſparſim dictis. † Ex cõmuni
accepto dicto, vt nullus in ipſis per
ſubſtitutum ſeruire poſſit, ſed per ſe
ipſum complere teneatur, cap. 2. de
cleri. non reſid. cum cap. fin. §. præte-
rea, de præb. Namq. vbi induſtria per-
ſonæ eſt electa, non datur facultas per
alium explicandi. cap. fin. de offic. de-
leg. de æta. & qual. cap. cum ſit ars, nec
ſufficit in ipſa tantum ciuitate reſide-
re, ſed quòd ſit in eccleſiam et curata,
vel ſaltem ſi domus ibidem contigua
non eſt, in parochia. iuxta dicta ſupra
cap. proximo, nume. 6. ex præalleg.
Concil. Trident. & ead. Conſtitu. cu-
pientes Pij Quinti Pont. Maxim. Nec
ipſum Cõc. Trid. admittit obligatum
officijs diuinis, per ſubſtitutum deſer-
uire, ſeſſ. 24. de reform. gen. cap. 12.
4 §. omnes vero. † Et vltra reatum pecca
ti mortalis, quod incurrit non reſidẽs
non facit fructus ſuos, & ad reſtitutio-
nem tenetur, cap. pen. de cler. non re-
ſid. eod. cap. ſeſs. 23. §. ſi quis autem,
quod, & ad curatos extenditur, & ſeq.
§. eadem omnino: fabricæ eccleſiæ,
vel pauperibus diſtribuendos, eod. §. ſi
quis autem, & tot. titu. de cler. non re-
ſid. & ad priuationem procedendo iu-
xta terminos ipſius Conc. & amplius
ex ipſa noua Conſtit. Pij Quinti, facit
text. in cap. ex geſtis, de cler. non re-
ſid. ſuper quo tex. multa ſcripſit Affl.
in deciſ. Neapo. 289. nec conſcientiæ
prodeſt remiſſio fructuũ, ex quo iidẽ
recipiuntur contra diſpoſitionẽ iuris,
& eſt notandum contra canonicos ec-
cleſiarum cathedralium, & collegiata-
rum, quorum vnus alteri cõplacet re-
mittendo. iam enim ius aſſignauit in
vno caſu, vel fabricę eccleſiæ, vel paupe
ribus erogari, non poſſunt remitti, vel
alio diſpenſari. notat Domi. de ſancto
Gemi. quem cęteri ſequuntur in c. 1.
de cleri. non reſident. lib. 6. quam Con
ſtitutionem confirmauit ipſum Conc.
Trid. ſeſs. 24. de reform. gen. cap. 12.

§. præterea obtinentibus, vbi in alio ca
ſu declaratur tm̃ diſtributiones intereſ
ſentibus aſſignari. vide ſupra lib. 1.c.
5 15. nu.25. † Et ne vlla temporum in-
iuria, vel deſuetudine, aut hominum
obliuione, hæc ſalubris, & neceſſaria
ſanctio aboleretur, ſtatutum eſt, quòd
ſæpius in prouincialibus, & epiſcopa-
libus ſynodis ipſa decreta Conc.Trid.
de reſidẽtia publicẽtur, qđ, & in aliis
clericorũ congregationibus facere prę-
ſtat, idque in titulatis eccleſiis, cathe-
dralibus, maioribus, collegiatis, paro
chiis, & omnibus curatis notum eſſe
debet. ead. ſeſſ. 23. cap. 1. §. poſtremo,
de reformat. Iuuat quippe ſimilem pu
blicationem fieri, & quia ignorantia
euitatur, & audientes magis inſiſtunt
ſeruitiis eccleſiæ propter pœnas infli-
ctas: Sin vero aliqui ſubterfugiant re-
ſidere, ſub eo quòd commiſſarij Apo
ſtolici, & ſubcollectores ſint, adhuc
cogendi ſunt per edictum, & quo ad
ipſos ſcribendum, & denuntiandum
eſt Sanctiſſimo Domino noſtro, qui
vbi neceſſaria eccleſiæ ſciuerit, non
6 deficiet prouidere. † Cum autem pa-
rochus, aut curatus habet neceſſe pro
aliquo breui tẽpore abeſſe ab eccleſia
ſua curata, proponat epiſcopo cauſam
iuſtam, qui ipſa probata, cõſtituto in
eccleſia interim idoneo Vicario, cum
debita mercedis aſſignatione, gratis li-
centiam det, & non vltra bimeſtre.
eod. §. eadem omnino, & dicit Rebuf.
quòd ſi ex falſa, & ſimulata cauſa pro
vera probata obtineat, non eſt tutus,
in prax. benef. citat. tit. de diſpenſ. de
non reſid. num. 53. cum fraus, & do-
lus nemini debeat patrociniũ impar-
tiri, cap. tuæ. de cler. non reſid. & no-
ta, quòd tex. Concil. dicit, ꝙ epiſcopus
gratis concedat licentiam, vnde ſi pe-
cuniam accipit, ſimoniam committit,
7 ipſe Rebuff. eo. tit. nu. 16. † Et ſi Doc.
conentur aſſignare multos caſus diſpẽ
ſandi ad non reſidendũ, tamen ad tres
reducimus, primus eſt neceſſitas, vt-
pote graue bellum, vrgens peſtis, peri-
culoſa infirmitas, aeris intemperies.
argum. cap. ex parte lo 2. de cleri. non
reſid. per ea, quæ dicit Ioan. And. in
cap. 1. eod. titu. lib. 6. loquendo de gra-
ui, & manifeſta cauſa. 5. q. 5. cap. 1. &
qua non obſtante ſolitus erat reſidere,
& qua ſimiliter ceſſante ſtatim ad reſi
dentiam reuertetur, quia vacante cau-
ſa, propter quam fuit cõceſſa dilatio,
ceſſat, & effectus, cap. cum ceſſante
de appellat. Inde Rebuff. vbi ſupra po
nit verbum, quod belli calamitas in-
troduxit, pacis lenitas ſopiat, & ſimil.
8 † Secundus caſus eſt vtilitas eccleſiæ
ratione ſtudij, de cler. non reſid. cap.
relatum, cum aliqui forſan ſunt dediti
ſtudiis eccleſiæ, multum fructum af-
ferre ſperatur, & ſciẽtia facit quem di-
gnum, de elect. cap. congregato, nec
in loco, vbi eccleſias potiuntur cura-
tas, commoditatem ſtudij habent, ex-
inde neceſſe eſt alio proficiſci, epiſco-
pus tunc poterit (poſito ſemper ido-
neo Vicario cum portione conueniẽti
in ipſa eccleſia curata) ad tempus di-
ſpenſare, minus tamen ſeptennio, non
vltra, prout expedire uidebit, dumta-
men uere, & cum effectu ſtudiis operã
dent, & ꝙ infra annum omnino ſacris
initientur, nulla eis aliter ſuffragante li
centia, nec ipſi fructus ſuos faciunt, ex
diſpoſitione cap. licet canon. & c. cum
ex eo. de elect. lib. 6. & extat regula
Cancell. num. 54. incip. item voluit, ꝙ
petentibus ſecum diſpenſari. hoc tamẽ

de nouo addito, ꝙ qñcumq. a Rom a.
Cur. ſeu pœnitẽtiaria, aut aliunde quis
obtinuerit gratiã de non reſidendo, ad
tp̃s ratione ſtudij, & percipiendi fru-
ctus, nõ aliter ſit firma, niſi accedente
cõſenſu eius ordinarij, in cuius diœceſi,
ſitum eſt ipſum beneficium curatũ,
extat alia Regula a Pio IIII. 1564. an.
9 5. inci. Sanctiſſimus in Chriſto Pater. †
Tertius poteſt dari caſus, ſi quis ſit in
ſeruitio ſui epiſcopi, vt debeat pro re-
ſidente iudicari. cap. ad audientiam. de
cleric. non reſident. quia ſicut ſi eſſet
pro ſeruitio eccleſiæ (pro qua etiam
abeſſe poteſt) habetur, vt pręſens, ſic
in ſimili, & in eod. cap. epiſcopus po-
teſt habere ſecum duos canonicos. &
in cap. de cetero. Boer. deciſ. 17. num.
12. & de author. mag. conſ. nu. 13. di-
xi in famil. ſingul. in. l. A. num. 3. in 2.
impręſſione, & ĩ littera. C. nu. 107. quã-
do tamen (cum reſtrictione) eccleſia
non fraudaretur debitis ſeruitijs. Re-
buff. eod. tract. num. 37. nec tranſit ſi-
ne dubio: Priuilegia tamen de non reſi
dendo perpetua in totum eſſe abroga-
ta declarandum eſt, & temporalia ex
ſupradictis iuſtis cauſis cõcedẽda, nec
conſuetudo vltra admittitur, quia dam
noſa animabus eod. cap. licet canon. &
alleg. cap. 2. ſeſſ. 6. quia vt dicit ibidem
optime Rebuff. peccat faciendo contra
naturalem ęquitatem, & iuſtitiam, qua
tenetur curatus ipſemet ex ſuſcepto
officio gerere curam ouium Chriſti, et
fortius erit iudicandum, pro iuſta cau-
ſa, ſecundum Nauar. in Man. c. 25.
nu. 121. quando quis eſſet pro ſerui-
tio D. Papæ, vel de eius mandato, pro
eccleſiæ etiã vtilitate, vel per cauſam le
gitimam, & conſuetudinem honeſtã,
quę intelligitur cum cauſa, quòd ſit le-
gitima, honeſta, & approbata, vel ex pri
uilegio Apoſtolico poſtea conceſſo, vel
alia rationabili cauſa, dicit tex. extraua
gan. Ioann. 22. exhibita nobis, de priui
leg. Cum omnis voluntas Papæ præſu-
matur cum cauſa legitima, & honeſta
diſpenſando, nec cadit dubium, cum
ſuper his habeat plenitudinem pote-
ſtatis, ſingulariter, & vniuerſaliter. In-
noc. de pat. c. cum pridem Bal. in pre-
lud. feud. col. 14. de quo latius ſupra
diximus, eiuſq verbis ſtandum. Card.
10 in clem. 1. in prin. de probat. † Vltimo
ſi in ipſa viſitatione, vel extra, inueni-
tur, quòd quis tueretur ſe aliqua indul
gentia, vel priuilegio, quo minus ſe nõ
obligatum ad reſidendum prætende-
ret, eam, ſeu idem priuilegium ordina-
rio infra tempus ab ipſo præfigendum
conſignare debet, qui viſo ex certis, &
rationabilibus cauſis eſſe cõceſſum, &
ſupplicatis veris exiſtentibus, ad certũ
tamen tempus, iuxta terminos Conc.
permittat (niſi expręſſius verba Ponti-
ficis loquerentur) poſito vicario in ip-
ſa parochiali, ſeu curata eccleſia, cum
congrua fructuum perceptione eod. c.
2. §. indulgentias vero, & vbi iuſtas cau
ſas non inuenerit, ſed per ueri falſum
impetrationem factam, non admittat,
ſed tamquam contra non reſidentem
pęnis a iure ſtatutis procedat, vel ſi eſt
nouiter cõceſſum priuilegiũ, ipſi Sum
mo Pontifici reſcribatur, qui patienter
ſubſtinebit, ſi nõ fit, quod praua ei fue
rit inſinuatione ſuggeſtum. tex. notab.
& praticabilis in cap. ſi qñ de reſcr. ad
quẽ vide, cũ occurrit Pet. Rebuf. eo. tit.
gl. 4. lib. 2. fo. 140. & de forma reſcribẽ
di ibidẽ, & inf. eo. lib. c. 20. poſt nu. 7.
& vide aliũ ſimilem tex. in cap. ſi aliqñ
de ſent. excommu. & hęc ſufficiant.

DE EDICTO EXAMINIS PONENDO in promouendos ad Eccleſias parochiales, & curatas ipſis vacantibus.

CAP. QVINTVM.

SVMMARIVM.

1 *EDicta ſunt affigenda in publico.*

2 *Idonei ſunt promouendi ad eccleſias parochiales, & curatas.*

3 *Edictum pro quibus eccleſiis vacantibus eſt ponendum. nu.7.*

4 *Examinatores, qui, & quot debent accipi.*

5 *Examinatorũ qualitates quæ eſſe debent.*

6 *Epiſcopus eligit promouendũ ab examinatis per edictum magis idoneũ.*

8 *Examen faciendum per concurſum non poteſt omitti. Nec notorietate perſonę, quod fallit. nu.9.10.*

11 *Terminus decem dierum ad edictum pro examine non poteſt prorogari.*

12 *Epiſcopo nolente admittere examinatum, quid faciendum.*

13 *Idoneus repulſus ab epiſcopo, minus idoneo recepto, ad quem recurret.*

14 *Clerici Ciuitatenſes præferendi ſunt exteris.*

ANtiquitas omnium rerum moderatrix ad reprimendam malorum audaciam graues pœnas inuenit, nouasque ſemper ordinare ad ſtatũ Reipublicæ, quæ aliàs non cõſeruaretur, ad hoc ne exceſsus ab aliis trahantur ad exemplum, ex impunitate excedentium, clem. 2. de ſenten. excommun.
1 † Et in albo ea edicta affigebantur, ut omnibus nota fierent, quæ eſsent obſeruanda, aut vitanda, de albo prætoris legimus, in l. ſi is quod. ff. de iuriſdict. omn. iud. & loquitur Luc. de pen. C. de decur. lib. 10. l. in albo, ex quo ductum eſt omnia edicta in loco publico eſse affigenda. Curt. de iur. patron. in verb. honorifici, nume. 69. idq. hodie paſſim obſeruatur, & præſertim in vrbe, quæ eſt norma aliarũ ciuitatum, & caput totius orbis. l. nemini. C. de conſ. lib. 12. cuius curiæ, tamq̃ magiſtræ, ſtilus ab omnibus eſt ſequendus. Specul. in tit. de ſtilo. publicationes fieri, & affigi in loco campi Floræ ex antiquo tẽpore, vbi frequentiſſimus ſolet eſse populi cõcurſus, & poteſt dici edictum monitorium. ff. de iudic. l. ad peremptorium. & vide in l. edictũ. eo. tit. de quo ſcribit nouiter Quintil. Mand. in tract. de Monitor. quæ publicatio, & affixio eſt ex arbitrio. Bar. in extrauag. ad reprim. uerſi. per edictum, & ſufficit quòd in actis dicatur fuiſse affixum. Marian. Socc. in cap. accedens. num. 33. de purgar. can. vbi

tractatur

tractatur de eius publicatione, quanto tempore, & coram quibus. Abb. in c. cum inhibitio. num. 7. de cland. deſp. in cap. fin. num. 2. qui matrim. accuſ. poſſ. & quando eſt affixum, & remoue tur a priuato, eſt delictum. Socc. ibidē, vel ſi corrumpatur, in l. ſi quis id qđ. alleg. ff. de iuriſdict. om. iud. Marian. nume. 34. & auferens a manu nuntij ſeruientis qua pœna puniatur. in d. l. ſi quis id quod. per Bald. & Gui. Pap. in deciſ. 579. num. 5. Fab. Monteleon. in pract. quatt. litter. 4. part. nu. 813. Lambert. de iure patro. lib. 2. fol. 174. de ſimilibus edictis publicandis in eccleſia pro matrimoniis. ſeſſ. 24 Conc. Triden. de reform. matrimo. cap. 1. & vide multa per Rebuff. in regul. de publi. reſign. gloſſ. 10. & in tract. citat. in præfat. vbi num. 94. cum ſeq. decidit multa, quis poſſit citare per edictum, quis citari, nume. 95. quando poſſit fieri. nume. 96. qualiter debeat fieri. num. 98. vbi debeant edicta affigi. nu. 100. quanto tempore debent ſtare. nume. 102. & de pœna remouentis. nu. ſeq. & de edicto prohibitorio, & permiſſorio, nume. 111. cum aliis notab. vide Mod. ven. de citat. num. 96. vbi licet ſit in arbitrio, quantum debet ſtare edictum affixū, debet tamen primo legi, & poſtea affigi, quod non in om-

2 nibus ſeruatur. † Vnde cum expediat ſaluti animarum eccleſias parochiales, & curatas perſonis idoneis conſignari, ſcientia, ſiquidem moribus, & ætate. c. graue nimis, de præb. Rebuff. de nominat. q. 16. & ſunt verba Cōcilij Triden. ſeſs. 24. de reform. gen. cap. 18. in princ. Sicut enim promouendus ad ordines facta inquiſitione per edictū examinatur de perſona, ætate, inſtitutione, moribus, doctrina, & fide, eod. Conc. ſeſs. 23. de refor. c. 7. cum cap. 5. præced. Sic promouēdus ad parochiās ſit ſciētia ſufficienti. Non enim poterit alios ad rectam viam deducere, ſi ipſe ignorans extiterit, ſi cęcus, cęco ducatum præſtat, ambo in foueam cadunt. Matth. c. 25. c. quæ ipſis 38. diſt. canones nulli ſacerdotum licet ignorare c. pręced. Tales ad miniſterium eligātur clerici, qui digne poſſint dominica ſacramenta tractare, quia melius eſt paucos habere bonos, quàm multos inutiles. c. tales. 23. diſt. c. cum in cunctis. de elect. de ætat. & qualit. cap. cum ſit, ea tamen debet eſſe ſcientia, licet mediocris, quæ ſufficeret ad regendum beneficium, ſeu eccleſiam curatam obtentam, de præb. c. venerabilis. Abb. in alleg. cap. cum in cunctis: bonis moribus, ex quibus cęteri edificantur. Vitā, bonoſq. mores ſuos clerici componere debent, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, & grauitate, religioneq. honeſti appareant. ſeſs. 22. Conc. Trid. de reform. c. 1. & ipſo c. 18. Vt ſic habeant bonum teſtimonium, etiam ab his, qui foris ſunt, dicit glo. ex illo tex. in extrauag. execrabilis. Ioann. 22. de præb. in uerb. bonę famę. Aetas etiā requiritur, vt poſſit promoueri ad ſacerdotiū. d. c. licet canon. & ſeſs. 24. Conc. Trid. de refor. gener. c. 12. & denique is dicitur idoneus ad eccleſiam curatam, qui ſeruire poteſt, & vult in eccleſia illa. text. notab. & expræſſus in c. ſuper inordinata. de præb. quod dictum eſſe commendandum, & ſingulare, dicit Cęſar Lambert. de iur. patron. lib. 2. 1. par. 7.

3 q. princ. ar. 27. nu. 3. Propterea, vt prædicta haberentur ſtatutum eſt, vacante aliqua parochiali eccleſia, ſeu curata,

tam

tam ſi per vnum, quàm ſi per plures fuerit ſolita gubernari, ſiue patrimonialis, ſiue receptiua, etiam iuris patronatus laicorum, quomodocũque, & cuiuſcumq. fuerit conditionis, infra decem dies a notitia vacationis nominentur promouendi ab examinatoribus, poſito edicto publico in illa eccleſia, & etiam in maiori, per cõcurſum, vt ad omnium notitiam deueniat, & inde magis idonei aſſumantur. eodem cap. 18. vbi expedit humanæ ſaluti, a dignis, atque idoneis parochis gubernari, ideo vacante eccleſia parochiali, & curata, vt ſupra, ſtatim epiſcopus habita notitia vacationis, etiam per reſignationem, ponet in ea idoneum Vicarium, cum congrua ſuo arbitrio fru ctuum perceptione, ſiue aſſignatione, & interim infra decem dies examinatoribus nominantur promouendi, de quibus faciẽda eſt inquiſitio circa mores, ætatem, & ſufficientiam. §. porro epiſcopus, ſed in collegiata eccleſia, ne ius rectoris impediat (niſi aliter eſſet obſeruatum) epiſcopus non ponit edictum, ſed præponendum curare, præpoſitumque examinare, & approbare debeat, ſupra eod. lib. cap. primo,

4 nume. 16. in fine. † Examinatores autem in ſynodo deputandi, debent eſſe ad minus ſex, prudentes, & præcæteris qualificati, qui ſynodo placeant, & approbentur, quorum poſtea iudicio tempore uacationis (ſaltẽ trium) epiſcopus præponendis eccleſiis curatis examinatis, & dignioribus inuentis ipſas parochiales eccleſias conferat. in §. tranſacto. & §. examinatores eod. cap. Idque optime videtur ſtatutum: nam, & ſi examen ad Archidiaconum aliqui referebant, de offic. ordin. cap. ad hæc, & cap. ad noſtrum, & tot. titu. vbi loquitur de ordinibus, vt per eamdem rationem diceremus, tamen epiſcopi per ſe, vel per alium ius acceperunt examinandi, in quibus po teſt, & aliqua ſuſpitio oriri in eligendo malum, & corruptum examinatorem, vt dicit Rebuff. in gloſſ. quarta. Regul. Cancella. Pij Secundi, de mal. prom. ideo Concilium ordinauit plures eligi de melioribus, & approbari. Cum integrum ſit iudicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur, text. not. in cap. prudentiam tuam, in princip. de offic. deleg. cap. extra conſcientiam, ſexageſimaquarta diſtin ctio. quia per ampliores homines perfectiſſima veritas reuelatur. l. final. §.

5 cum enim. C. de fideicommiſs. † Qui examinatores ſint magiſtri, ſeu doctores, aut licentiati in Theologia, aut iure Canonico, etiam ex ordine mendicantium, & ſeculares, qui tactis Euangeliis, ſe quacumque affectione humana poſtpoſita fideliter munus exequturos iurabunt. in §. ſint vero, & verſ. curentque quod & ſentiebat Rebuff. in eadem gloſſ. nume. 14. & dicitur, vel in iure canonico, quia canones ignorare non licet, qui normam dant viuendi. Namque, & ſcientia Canonica practica eſt Theologiæ, neque poteſt faciliter eccleſia Dei Regi, ſine canonum ſcientia. Aluar. Pelag. de plant. eccleſ. lib. ſecundo, cap. 20. colum. quarta, cum ignorantia talis, ſit Chriſtum ignorare, cap. ſi iuxta, cum ſequen. 38. diſtinctio. & ſcientia iuris canonici intendit directo ad animarum regimen per Felin. conſ. decimooctauo, ſtante conſuetudine, numero 9. vbi cæteris paribus, vbi nõ ſunt hære-

hęretici,canoniſta pręfertur Theologo. Ipſi vero examinatores nihil prorſus accipient ab examinatis,alias ab utraq. parte incurritur ſimonia,nec abſoluuntur,niſi dimiſſis beneficiis, cum inhabilitate ad alia. §. caueantq. eod. c.18.
6 quod eſt bene aduertendum. † Igitur examine peracto,qui fuerint examinati,epiſcopo denuntientur,qui ex prępoſitis eligat,quem cęteris magis idoneũ iudicabit. in §.peracto.cuius examinis relationem factam ab ipſis examinatoribus,nulla appellatio impedit, quin debitam exequutionem habere debeat. in §. in omnibus. poſſet enim cauſari eccleſiæ magnum damnum,ſi propter prætendentias clericorum,longam haberet vacationem,ne pro defectu paſtoris, lupus rapax gregem Dominicum inuadat. aut in facultatibus ſuis eccleſia viduata paſtore graue diſpendium patiatur.arg. c. ne pro defectu de elec. ſubueniunt bona electio, & benigni mores promouẽdi.Rebuff.de reſcript. in form.nu.13.in pract.benef.ideo dicit tex. conferri perſonis, quæ digne valeant adminiſtrare.cap.2.de conceſ.
7 præb.† Quod,& ad eccleſiam de iure patronatus,tam eccleſiaſticorum, quã laicorum extendimus, vt per viam ipſius examinis pręcedentis,præſentatus promoueatur, & inſtituatur eod. cap. 18.§.ſi vero, & §. quod ſi ius patronatus, & ſi aliter facit epiſcopus damnationem incurrit,& tenetur eccleſiæ leſæ damnum reſarcire. Rebuff. de præuent.nu.10.ex cap.quod autem,& cap. ſignificaſti.de iur. patr.quid autem de iure,ſi patroni indignum præſentant, vel valentes dignum omittunt,atq. idoneum tex. Conc. dicit non eſſe admittendum. Doctores priuant patronos illa vicę pręſentandi, per Lamber. de iur. patron. lib. 2.18. quæſt.ar.4. qui præſentatus primum examinatur de ętate requiſita ad beneficium,ad quod inſtitui petitur eod.cap.cum in cunctis cum ſimilibus. ad quęſt.tamen de pręſentante indignum,vide infra.cap. 10.
8 nu. 10.† Aduertendumq. eſt ſemper, ne ratio dicti examinis poſtponatur, ſed fiat.Quæcumq. enim eccleſia parochialis, aut curata poſt eiuſdem Conc. confirmationem, collata fuerit, non præuio examine,ſemper vacare intelligitur,nec de ea prouiſus vllum ius,aut titulum acquirit, & ad ſuperiores ſpectat collatio, non tamen ad eoſdem, qui contulerunt.Hęc eſt ad confirmationem eorumdem decretorum Concilij conſtitutio emanata ſuper collatione parochialium eccleſiarum a Pio Quinto Pont. Max. incip.in conferen-
9 dis ſup.alleg.1566.pont.an.1.† Poſſet tamen hæc forma per publicum examen per concurſum in caſu omitti, propter exiguos redditus ipſius eccleſiæ parochialis, quia tam vrgens neceſſitas non eſt,nec dantur concurrentes, vel ob manifeſta diſſidia, & ortas inimicitias, dum tamen cętera cum ſuis qualitatibus obſeruentur.eod.cap. 18.§.ſi tamen. ibi,narratis cauſis poterit ordinarius,ſi pro ſua conſcientia cũ deputatorum examinatorum conſilio ita expedire arbitrabitur hac forma omiſſa priuatum aliud examen, ceteris tamen, vt ſupra ſeruatis adhibere, & cauſa poteſt dari ipſa neceſſitas prouidendi,quę non habet legem, ſed ipſa legem ſibi facit cap. remiſſionem. §. ſed notandum.1.quęſt.1. quod in priuato examine nõ procedit,quia lex ex-
10 pręſſe requirit.† Nec notorietas perſonę,

ne,quòd ſit docta,qualificata,eſt cauſa vt prædictum examen omittatur, ſed oportet,ꝙ omnino ipſi examini ſubijciatur,maxime circa ſcientiam,& mores.cap.cum ſit de æta.& qual.nec obſtãt dicta per Doctores, & recitata per Rebuff. in for.pauper.de reſcr.nu.4.ꝙ Approbati a ſtudiis, ex quo dicuntur graduati,non debent examinari.Fel.in cap. fin. de præſumpt. quia reſponſio eſt facilis,confirmando obiecta, ſed limitando non procedere,cum examen ſit faciendum de forma. quæ dat eſſe rei.non poteſt omitti. not. Bal. in cap. conſtitutus lo 2.de iudic. latius Lambert.lib.2. de iur. patr.1. part.11.q.3. ar. & canon Concilii limitauit in certis caſibus.in aliis excludit.cap.non ne de præſumpt.ff.de iud.l.ait prætor. & vide in.l.Iulianus.§.ſed & ſiquis.ff. ad exhib. quod & ipſe Fel. expertus fuit, qui licet eſſet famoſſimus Canoniſta, tamen vocatus ad auditorium opportuit examinari,& ſoluit.30. argumenta de multis ſibi factis, vt refert Neuizan.lib.2.fol.188. licet ſibi diſplicuiſſet,Quia tamen examen requirebatur omitti non potuit,de quo Marſil.not. 196.& ipſemet Fel.refert in cap.vene-
11 rabilis nu.49.in fine de re iudi. † Terminus vero decem dierum a Concilio ſtatutus ad denominãdum idoneum examinatoribus.§.porro epiſcopus.licet ſit ibi additum,vel infra aliud tempus,non poteſt vltra alios decem dies dilatari, iuxta eamdem conſtitutionẽ allegatam.in.§.prohibentes etiã. Conſiderauit enim legislator ob dilationẽ forſan affectatam,damnum cauſari,et ſuſpitionem, ergo obuiandum eſt hominum fraudibus.l.in fundo.ff.de rei vend.c.ex parte in fine de priuil.& exceſs.prę̨lat.& quoniam lex indiſtinctè prohibet vltra alios decem,nõ facit ad propoſitũ quęſtio diſputata a Doctoribus,quando Terminus impoſitus a iure poſſit per iudicem reſtringi, vel dilatari.de qua quæſtione. Bar.in.l.2.ff. de re iud.ſatis ad plenum.Abb.in c.cũ ſit Romana. num.10. cum ibi appoſi-
12 tis in addit. † Sin vero epiſcopus prę̨ſentatos,ſeu præſentatum ab examinatoribus in eccleſiis parochialibus, infra quattuor menſes, vel infra duos, intra tempus a iure conceſſum, prævio examine noluerit, ſeu diſtulerit admittere,non poteſt amplius ſe intromittere,ſed diſpoſitio Sedi Apoſtolicę remanet,data facultate patronis eccleſiarum (quando de iure patronatus eſt eccleſia) poſſint ordinario vltra dictos duos menſes differẽte, habere recurſum ad eandem ſedem, aut ad Metropolitanum, vel viciniorem epiſcopum, iuxta diſpoſitionem eiuſd. conſtit. ſupr.alleg. Pii Quinti. §. in ſuper. eſt decretum, vt ſic non ſit in pleno poſſe epiſcopi ad arbitrium protrahe-
13 re pręſentatos. † Et ſi minus idoneo electo alii magis idonei ab epiſcopo fuerint electione habita, repulſi, poſſunt ipſi repulſi ad Metropolitanum habere recurſum, vel ex epiſcopo exẽpto ad viciniorem, vti Sedis Apoſtolicæ in hoc facto delegatum appellare, coram quo prælectus ab ordinario cum ipſis repulſis,& appellãtibus examinetur iterum, & conſtito de magis idoneo,ipſi prouideantur, Vel ſi eſt ſolus, & per ipſum iudicem appellationis, quando collatio ad illum ordinarium ſpectabat, fiat,ead.l. §. vt autem, & hic eſt vnus caſus,quo Metropolitanus in ſuffraganeum cognoſcit, inter

R alios

alios, quos noto. in trac. de iuriſdictio.
Archiep. in ſuffrag. 2. parte, quia iure
ſic eſt expræſſum, nõ ex arbitrio, & ſi-
militer quo epiſcopus vicinior cogno-
ſcit authoritate Sedis Apoſtolicæ i cau
ſa epiſcopi exempti, ſibi item vicini,
14 vt ibi latius diſſero. † Idq. tamen no-
tandum eſt in ipſo examine, ſemper
præferendos eſſe clericos ciuitatis ip-
ſius exteris aliis. arg. not. in c. horta-
mur, per gl. 71. diſt. dummodo in ma-
xima ſcientia non præcellant extranei,
ipſis ciuitatenſibus, ponit multa Lam-
bert. eod. trac. 2. lib. 1. part. 7. q. princ.
ar. 24. vide Petr. Rebuff. de nomin.
q. 9. nu. 19. doct. in Regul. Cancel. 16.
q. 41. & in reg. de infirm. & infra ca-
pit. 22. num. 25. ex quibus nota in hac
viſitatione, vbi epiſcopus inuenerit pa
rochiales eccleſias collatas poſt ipſius
Concilij confirmationem, inquirat ſi
ſollemnitas ipſius tex. de præuio exa-
mine fuit reſeruata, præpoſito edicto,
& vbi omiſſam inuenerit, procedat ſe-
cundum terminos iuris ipſius nouæ
Conſtitutionis Pij V. Pont. Max. &c.

DE PLEBANIIS, ET PLEBANIS,

CAP. SEXTVM.

SVMMARIVM.

1 *Plebania quid ſit. Et an ſit dignitas. nu. 2.*
3 *Plebanus quod ius habet in ſuis cappellis.*
4 *Plebanus quomodo dicitur habere curam animarum.*
5 *Plebanus in cura eccleſiæ, & animarũ tenetur, vt parochus.*

EX frequentatione populorũ,
& gratia omnipotentis Dei
coadiuuante, ad ſanctam ec
cleſiam conuenientium, factum eſt,
vt non poſſent ciuitates multitudinẽ
hominum compræhẽdere, vt inde ne-
ceſſe fuerit in ſuburbiis, villis, & extra
muros habitare, ibiq. eccleſias edifica-
re, vbi ad diuina audienda, ſacramen-
taq. accipienda gentes eſſent, & eo cõ-
1 currerent. † Ex quo deductum eſt, vt
principalis earum eccleſiarum pleba-
nia diceretur, quæ ſic dicitur, iuxta,
cap. 1. ne cler. vel mon. lib. 6. quia ſub
ſe plebes habet, & cappellas, in quibus
clerici inſtituuntur perpetui, ibi dum
dicitur. *Niſi eędem eccleſiæ fuerint ple
baniæ ſub ſe cappellas habentes:* & ue-
nit ſub nomine parochialis, quãdo ſic
eſt, & curata, vel habendo ſub ſe cap-
pellam, quæ ſit de menſa plebis. Abb.
in c. ex parte, nu. 1. de reſcrip. & in im-
petratione de qualitate mentio eſt fa-
cienda. Rebuff. in 3. part. de ſignat. nu.
7. & dicit multa in trac. de nominat.
2 q. 16. nu. 19. † Et dicitur eſſe dignitas,
quãdo habet cappellas perpetuas, per
eundem text. & ſi aſſumatur quis ad
eam per electionẽ, venit appellatione
prælati Mil. in verb. prælati. verſ. 16.
& ſic eſt poſitum hoc verbum in Cõc.
Tri. ſeſſ. 5. de reform. c. 2. §. Archipreſ-
byteri quoque plebani, & diximus in
trac. de dignit. eccl. c. 9. 2. par. & differt
ab impetratione de eccleſia curata ſim
plici. Gemi. eo. c. nu. 8. ne cler. vel mon.
lib. 6.

lib.6.vbi de iure plebanatus ī ſuis cappellis.& Dom. Card.in conſ.45.& qñ ſunt plures in ſua eccleſia intitulati,habet ipſe Plebanus iuriſdictionē, eique tenentur de pertinētibus ad eccleſiam obedire. idē Gemi.in c.1.de conſuetu.
3 lib.6. † Licet iure expreſſe non ſit determinatū, ideoq. ſtari cōſuetudini,& ſi clerici inſtitui ſolēt, ſine eius conſenſu amoueri non debent. ibidē in final. verbis.Nec ꝓpterea habet iuriſdictionē in parochianos plebanatus ſui, reſpectu fori contentioſi, dicit Abb. in c.cum contingat de for. comp.de iure communi loquendo, ſecus ſi iure ſpeciali,vel ex conſuetudine,habet nihilominus ius patronatus,per doc.in c.ad audientiam, de eccl.edifi.& quandoq. poteſt excōicare alios presbyteros debentes quid certū in rationem cenſus vide Lapū alleg.37.incip. an dignitas, etſi habet iuriſdictionem, nō dubium quin poſſit conſtituere Vicarios,idem Lap. in alleg. 5.incip. in hac allegatione,quia hoc ad iuriſdictionē pertinet,
4 vt infra de Vicariis dicemus. † Quòd autem habeat curam animarum, & clericorum,& laicorum,qui ſunt intra eius plebanatum, & parochiā curatā, omnes concludūt, & ad quem omnes accedere tenentur pro receptione ſacramentorū, ex quo dixit notāter Per. de Anch.in citato c.1.ne cler.vel mon. lib.6.2.notab. ꝙ eſt dare eccleſiam parochialem,& plebaniam,non tñ collegiatā, & plebania vacante,cui populus ſubeſt,ſunt obſeruāda oīa de Vicario, & examine, & aliis, vt dictū eſt in eccleſia parochiali vacante,ſup.tit. prox. & tit.2.ideo pauca ſpecialiter de plebanis tractantur, cum ad omnia dicta in ſuperioribus reccurrendū ſit, quia cū ſint de fauorabilibus de ſimilibus ad ſimilia extendimus, arg.tex.in c.ſtatutum, de elec. lib.6.
5 † Cum in ipſa viſitatione plebanus, vt parochus ſit,& quo ad regimen eccleſiæ,& curā aīarū epiſcopus inquiret, ſtatū,conditiones, & mores,atq. modum regendi,ſingulaq. præſcrutabitur,prout ſupra de eccleſiis parochialibus,& parochis dictū eſt, eo maxime circa inſtructionē plebis,in his, ꝙ neceſſaria ſunt ad ſalutē, attēta capacitate ipſius plebis,vt ſic ſatisfiat alleg.decr.Conc.Tri.ſeſ.5.c.2.§. Archipresbyteri,& aliis,de qbus in ſuperiorib⁹ ampliſſime ſcripſimus, idq. pręcipue,ut curēt plebani ipſi (qđ, & parochi ēt facere tenenť),vt qui ī paſcēdis beſtiis dediti ſunt,ſalt ē dieb⁹ feſtiuis ī eccleſis ad Miſſas audiēdas cōueniāt.Syn.prou.Medi.2.par.fol.39.&c.

DE ECCLESIIS NON CVRATIS, SEU *ſimplicibus Beneficÿs.*

CAP. SEPTIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatio quare ſit introducta.*
2 *Eccleſię non curatę, ſeu ſimplicia beneficia viſitātur ab eṗo.*
3 *Eccleſia an præſumatur ſine cura.*
4 *Eccleſia ſemel curata, ſemp eſt curata.*
5 *Beneficiū,qūo pōt eē curatū dupliciter.*
6 *Beneficÿ appellatione quid veniat, & an epiſcopatus.*

7 *Aetas requiſita ad beneficia ſimplicia, quę ſit. Ex Conc.Trid.*
8 *Beneficia plura habere an liceat.*
9 *Beneficia intra quod tempus ſint conferenda.*
Fructus beneficiorum vacantium, in quæ conuertantur, & de pœna accipientium eos.nu.eo.
10 *Expreſſio vniuſcuiuſq; beneficij facienda eſt in impetratione.*
11 *Viſitatio in beneficijs ſimplicibus circa quæ fit.*

1 Licet viſitatio† principaliter introducta ſit ad populi inſtructionẽ propter animarum ſalutem (quo reſpectu dominus noſter Ieſus Chriſtus carnem aſſumere voluit humanam. Ioan. cap. 1.de ſum.trini. cap. 1.) vt in eo ſacra, orthodoxaque doctrina expulſis hæreſibus introducatur, boni mores cõſeruentur & praui corrigantur,cohortationibus,admonitionibus, increpationibus. 1.ad Timot. cap. 1. & omnes ad religionem, pacem, atque innocentiam accendantur. ſeſſ.24. Conc. Trid.de refor.gen. c.3.§.viſitationum autem,ſupra lib.1. cap.4. num.22.Vt exinde eccleſiis nõ curatis, & ſimplicibus, ruralibus beneficiis, multi iudicauerint nõ neceſ-
2 ſariam. † Tamen, & ipſis cadit optime, & neceſſaria eſt viſitatio epiſcopi,& eodem iure tenetur epiſcopus viſitare, cap.epiſcopum. 10. qũ. 1. cap. Romana, de cenſib. lib. 6. & ex generali diſpoſitione ipſius Concil. eod. c. 3. in prin. ibi *propriam diæceſim*, & cap. 9. ſeſs.7. de reform. c.8. ſeſs.21. de reform. cap. ſimiliter. octauo, quia diligentia per epiſcopum vertẽda eſt, ne dum circa eccleſias maiores, ſed ẽt minores, vt videat, vbi, & in quibus prouidendum eſt, de ſpectantibus ad cultum diuinum,& refici,quæ indigẽt renouatione,& reſtauratione, alleg. c. 8. Gemin. eod. cap.Romana, num.6.

3 † Et regulariter eccleſia præſumitur non curata,ſed ſimplex beneficium de iure, & dicẽti curam ineſſe,incumbit onus probandi, notatur in c.cum illis. de præb. lib. 6. Feder. de Senis, conſ. 136. dixi in famil. ſing. in l.6.nu.23. latius Ioan. de Selu. doctor Gallus, in trac.de benef.1.par.Floren.in 3.tit.15. cap.1.Doctor Rebuff.in prac. benefic. 1. part. tit. ſecul. benef.nu.2. (& not. tex.eiuſdem cap.cum illis, pro impetrante litteras à Sede Apoſt. prouideri ſibi de beneficio, nõ includi curatum, per rationes in tex. quod nota ad multa, & in facto fuit ample diſcuſſum, ſed non dum deciſum ex intermediis
4 oppoſitis per partem.) † Si tamen eccleſia olim fuiſset curata, & hodie, vt non curata tractatur, non habebitur, vt ſimplex beneficium, ſed etiam curatum iudicabitur, etiã quòd habitu, non actu habeat curam animarum,ſicut de collegiata dictum eſt ſupra hoc libro cap.1. licet nõ in reſidendo propter curam populi actualiter deſtitutam, ſed bene ad promotionem, cap. licet canon de elect. lib. 6. Felyn. in cap.accedentes de præſcrip.& in declaratione Concilij Tridentini. ſeſs. 25. de reformat.gener.cap.16. & ſic in curiis declaratum, vt circũſtantiæ, qualitates ipſius facti obſeruentur, ſecundum propriam naturam rei. argum. not. per gloſs. in cap. notificaſti. 33. quæſtio. 5. ſicuti de ratione feudi, antiqui

antiqui dicitur, quòd licet reſpectu no uæ conceſſionis, videatur nouum, tamē iudicabitur atteta prima ſui qualitate, in iiſdem familiar. ſingul. in l. F. num.
5 42. cum duob. ſequentibus. † Poteſt enim beneficiū eſſe curatū dipliciter, vel reſpectu fori contentioſi, vt in mul tis contigit Archidiacono, & inferioribus prælatis, vel fori pænitētialis, vt in ſacerdote curato, quo caſu proprie loquēdo dicimus beneficium curatum, ſecundum glo. in extrauag. Ioann. 22. execrabilis in verbo cura animarū, de præb. & dignit. & notat optime Petrus Rebuff. in eod. tract. nomin. quæſt. 9. num. 53. ubi tangit, quæ ſit dignior cu ra, vel fori contentioſi, vel pænitentialis, licet glo. in clem. dudum in §. ac deinde in verb. impendant. de ſepulr. nō determinet, quia tex. ibi loquitur de ſibi volentibus confiteri, curatis vero im minet neceſſitas ex parte vtriuſq. in §. verum, & hic magis intelligimus de cura animarum, reſpectu fori pæniten tialis, & ſacramentorum adminiſtrationis, quia in eo eſt proprie cura ani-
6 marum. Rebuff. notat eodē loco. † Eſt autem beneficium, iuxta glo. in eadem extrauag. circa princi. nomen largum, comprçhendēs multa, vt Canoniam, Præbendam, Dignitatem, Perſonatū, Officium, Eccleſiam, Vicariam, Præſtimonium, Pēſionem ad uitam aſſignatā pro titulo. Alph. Alua. in ſuo Spec. c. 34. immo beneficiū de menſa, Terras beneficiales, quæ ſunt ſine altare, ſine titulo, ut in multis eccleſiis videmus. Neapoli dicunt terras beneficiales, & rurales, (hic Sarni oratoria, id eſt, quia oportet orare pro anima relinquentis,) & quòd prçſtimonia veniant appellatione beneficii dixi ſupra lib. 1.

cap. 20. num. 23. ex decreto Concil. Trid. ſeſs. 5. de reform. cap. 1. ſeſs. 14. de reform. cap. 9. & ſi penſio non eſt in titulum, dicit Gemin. in capit. quamuis. num. 2. de prçb. lib. 6. non continetur. & facit tex. in cap. quoniā de conceſs. præb. eod. libr. Namque hoc nomen beneficium de ſui natura eſt amplecti beneficia maiora, & mino ra. iuxta. cap. ſi hi. de confeſs. lib. 6. ex quo tex. multi dixerunt compræhendi etiam epiſcopatum, quorum dicto adſtipulatur tex. in cap. Fçlicis. §. quod ſiquis de pçn. ipſomet libro, dum dicit quouis beneficio, & poſt modum declarando ſubiunxit, etiam ſi pontificalem, vt dictio etiam non ſit inter diuerſa, ſed declaratoria, & clarius implicans, cuius proprium eſt, cap. cum om nes de conſt. Abb. in cap. 1. num. 3. de commod. Doct. in l. etiam. C. ſi tut. vel cur. in l. etiam. ff. ſolu. matrimo. implicando minus dubitabilē caſum, & exprimendo magis dubitabilē, de quo dicto vide Marc. Mant. ſing. ſuo. 33. incip. ſolemnus. in communi fol. 840. Maria. Socci. in cap. excommunicamus, num. 42. de hçret. ſed in propoſito eſt dubium, vt dixi in tract.
7 de dignita. eccleſ. cap. 7. 2. part. † In ipſis vero ſimplicibus beneficijs nō attenditur ea ætas, quæ in curatis, ex multis differentiis, Lapus in all. 35. & cap. licet canon. de elec. lib. 6. & de iure communi, ex omnibus doctoribus, in his ſimplicibus ſufficiebat çtas ſeptem annorum, non autem minus, gloſ. in cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6. & in capit. ſuper inordinata, de præben. cum ſimiliter ad ordines exiſtentes in tali çtate poterant promoueri. 28. diſt. cap. de his, & notatur in di. cap. ſuper

inordinata. hodie ſecus, quia requiritur ætas quatuordecim annorum, & ad quatuor minores ordines, & ad beneficiũ, ex generali conſtitutione Cóc. Trid. ſeſs. 23. de reformat. cap. 6. Mart. Nauarr. in Manu. cap. 25. num. 135. cum ſeq. quod, & in viſitatione ipſorum requiritur, quòd inquiratur. Qua ætate beneficium eſt obtentum, habendo reſpectum ad litteras inſtitutionis, idq. ſanctę eſt ordinatum, cum poſſidens ſic beneficium, ad officium teneatur, vt lib. 1. cap. 20. eſt dictum, non facile adimpleretur a conſtituto in tali ętate ſeptem annorum. Quia ſunt beneficia inſtituta ad diuinum cultum, & eccleſiaſtica munera obeunda ſeſs. 21. eiuſd. Conc. de refor.
8 cap. 2. † Sed dubium eſt, ſi iure licitum ſit habere plura beneficia ſimplicia, & dicimus non eſſe improbatum, diſputat Lapus allegat. 35. vtrum abſque, quàmuis glo. magna in cap. dudum lo 2. de elect. dicat eſſe dubium, quando primum eſt ſufficiens ad vitam, tamen omnes concludunt de conſuetudine tolerari, Papa ſciente, quòd plura retineantur, etiam quòd vnum ſit curatum, & alia ſimplicia. idem Lapus in alleg. 116. Philippus in ſuo teſtamento. etiã quòd alteri ſimplici curatum ſit annexum, nõ facit incompatibile. Mandoſ. in vlt. addit. ad Lapum, dic. alleg. 35. ſed re uera, cum quis habet neceſſaria ad uitam, non debet alia quærere, & meritò hanc beneficiorum pluralitatẽ, quando vnum, vel duo ſunt ſufficientia, mitigat Conc. Trid. ſumma ratione, ſeſs. 24. de reform. gen. cap. 17. §. ſtatuit, & §. hęc quoq. & notat bene Mar. Nauar. in ſuo Man. latino. cap. 25. nu. 125. cum plu. ſeq. & facit dictum Hoſti. in cap. cum eccleſiaſticæ. de except. Quòd ẽ crimẽ habere plura beneficia, gl. in alleg. extraua. execrabilis. in prin. & dicit multa Petr. Rebuff. in prax. benef. 2. part. tit. de diſpenſ. ad plur. ben. latiſſime Alphõ. Aluar. in ipſo cap. 34. ſui Speculi, Do. Florent. in ſumma. 3. parte. tit. 15. cap. 1. §. 7. cum duobus
9 ſequent. † Cum tamen vacat aliquod ex his beneficiis, debet epiſcopus ſtatim idoneis conferre, ſi in menſe conceſſo contigerit vacare, iuxta diſpoſitionem regularum, vel ex alternatiua mẽſium conceſſa perſonaliter reſidentibus tantum a Sanctiſs. D. N. primo anno. ſui Pontif. & demum iterum an. 6. confirmata. de qua plenius ſcribimus infra ſuo loco cap. 28. & a die habitæ notitiæ vacationis, intra ſex menſes. de conceſs. præb. cap. nulla, aliter poſtea facta collatio non tenet. c. fin. de ſuppl. neg. prælat. cap. quia diuerſitatem, eo. tit. de conceſ. præb. non tamen ſe intromittẽs ſuperior in vacãtibus beneficiis in Curia Romana, & apud Sedem Apoſtolicam. quod ſimile eſt, dicit gl. in cap. ſtatutum, de præb. lib. 6. ſed Couarr. examuſſim declarat in pract. qq. cap. 36. num. 4. verſ. ceterum, neq. poſt lapſum menſem, contra cap. 2. & 3. de præb. eod. lib. per conſtitutionem execrabilis, alias incip. piæ ſollicitudinis, ſub tit. de præb. Gomeſ. in regul. de trien. quæſt. 31. fructus tamen interim currentes, vel in vtilitatem eccleſiarum expendi debent, vel ſucceſſori fideliter ſeruandi ſunt: de elec. lib. 6. cap. quia ſępe. dummodo ex priuilegio aliter nõ ſit ſtatutum, iuxta cap. ſi propter de reſcript. Pæna autem in vſurpantes, vel aliquo modo occupantes, per eundem tex. in cap. quia ſæpe, eſt

pœna

pœna ſuſpenſionis, donec integra fuerit facta reſtitutio, cui textui, cũ loqueretur de eccleſiis cathedralibus, regularibus, & collegiatis tantum, acceſſit conſtitutio Bonif. VIII. de offic. ordi. cap. præſenti. lib. 6. diſponens in quibuſcumq. eccleſiis, quod epiſcopi, & alii ſuperiores ſunt ſuſpenſi ab ingreſſu eccleſiæ, ceteri vero ab officio, & beneficio, quouſq. non fuerit facta eadem reſtitutio, nec ulla cõſuetudo in eccleſiis cathedtalibus, collegiatis, iuramento, aut priuilegio firmatã, aliter valet, nec tenet, immo maior eſt addita pęna per cõſtitutionem Pii V. Pont. Max. incip. dudũ nimis. ſub 5. an. ſui Pont. 1570. teſtatur Mart. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 150. vbi epiſcopi ſunt exercitio Põtificalis officiis ſuſpenſi, capitula, collegia eccleſiaſtico interdicto ſuppoſita, & ſingulares perſonæ ſententia excommunicationis innodatæ, donec in omnibus facta ſatisfactione fuerit per ſedem Apoſtolicam diſpenſatum, & ſupra diximus lib. 1. c. 27. nu. 8. circa finẽ & facit tex. not. ad eandẽ materiã Cõcilii Trid. ſeſs. 22. de refor. c. 11. per Anton. Philot. in ſua compilatione lib. 4. fol. 343. ſub tit. de vſurp. rer. eccleſiaſt.

10 c. vnico. † Quando tamen epiſcopus viſitat, videbit ſi in impetratione facta alicuius beneficii a Curia Romana, impetrans habebat aliud beneficium. Namq. ſi tacuerit, nulla ſuffragatur ei impetratio facta & vacare dicitur, ipſeque intruſus, nec fructus ſuos quouis pacto facit. c. ſi proponente de reſcrip. c. cũ teneamur. de præb. quia debet de omnibus mentionem facere, ſicuti de multis aliis gl. optima in d. c. ſi proponenſe, & eſt tex. in c. ſi motu proprio. §. 1. de prędb. li. 6. & per omnes doct. Eloſeñt. in 3. tit. 15. c. 1. §. 7. ponit Fel. in c. in noſtra de reſcript. niſi de motu proprio, non ad alterius petitionem eſſet facta conceſſio, quę clauſula vitiũ ſubrectionis tollit. eod. c. ſi motu proprio Ioan. Andr. & Paulus in clem. plures. in verb. directas. de iure patron. & in clem. ſi Romanus Pontifex. de pręben. de qua clauſula motu proprio, dixi multa in famil. ſingu. in l. C. num. 86. quòd epiſcopus poterit ea vti. ſufficit pro nunc, Do. Gomeſ. in tract. breu. nu. 13. Petr. Rebuff. ponit 47. effectus huius clauſulæ, motu proprio. in Corcor. in form. mand. & in pract. benef. 1. part. de clauſ. Man. nu. 21. cum pluri-

11 bus ſeq. vbi videri poteſt. † In viſitatione igitur harum eccleſiarum non curatarum, & ſimplicium beneficiorum, diligentes erunt faciendæ interrogationes & inquiſitiones, de nomine, & titulo eccleſiæ, eiuſque beneficii, quis eccleſiam fundauit, a quo tempore, & quantum eſt, quòd ſit beneficiatus, ſi poſt ſaltem primam tonſuram, a quo habet inſtitutionem, & ad quem ſpectet, ſi in fundatione adfuit conſenſus epiſcopi, ſi eſt libera eccleſia, vel in ſe habet aliquod onus, aliquem cẽſum, quomodo ſe habet Rector in ſui regimine, ſi in neceſſariis ſubuenit, ſi patitur occupari bona, cenſus, ſi celebrat diuina, ſaltem in feſtis tituli, ſi celebrat officiũ, de qualitate item reddituum, in quibus conſiſtant, ſint deſcripti in communi inuentario, quomodo diſpenſentur, ſi poſſeſſiones, ceterave bona recte gubernentur, nec aliquid ſit alienatum cõtra formam ſacrorũ canonum, de paramentis, edificiis, ſi ad ſunt patroni, ſi extra muros ciuitatis, ſi ſunt

collapſæ eccleſiæ, & nequeunt reſtaurari, quòd vniantur, & transferantur, cum alijs, prout ex loci qualitate apparebit, & viſitantis prudentia iudicabit, de quibus mulia ponit Domin. Florent. in ſum. 3. part. titu. 20. cap. 6. §. primo. Bullæ etiam reuiſæ regiſtrentur, poſt diligentem earum recognitionem, nec quid prophanum, ſordidumve iuxta ipſas eccleſias fieri patiatur. Hæc viſitatio omnino ab epiſcopo eſt facienda, nec quis ſe tueri poteſt, quod non viſitetur. ſeſſ. 7. Conc. Trid. de refor. c. 8. ſeſs. 24. de ref. gen. c. 3. &c.

DE ECCLESIIS EXEMPTIS, ET QVAE nullius Diœceſis eſſe dicuntur.

CAP. OCTAVVM.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet ius viſitandi eccleſias exemptas.*
2 *Eccleſia quæ dicitur nullius diœceſis a quo epiſcopo viſitentur.*
3 *Exempti qualiter viſitentur ab epiſcopo. nu. 4.*
5 *Epiſcopus in loco exempto ſuę diœceſis quę poſſit adminiſtrare.*
6 *Animarum curam habentes ſubſunt epiſcopo.*
7 *Epiſcopus an poſſit dare exemptionē.*
8 *Epiſcopus, quam iuriſdictionem habet in exemptos.*
9 *Exempti poſſunt cogi ab ordinario oſtendere titulum exemptionis.*
10 *Eccleſia exempta an dicatur eſſe de diœceſi.*
11 *Exemptioni an poſſit renunciari, & quando.*
12 *Exempti tenentur venire ad proceſſiones, & differentias ortas de præcedentia iudicat epiſcopus.*
13 *Epiſcopus non debet infringere exemptionem datam a Papa.*
14 *Exemptio conceditur per Breue Apoſtol.*
15 *Eccleſia an poſſit præſcribere exemptionem.*

EX liberalitate Summorum Romanorum Pontificū oculos dirigentium ad ſupplicantium merita, & cauſas, factum eſt multotiens priuilegia exēptionis multis perſonis, eccleſiis, locisve eſſe conceſſa, quæ tractu temporis contra mētem concedentium, viſum eſt perturbationem in iuriſdictione epiſcoporum cauſaſſe, ac ipſos exemptos in laxiori vita eſſe conſtitutos, vt legitur in Cōcil. Triden. ſeſs. 24. de reform. gener.
1 cap. 11. † Vnde quàm optime ordinatum eſt, nullam eſse exemptionem eccleſiis conceſsam tanti effectus, quin epiſcopus nō viſitet ipſas eccleſias exēptas, etiam tamquàm Apoſtolicæ Sed. authoritate delegatus. ſeſs. 7. eiuſ. Concil. de reform. cap. 8. & ead. 24. cap. 9. in prin. etiam quod beneficiati reſideāt in Curia Roma. vel in familiaritate DD. Cardinalium exiſtant, reſpectu tamen ipſarum

ipſarum eccleſiarum,& ipſorum beneficiorum, nam quocumque priuilegio non obſtante viſitabit ordinarius ipſa loca. ſeſſ.24. eod.cap. 11.§. quæ vero. Quia maius dicitur priuilegium viſitationis, quàm familiaritatis, & maior eſt fauor eccleſiarum,ex quarum cultu
2 honor Deo debitus impenditur † Sic de eccleſiis, quæ nullius diœceſis eſſe dicuntur, vt modo viſitentur ab epiſcopo viciniori, cuius cathedralis eccleſia proximior eſt: & ſi dubium extat, quis ſit vicinior epiſcopus,in Concilio prouintiali debet fieri electio a prælato illius loci,authoritate ſedis Apoſtolicę de aliqua perſona idonea,a qua ipſę eccleſiæ nullius diœceſis viſitentur, non obſtantibus quibuſcumq. priuilegiis, & conſuetudinibus,ex generali diſpoſitione eiuſd.Conc.Trid. ead.ſeſſ.24.de reform. gen.c.9. ex ſeſſ.6 de refor.c.4. ſeſſ.7.cap.8. ſeſs.21.de reform.c.ſimiliter octauo: in quibus iuribus de ipſa
3 viſitationis materia tractatur. † Perſonas,item exemptas circa viſitationem, & correctionẽ viſitabit epiſcopus,nulla eis ſuffragante exemptione, inhibitione,aut appellatione,eadem authoritate Sed. Apoſto.delegata,ex deciſione eiuſd.Conc.dit. ſeſs.24. de refor. gen. cap. 15.& cap.ſeq.quocumque titulo, Prothonotariatus, Comitis Palatini, Cappellani Regij, & ſimil. non obſtãte,ex alia ſimili antiqua Conſtitutione Innoc. III. Sum.Pontif.de priuil.cap. cum cappella, in eod. decreto innouata. & ibi vide Abb. nu.6. ꝙ priuilegio conceſso,ꝙ quis non poſſit excommunicari niſi a Papa, tamen poterit conueniri,cum non uioletur priuilegium, & uno denegato,aliud videtur conceſſum, vulgato tex. in c.nonne, de præ-
4 ſumptio. † Et quicũq. fuerint exẽpti, etiam habẽtes certum iudicem a Sede Apoſtol. vel extra monaſterium degentes, in ciuilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarũ epiſcopo loci ſubduntur, & coram ipſo conueniuntur, ex decreto,ſeſſ.7.eiuſd.Concil.de refor.c.14.vbi Conſtitutio Innoc.IIII. poſita in c.1. de priuil.lib. 6. ſimiliter innouatur, & id etiam ratione cõtractus,& delicti coram ordinario conueniuntur,de quo latius dicemus ſuo loco, infra cap. 20.& quàmuis Doctor. in dic.c.1.de priuil. lib.6. velint poſſe dari priuilegia,etiam ad illa capita ibidem adnotata,tamen oportet in ſpetie derogari, & eidem cap. 14. dict. 7. ſeſſ. nec iuuaret, ſi poſt citationem, & præuentionem ordinarij, eſſent, ex illo vulgato text. cap. cum cappella. ſuperius citato. Namq. per citationem inter alios caſus, præuentio iuriſdictionis inducitur. Bar. & Docto. in l. ſi plures.ff. de leg. 1.& in facto notab. ſcribit Afflic.in deciſ.219.nu.3.incip. In foro Archiepiſcopali:Et an præuentio per citationem realem præferatur citationi verbali, non dico nunc. vide per Hyppol.de Marſil.in l.finali.num.
5 206.ff. de iuriſd. omn. iud. † In ipſis nihilominus eccleſiis exemptis in ſua tamen diœceſi exiſtentibus,poteſt epiſcopus non obſtante exemptione, populo benedicere, audire diuina officia, ea celebrare, vel coram ſe celebrari facere ex clem.2. de priuil. etiam baculum paſtoralem ante ſe ferendo, ſicuti Archiepiſcopus poteſt crucẽ, per eundem text. Paul. de viſitat. ſecunda parte, quæſtio.3.nume.9.Abb. in cap. ſecundo, nume.1.vt lit.penden.& Rolan. a Valle doctor Caſalenſis in conſ.

35.Illu-

6.35. Illuſtriſs. num. 15 lib. 3. † Nec ſub quibusvis expræſſionibus fuerit conceſſa exemptio eccleſiæ, ſeu perſonis, poteſt obſtare, vt per ipſam epiſcopus non poſſit viſitare presbyteros curam animarum habentes. Ipſi enim circa ipſam curam, cum eorumdem parochianis epiſcopo ſubſunt, & ab ipſo viſitantur. cap. per exemptionem, de priuil. lib. 6. Nec ipſi exempti poſſunt alicui curam animarum committere, ſine licentia ipſius epiſcopi. cap. cum, & plantare, eod. tit. not. in ſpetie Aluar. Pelag. de plant. eccl. lib. 2. cap. 23. in fine, quod eſt optime determinatũ iure nouiſſimo Concil. Trident. ſeſs. 25. de regul. cap. 11. vbi notãda ſunt illa verba in fine poſita. *Saluo tamen eorum epiſcoporum iure, qui maiorem, in prædicta loca, vel perſonis iuriſdictionem exercent, quibus Concilium*
7 *non derogat.* † Sed an epiſcopus etiam concedat hanc exemptionem, vel ſolus Papa, & dicunt ab ipſo ſolo, per cap. luminoſo. 18. q. 2. & gloſsa ſubdit, ꝙ poteſt epiſcopus, non tamen nihil retinendo, in cap. viſis litteris 16. qõ. 2. & eſt ſatis dubia quæſtio, quam in facto pro eccleſiã noſtra Rauellenſi ampliſſime diſſero: & ſimile dicimus ad aliud quæſitum. Si epiſcopus tempore fundationis hoſpitalis, aut alterius loci, poſſit dare priuilegium, quòd a ſe non viſitetur, nec a ſuis ſucceſſoribus, & ponit Feder. de Senis. conſil. 248. prout eum allegat Do. Paui. in extrauag. vas electionis. Do. Bened. 12. in verb. locis: idq. non facit hodie quærere, cum omnia loca viſitẽtur, quibuſcũq. priuilegiis non obſtantibus per eãdem deciſionem adductam Conc. Triden. ſeſs. 7. de reforme. cap. 8. & cap. 9. ſeſs. 24. & deficiente iure ordinario, ſuccedat iure delegato ad viſitandum.
8 † Ex quibus eſt clarum, quam iuriſdictionem habeat epiſcopus in ipſos exẽptos, & dicit multa Specul. de priuil. & ſi non poteſt punire delinquentes, poteſt tamen declarare ipſos eſſe delinquentes. Cardin. in clem. fin. quæſt. 5. de pęnit. & remiſ. ponit Fel. in cap. fi. de for. compe. Vbi quotieſcumque timetur de fuga exempti delinquentis, poteſt ordinarius ſaltem capere, & mittere ad ſuperiores, & ſi ſuperiores negligunt corrigere, poſſunt ordinarij locorum procedere, iuxta Conſtitutionẽ Concil. Gener. Lateran. ſub Leone X. Pont. Maxim. ſeſſ. 10. verſ. in eadem, & quod poteſt obſeruari in practica, & infra cap. 20. nume. 24. & 25. omittendo pro nunc multos caſus, quibus epiſcopi procedunt, ſupplendo negligentiam aliorum ſuperiorum, de quibus ſuis propriis locis opportunius cadit dicendum infra eod. lib. † Poſſunt 9
tamen ipſi exemptionem prætendentes, cogi ab epiſcopo infra ſtatutum legitimum tempus ad oſtendendum titulum exemptionis, in loco tamen congruo, & ſecuro, cap. cum perſonę, de priuil. lib. 6. & ibi per docto. Do. Flor. in ſumm. prima parte, titu. 19. cap. 1. §. quarto. Quia ex iuris diſpoſitione omnes de diœceſi epiſcopo dicuntur eſſe ſubiecti, notatur item in cap. cum venerabilis. de except. Rebuff. de cõgr. portion. nu. 131. Quia omnis dicitur ſubiectus. Abb. in cap. accepimus. nume. 4. de priuil. neque creditur de exẽptione, niſi probetur. cap. porro. c. accepimus. per Abb. eod. tit. de offic. ordin. cap. 1. per eundem, nu. 13. & exinde exemptio dicta eſt ſtricti iuris eſſe,

Innoc.

Innoc. in cap. dudum. de priuil. & poteſtas ordinarij dicitur eſſe fauorabilis. 11. q. 3. cap. peruenit, & c. qui reſi-
10 ſtit. † Sed cum eccleſia facta eſt a ſummo Pontifice exempta, an dicatur eſſe in diœceſi, vel de diœceſi. ſunt. n. hæc contraria, ſecundũ Gul. de Mont. laud. & alios in clem. 2. de priuil. Nam licet locus exemptus ſit intra diœceſim talis epiſcopatus, non tamen eſt de diœceſi ipſius, vt veniat ad ipſum ſpectare. Ioann. Andr. in cap. ſi propter in princ. de reſcrip. lib. 6. in nouell. Abb. in cap. inter alia. num. 29. de immun. eccl. Roland. a Vall. conſil. 24. in caſu propoſito, nume. 8. volum. 2. & conſil. 33. illuſtris, nume. 15. lib. 3. Felin. in cap. graue, prima colum. de offic. ordin. vbi vide multa in materia practicabili ſatis notanda, & ibi tangitur illa ardua quæſtio. Si Prouincia exẽpta a iuriſdictione Regis, dicatur eſſe de Regno, licet ſit in Regno. Ad illud de parte exiſtente in feudo, & non connumerata in iuribus feudalibus, vide ibidem, & per mod. feud. quia nunc non referam, cum res ſita in ſeruitio, poſſit eſſe de non ſeruitio, dixi in famil. ſingul. vbi de aliis in l. F. num. 38.
11 † Nec item poteſt poſtea per exemptũ liberè tali exemptioni renuntiari, cum ſit effectus ſubditus Papæ, ſecus ſi reſpectu alterius fauoris ſui. Fel. in cap. p. & q. nume. 13. de offic. deleg. Quia tunc renunciando rediret ad ius commune, quo iure ordinario ſuo eſt ſubditus. Idem in capit. cum acceſſiſſent. de conſtitutio. licet multi dubitent de hoc, quando Papa eximit aliquem a poteſtate epiſcopi, prout eodem cap. dixi, & ponit Abb. in cap. primo. nume. 9. de re iudic. in cap. fin. ubi latiſſime ipſemet Fel. de foro competen. & cum videamus ad ſupplicationem priuilegia concedi, non ex cauſa plerumque mouente ipſum Papam, non eſt dicere contrarium, quòd non poſſit, quia iuri ſuo, &c. l. in conſcribendo. C. de pact. licet contra, Petrus Rebuff. in praxi benefic. prima parte, de clauſu. mand. nume. vigeſimotertio, & bene, quando ſunt illa verba. Non ad ipſius, vel alterius pro eo nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam &c. quia licet eſſet ſupplicatum, non eſt ſupplicatio principalis cauſa, propter ipſa verba appoſita, quæ ſunt notan-
12 da. † Cum tamen aliqui actus generales, vt proceſſiones fieri debent, tenentur, ipſi exempti accedere, & non venientes puniuntur ab epiſcopo. Felin. in cap. cum dilectus, nume. ſeptimo, de offic. ordin. vbi licet multa conetur dicere, hodie generaliter omnes tenentur, ex decreto Concil. Tridenti. ſeſſio. 25. de regul. cap. 13. §. exempti autem. Vbi item controuerſias ratione præcedentiæ ortas epiſcopus cõponit. Excipiuntur verò ex edicto, vt non teneantur exempti viuentes perpetuo in ſtrictiori clauſura, ex conceſſione eiuſd. Can. in fin. & tam de exemptis ab epiſcopo, quàm a Papa dicimus, vt diſtinctionem Fel. remoueamus. Quia maior eſt fauor generalis, & publicus, q̃ priuatus, & in dubio concedens exemptionem, non intẽdit fauori totius eccleſiæ pro his actibus derogare, ut moderni ad Felin. dice-
13 bant. † Extra tamen actus viſitationis, & correctionis, in reliquis obſeruabit epiſcopus exemptionem conceſſam a Sum. Pont. nec aliquo modo contraire præſumat, alias a perceptione ſacræ cõmunionis

munionis ſit alienus,nec aliter,niſi cōceſſa ſibi ab eodem Romano Pontifice accipere poteſt, habita benedictione tex.eſt in cap.fratres.§. ꝙ ſi contra.16. q.1. dummodo ipſi exempti non abutantur priuilegijs Apoſtolicis conceſſis ſibi,in aliorum ſcandalum, & propriarum animarum perditionē, quia ſic non eis prodeſſent, dixi in famil. ſing.in l.P num 89.ad primum. Quia inferiores non poſſunt de cauſis ſuperiorum cognoſcere, ſed eis competentem reuerētiam tribuere, dicit tex.in l. potioris gradus.C.de offic. rect. prou. & ſic inferior gradus meritum ſuperius agnoſcat.l.1.C.de offic. præf.vrb. nec poſſunt derogare habentibus priuilegia a ſuperiore. Caſſa. in conſuet. Burg.rubri.9.in tex.en quel que.nu.5.
14 fol. 308. col. 4. † Sed hæc exemptio eccleſiis,& perſonis, non per generalē ſcripturam,ſed ſolita erat concedi per Summū Pontif.per breue Apoſtolicū, cum ſignatura,a iuriſdictione ordinarij,Staphil. de breuib.verſ.datur. Petr. Rebuff.de Breu. apoſt. nu.54. Tangit Gomeſ. in eod. ſimili tract. de Breu. nu. 53. Hodie tamen non ita faciliter conceditur,& conceſſo,remanet poteſtas viſitandi, & corrigendi authoritate delegata ſed. Apoſt. per eadem cap. Conc.adducta.ſupra eod.nu.1. (& cū ipſi Pontifices experti ſint priuilegiatos abuti conceſſione exemptionis,aliter litteras,& mentem concedentis intelligendo,& interpetrando quàm fuerit votum ipſius Pont.eximentis, vt in ſimili dicitur in vna conſtitutione D. noſtri in tanta rerum. §. demum animaduerſo,ꝙ ea omnia, potius reſtringunt ipſas exeptiones,quàm amplient vnde ſanctiſſime ad propoſitum ordinauit ipſe D. N. Gregor. XIII. Pont. Max.hoc ann. 1580.de menſe Nouembris in ſua nouiſſima lege, miniſtros, & cappellanos Religionum exemptarum,niſi actualiter ſeruiant & in locis ipſarum eccleſiarum viuant, & degant, ordinarijs ſubiici in ciuilibus, & criminalibus, & in actibus viſitationis, & extra, prout latius in ipſa noua conſtitutione eſt videre. incip.
15 circunſpecta in omnibus.) † Et prædicta ampliamus etiam cum eccleſia vellet ſe tueri aliqua præſcriptione, per quam non impeditur viſitatio, eadem ſaltem authoritate,per nouam deciſionem eiuſd. Conc.Trid.ſeſs.7.de refor. c.8. ibi conſuetudinibus etiam ab immemorabili tempore præſcriptis, tam in eccleſijs exemptis, quī quæ nullius diœceſis dicerentur,ſeſs. citata. 24. de refor.gene.cap.9. in vlt. verb.licet iure communi ſit diſputatum ab vtraque parte,Abb. in cap. dilectus nu.18. de cappell.mon. & illud intelligebatur de pſcriptione, de vno ſuperiore ad aliū, non autem, vt nullum ſuperiorem haberet.cap.cum non deceat,de pręſcrip. doct.de priuil.lib.6.cap cum perſonę. Nō.n. poteſt eſſe quis, & nō ſubditus legi, & iudici. dixi ſupra lib. 1. c. 17. nu.24.ſicut,& uniuerſæ nationes,dicit tex. ſcripturæ.1.Reg.cap. 8 Interrogationes autem, & inquiſitiones faciendæ ab epiſcopo in ipſis eccleſijs, & reformationes, ex ſupradictis ſatis apparent.

DE

DE COMMENDIS, ET Commendatarÿs.

CAP. NONVM.

SVMMARIVM.

1 *Commenda quid eſt, & quotuplex. nu. 2.*

3 *Commenda nō reuocatur ſine cauſa.*

4 *Commenda eſt titulus Canonicus.*

5 *Commendatarius an veniat appellatione Prælati.*

6 *Epiſcopus an poſſit commendare eccleſiam, & infra quantum, & quot tempus.*

7 *Patroni ſunt vocādi cum eccleſia cōfertur in commendam.*

8 *Epiſcopus iure nouiſſimo viſitat omnia beneficia commendata.*

9 *Eccleſia parochialis cui in commendam eſt concedenda.*

10 *Commendas plures curatas quis habere non debet. Et qualiter habens teneatur eas dimittere, nu. 11.*

12 *Viſitatio fit eo modo in commendatario, ſicut in parocho.*

13 *Commendatarij non debent diminuere cultum diuinum, aut mutare ſolitum ſtatum ipſius eccleſia.*

Commendatarius habet plenā adminiſtrationem. nu. eo.

14 *Commendatarius tenetur facere profeſſionem fidei.*

CVM plerumque eccleſias, & ſimplicia beneficia in commendam dari viſum ſit, etiam cathedrales, &
1 maiores. † Videndum eſt de ipſis commendis, earum què commendatariis, & congrua viſitatione in ipſis, ſub breuitate tamen, cum de cōmenda, & ei pertinentibus ample ſcripſerit Aeneas de Falco. in trac. comm. prout ipſemet refert in tract. reſeru. 3. q. prin. num. 11. vbi multa addēdo dicit Gomeſ. in regu. de infirm. reſign. qō. 13. in alia de idiomate. qō. 5. & de trienn. q. ſimiliter. 5. Petr. Rebuff. in prax. benef. part. 2. tit. de comm. latius Quintil. Mandoſ. in ipſa. 32. Regul. Cancell. Vnde dicemus pauca faciētia ad materiā, & practicam viſitationis, Primo, ꝙ commenda eſt cuſtodia eccleſiæ, ſeu gubernatio alicui cōmiſſa, vt dicit gl. in cap. nemo deinceps, de elec. lib. 6. idq. ſępius fit propter neceſſitatem euidētem eccleſiæ, vel propter eius vtilitatem, item, & perſonæ, vt infra dicetur, & aliquando de iure committitur fieri. iux. c. cum dilecta. §. dictum inſuper, de reſcrip. Barb. conſ. 2. nu. 1. incipit ſollemni. 2. vol. vbi multa ponit pro intellectu text. & glo. eiuſdē
2 capituli nemo deinceps. † Eſt autem commenda duplex proprie loquendo, Perpetua, & Tēporalis. Prima, quia tā de curatis, quàm nō curatis beneficiis

perpetuo

perpetuo in perſona conceditur. & de hoc verbo, perpetua comenda meminit ſynod. Gener. Trident. ſeſs.7. de reformat. cap. 4. & paulo inferius dicam.& ponunt doct. in alleg. c.nemo deinceps per illum tex. & temporalis, vel ad certum tempus a Papa determinatum, vel quouſque prouidebitur. (non tamen ſępius fit, cum beneficia non debeant dari ad tempus, ſed perpetuo.c.Sanctorũ.70. diſt.in c. veniẽs de fil.presbyt. in c.1.de cappell. mon. lib.6.quia talis eſt natura beneficii, vt perpetuo, dum viuit beneficiatus duret. alia glo.in clem.quia contigit. §.vt
3 autem de relig. dom.) † Hæc igitur commenda temporalis. licet poſſit ad nutum reuocari.61.diſt.cap. obitum, & Rebuff.de pacif.poſs.nu. 6.quando fuit facta intuitu loci, non perſonæ, namque ſi reſpectu perſonæ durabit, eius vtilitate ſic requirente, vt ibidem dicit Rebuff. nu.62. licet Papa habeat plenariam diſpoſitionem omnium beneficiorum. cap. 2.de præb. & in omnibus eccleſiis ſingulariter, & vniuerſaliter habet plenitudinem poteſtatis. not. Innoc. in cap. cum pridem. de pact.non tamen ſolet ſine cauſa reuocare, vt ſcribit idem Rebuff. de euocat.quæſtio.7. nume. 64. & in titu.de commend. in praxi benefi. nu. 67.cũ ſeq. ex illa regula. Nullum eſſe priuandũ ſuo beneficio ſine cauſa. not.Doct. per illum tex.in c.2.de conſtit. c.inuẽtum.16.quæſt.7.& in dubio non pręſumitur Papam vti poteſtate abſoluta. Bal.in.l. fi. verſ. attamen. C.de quadr. præſcr.nec eſt verum prout de conſuetudine experimur, quod dicit Gem.in d.c.nemo deinceps, commendam datam, non ad vtilitatẽ eccleſiæ, ſed perſonæ non valere, nam, & merita perſonarum id etiam exigunt.c.de multa. de
4 præben † Nempe videmus, ꝙ cõmenda dicitur titulus canonicus.c.dudum lo 2.de elect.gl. in ipſo c. nemo deinceps & ſequũtur cõmuniter Doct. Archid.in c. ſi propter. de reſcri.lib.6.& Rebuff. per plures notab.rationes, de pacif.poſs.nu.47.cũ ſeq.Gem.eo.c. nemo.Moderni in ſuo tract.de cõmend. (& a pari iudicatur cum beneficio. inde bene dixit gl.in præfato c.nemo, ꝙ volens impetrare beneficium tenetur facere mentionem de commenda, quã habet, alias vacaret, per c.ſi motu proprio de præb.lib.6.quia tenetur exprimere omnia requiſita, ponit optime Fel.in c.in noſtra de reſcrip. vbi, quæ
5 ſunt exprimenda.) † Ex quo licet aliqui velint, ꝙ cõmendatarius non dicatur Prælatus, ſed bene habere adminiſtrationem.21.q.1.c. relatio. & doct. vbi ſupra.vt ſic ſint duo contraria inſimul, ꝙ eccleſia careat Pręlato, & quòd non poſſit impetrari, eſt tamen affinis pręlato, immo hodie dicimus, ꝙ commendatarius, maxime perpetuus, eſt verus prælatus, cum habeat plenã tã adminiſtrationem in ſpiritualibus, & temporalibus.Barb.eod.cõſ.2.nu. 25. vol.2.& regulatur attenta qualitate, & dignitate eiuſdem eccleſiæ, cui præficitur; ſicut hodie ſunt multæ eccleſię cum dignitate mitræ, & baculi paſtoralis, quę dantur in commendam, quis recuſabit dicere ipſis præpoſitum non eſſe verum prælatum, & iiſdem quali-
6 tatibus potiri. † Et ſimilis commenda conceditur a Papa in titulũ, non ab epiſcopo Abb. in cap. ſi conſtiterit.1. col.de accuſat.poteſt tamen epiſcopus commendare ad ſex menſes, dummodo

do faciat infra terminum ſemeſtris ſibi ſpectantis, & hoc iure ordinario, vt concludunt Doct. in eod. cap. nemo deinceps. Rebuff. de pacif. poſſeſs. nu. 57. poteſt etiam aliquis commendare, quouſq. a ſuperiore prouidebitur. arg. cap. cum teneamur. de appell. quibus ſex menſibus finitis, quando commēdat ad tempus iure ſuo, ſe amplius non intromittet, quia ius ſuum dicitur expiraſſe glo. fin. in adducto ſæpius cap. deinceps. nec per viam prorogationis. per Bal. conſ. 164. quidam lib. 1. de illa prouiſione, & commenda quouſque a ſuperiore prouidebitur, habemus deciſionem Concil. gener. Trid. ſeſs. 24. de reform. gen. c. 18. vbi loquitur de Vicaria, ponēdo vicarium in eccleſia vacante, de quo infra. ſuo

7 loco dicemus. † Cum autem eccleſia in commendam confertur, vocandi ſunt patroni, ſi in ea ad ſunt, vel alii, quorū intereſſe poteſt prætendi, glo. in d. cap. & reaſſumit Sylu. in verb. commenda. nu. 3. verſ. 5. & rationi congruum eſt, ne ius competens ipſis auferatur ab eis inauditis, cum eccleſia ſit cultrix iuſtitiæ. cap. 1. de alien. feud. in vſib. feud. licet poſſit dari differentia, ſi patroni ſint eccleſiaſtici, vel laici, per ea, quæ dicit Abb. in cap. cum propter nu. 6. de iure patron. quamq̃ de iure dicamus in Papa, in omnibus libere poſſe, per iura, quæ in alio ſupra diximus.

8 † Et eas eccleſias commendatas curatas, & non curatas, ſeu quæcumq. alia beneficia commendata, ſiue ad tempus, ſiue in perpetuū, iure ordinario viſitabit epiſcopus, & vbi tali iure non poteſt, ſupplebit tamquam delegatus Sed. Apoſtol. Monaſteria, Abbatias, Prioratus, Præpoſituras, in quibus de eſt regularis obſeruantia, beneficia ſecularia, & regularia qualitercumque commendata, per amplam deciſionē eiuſd. Conc. Trid. ſeſs. 21. de reform. cap. 8. nec eſt derogatum per aliud c. 20. eiuſd. Conc. ſeſs. 25. de regular.

9 † Vnde ſi parochialis eſt eccleſia commendata. videndum eſt, cui ſit commendata, vt non niſi conſtituto in ætate legitima, ſilicet annorum. 25. & in ordine ſacerdotali. iuxta cap. licet canon de elect. lib. 6. nec iuuat vnum ſine alio, quia tex. copulatiue vtrumq. requirit, & ætatem. 25. annorum, & ſacerdotium, & ita ſequitur gl. in c. ei cui. de præb. eod. lib. & vtrobiq. Doct. & procedit tex. eiuſdem ca. nemo deinceps. alia gl. in clem. 1. de offic. vicar. Do. Florent. in ſum. 3. part. tit. 15. cap. 1. §. 6. uerſ. ſed talis. nec expectatur tēpus ad promouendum, & diſpenſari ad quodlibet ipſorum, reſpectu ætatis 25. annorum, de ſacerdotio, & eccleſia parochiali ad ſolum Papam pertinet, non autem ad epiſcopum. eod. cap. licet canon, cap. permittimus. de ætat. & qual. ipſo libro. & glo. in ipſa clem. vnica de offic. vicar. nec admittimus opinionem Archidiaconi aliter ſentiētis, vt cōmuniter ſequūtur Doct. quia

10 iure non expræſſum. † Item vnus duas parochiales nō poteſt habere in cōmēdam, ſeu duo beneficia curata, namq. ſicut incōpatibilitas inducitur ex duabus eccleſiis parochialibus, c. cū in cunctis. de elect. c. de multa de præb. ita, & per duas curatas eccleſias commendatas, Sylu. in verb. commenda. nu. 7. Rebuff. de pacif. poſſeſs. num. 64. Do. Paui. in tract. de offic. & pot. cap. Sed. Vac. part. 2. q. 3. & inde dicimus rationem, quia commendare eccleſiam,

non

dam prouiſi,cuiuſcumque ordinis,& militiarum, ſeu quocumque alio titulo, fecerint publicam profeſſionem fidei, iuxta decretum generale Concil. Triden. ſeſſ. 25. de reformat.gen. cap. 2. & Bullam Pij Quarti, de qua ſatis in ſuperioribus diximus. lib. 1.c. 15. nu. 15.& hoc lib.cap.3.nu. 4.

DE ECCLESIIS PATRONATIS.

CAP. DECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *IVS Patronatus quid eſt.Ex quibus acquiratur. num.2. Eſt duplex. num. 3. Qualiter probetur. num.4.*

5 *Epiſcopi conſenſus facit eccleſiam patronatam.*

6 *Epiſcopus cum viſitat eccleſias patronatas de quibus ſe debet informare.*

7 *Ius patronatus ſolet vſurpari a potentioribus.*

8 *Eccleſia patronata poteſt habere curam animarum, & qualiter epiſcopus inſtituet. Et cui debet ipſa eccleſia committi.nu. 9.*

10 *Præſentatus admitti non debet ſine examine.*

11 *Epiſcopus quando inſtituet in eccleſia patronata ſine conſenſu patroni.*

12 *Patronus occupãs bona eccleſiæ qualiter puniatur.*

13 *Eccleſiæ receptiuæ, quæ dicuntur.*

14 *Eccleſiæ poſitæ in patrimonio Regum ſunt priuilegiatę.*

15 *Patronus non poteſt imponere nouum onus in eccleſia.*

16 *Epiſcopus quando poſſit trãsferre eccleſiam patronatam.*

17 *Clericus accipiens eccleſiam a manu laici qualiter puniatur.*

18 *Clerici inſtituti in beneficijs ad pręſentationem laicorum, non poſſunt ab ipſis remoueri abſque authoritate epiſcopi.*

19 *Beneficio non poteſt renuntiari ſine conſenſu epiſcopi.*

20 *Ius patronatus qualiter poſſit donari ſine epiſcopo.*

21 *Ius patronatus an tranſeat cum vniuerſitate.*

22 *Ius patronatus an veniat in confiſcatione bonorum facta per iudicem laicum.*

23 *Patronus quando debeat habere alimenta ab eccleſia.*

24 *Patronus ſe ipſum pręſentare nõ põt. Pater poteſt præſentare filiũ, idoneũ tamen. nu.eo.*

25 *Religioſi an retineant ius præſentandi in eccleſiis.*

26 *Præſentatus ab homine pręfertur pręſentato a fęmina,et quãdo ſecus.*

MOdo ad eccleſiarũ patronatarum viſitationẽ eſt accedẽ-
1 dum.† De quibus plura eſſent dicenda, cum ſit materia utilis, frequẽs in practica, ex multis quæſtionibus continuo euenientibus, ſed ea remittimus ampliſsimis dictis Do. Cęſaris Lambertini epiſcopi inſularum,

qui latiſſime ſcripſit in hac materia
poſt Doct. Paul. de Cittad. Rocch. de
Curte. dicemus tamen aliqua iuxta ſo
litum noſtrum, ſequendo decreta Cõ-
cilij Trid. ex quibus ſupplebuntur nõ
nulla de dictis præfatorum Doct. Eſt
autem ius patronatus, (vt ab eius dif-
finitione procedamus) authoritas quę-
dam, ſiue ius prȩeminẽtiæ, honoriſve,
competens alicui in eccleſia, propter
fundationem, dotationem, & conſtru-
ctionem in præſentatione Rectoris, et
in aliis. ex gratia conceſſum. cap. 3. cap.
nobis, de iur. patron. variis nominibus
ſolitum appellari, vt Aduocatio, Vice-
dominatus, Cuſtodia, Guardia ius fre-
quentationis, proceſſionis, gratia, enu-
merat gl. in c. quia clerici. eo. tit. Aduo-
catio, id eſt, patrocinium. l. iubemus.
C. de aduoc. diuerſ. iud. Vicedominus
habens defendere, & diſponere in vtili
tatem eccleſiæ. arg. c. diaconũ. 89. diſt.
Cuſtodia, id eſt dignitas, & præeminẽ-
tia c. fi. de inſtit. de cuſtodia & guardia
eſt tex. in c. generali. de elect. lib. 6. ubi
etiam de aduocatione, ſeu defenſione
2 & ibi gl. † Vnde in primis viſitare de-
bet epiſcopus quomodo in hac eccle-
ſia patroni ſe intromiſerint habendo
ius patronatus, quod aliter habere nõ
licet niſi ex modis prædictis, per fun-
dationem, cõſtructionem, & cum erit
erecta eccleſia, & non habet dotem
competentem, & ſufficientem, quis de
ſuis propriis, & patrimonialibus bo-
nis dotauerit, alio modo obtinere, &
impetrare nemo poterit: & in ipſis ca
ſibus, ſemper inſtitutio epiſcopo reſer
uatur iuxta deciſionẽ Conc. Trid. ſeſſ.
14 de reform. cap. 2. ex eod. tit. cap. cu
ra paſtoralis, & c. cum ſeculum. cum
aliis. Eſt, & alius modus per viã priui-
legii, cum Summus Pontifex Domi-
nus omnium eccleſiarum aliquam ec-
cleſiam, vel plures, concedit alicui in
vim iuris patronatus, vt Regibus, Prin
cipibus, & alijs dignis, & de ſede Apo
ſtolica bene merentibus ſæpiſſime vi-
3 demus. † Et duplex dicitur ius patro-
natus reſpectu patronorum ipſius, vel
eccleſiaſticum, quia ratione eccleſię,
vel beneficii clericus poſſidet, & patro
nus habet ſex mẽſes ad præſentandũ,
ſine vlla variatione, aut eſt ſeculare,
quia laicus poſſidet ex cauſis allegatis,
& ipſi quattuor menſes ſunt aſſignati
ad prȩſentandum, cum poteſtate tamẽ
ſemel variandi. doct. in rubr. eod. tit. c.
3. cap. eam. cap. cum propter. cap. 1. in
6. ꝙ autem laici poſſint variare, vno
præſentato. probatur per cap. quod au
tem. & cap. cum autem eod. tit. in quo
ſuccedit epiſcopi gratificatio. A qua
gratificatione epiſcopi, non datur ap-
pellatio. Dec. conſi. 129. nu. 1. & ita iu-
dicauit de proximo Rota coram R. P.
D. Brauo in vna Iſpalenſi beneficii,
quod eſt notandum, cum diſtinctio-
ne tamen, quis prȩſentauerit d. c. cum
4 autem cum ſua gl. † Si autem dubiũ
vertitur, recognoſcendum eſt per pro-
bationem, & vtiq. probatur hoc ius pa
tronatus per titulum fundationis, do-
tationis, qui titulus oſtendatur ex au-
thentico documento, & aliis a iure re-
quiſitis, per multiplicatas prȩſentatio
nes per antiquiſſimum curſum tem-
poris memoriam hominum exceden-
tis, vt ius diſponit ex eodem Concil.
Trident. ſeſſion. vigeſimaquinta. de
reformatio. genera. capit. 9. §. vt igi-
tur, quod proprie dicitur tempus cen-
tum annorum, cuius initii non extat
memoria, dicit Felin. in cap. ad audien

tiam

tiam de præſcript. de cuius temporis priuilegio multa remiſſiue, in famil. ſingul. in littera T. nume. 3. Cum hominis vita, vel memoria non excedat regulariter centum annos, Specul. de probatio. §. 1. verſic. quid ſi teſtes. quamuis in materia Concil. inter alia requiſita, tempus quinquaginta annorum requirat. § in ijs vero. (Quia ex leui, & facili cauſa non debet quis prætendere ius patronatus, ut inquit Innocent. VIII. in ſua conſtitutione in qua multa ſubuectit neceſſaria ad acquiſitionem iuris patronatus. incip. cum ab Apoſtolica Sede. 1485. ann. 1. in communi fol. 52.)

5 † Nec iure proprio quis hoc ius acquirit, ſed conſenſus epiſcopi requiritur, & diœceſani (quando tractamus extra Sum. Pontif. qui de omnibus eccleſiis diſponit.) hoc facit ius patronatus, eod. capit. nobis cum gloſs. & capit. 3. ibi de poteſtate, in qua eos eccleſia hucuſque inſtituit, abutuntur. cum nec ſine ipſo eccleſia edificari poſſit. capit. nemo. de conſecratio. diſtinct. prima. Nec poteſt admodum epiſcopus ſine præſentatione patroni in eccleſia patronata aliquem inſtituere. Abb. in hac rubr. nume. 4. capit. ex inſinuatione. capit. poſtulaſti. cum ſeq. eod. titu. niſi vt infra. nume. 11.

6 † Et quia frequentius viſum eſt, vel propter importunitatem patronorum, vel alia ex cauſa eccleſiis patronatis vniri aliquas eccleſias liberas, ſeu beneficia libera, vt deinde ſub natura iuris patronatus beneficiorum exiſterent: videat epiſcopus ſi plenarium ſortita ſunt effectum, quòd ſi adhuc non eſt ſequutus effectus, infringat, & irritas declaret ipſas vniones, & per ſubreptionem obtentas, vt nec admodum fiant, ſed libera remaneant beneficia, cum vacant, conferat, non obſtantibus quibuſcumque, etiam quòd fieret conceſſio Apoſtolica authoritate. eodem cap. 9. ſeſs. alleg. 25. §. in ſuper. & ſi a quadraginta annis factas inuenerit, & effectum fuerint ipſę ſortitæ, item reuideat, & in quibus ſubreptionem, & obreptionem inuenerit, inualidet, & annullet. §. quæ vero, omniaque viſitet, ex noua etiam conſtructione, & dotatione, diligenter cognoſcendo, fraudeque inuenta eccleſiam in ſuam libertatē reſtituat: reſtituto patrono, ſi quid obtulit, citra tamen præiuditium poſſidentis. §. ſimiliter quoque, etiam ſi ad exemptos eſſet facta tràslatio ipſius in vim iuris patronatus. quia ius epiſcopo competens diminui non poteſt, ex

7 cap. cum ſeculum. eod. titul. † Et ſi patroni eſſent Domini potentes, communitates, vniuerſitates, in quibus potius præſumitur, & ſuſpicatur ius patronatus vſurpatum, epiſcopus non contentetur prædictis informationibus, ſed exactiorem probationem adhiberi faciat, & vltra probationem temporis immemorabilis, præſentationes continuatas per quinquaginta annos, ſaltem probari faciat. §. in iis vero, alias in omnibus abrogata faciat declarari, exceptis his, quæ reſeruantur. in §. reliqui patronatus, & ex quo, Tex. annullat omnia aliter facta, non poteſt illi renuntiari, aut præiudicari, text. eſt in argumen. notabil. in capit. mulieres, in fin. de iudic. libro ſexto.

8 † Si quæ cura animarum eſt in eiſdem eccleſiis annexa, non obſtante quòd ſint patronatæ,

S 2 viden-

videndum eſt, ſi ipſum ius patronatus ſpectat ad eccleſiaſticum, & inſtitutio ad epiſcopum, tunc præſentabitur, quē patronus inter digniores examinatos, ſeu ab examinatoribus approbatos iudicabit, & quando inſtitutio erit facienda ab alio, quàm ab epiſcopo, eo caſu, ex dignis digniorem eligat, & illum patronus præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat. ſeſſ. 24. de reform gen. cap. 18. §. ſi vero. & §. cum vero. Et ſi laici erunt patroni, præſentabunt patroni quem eligunt ex examinatis. §. quod ſi ius patronatus. quin etiam ſi ad inferiorem ſpectet inſtitutio, adhuc ipſe epiſcopus examinabit. eod. cap. 9. §.
9 quòd ſi ad inferiores. † Is tamen aſſumendus, ſit idoneus ad adminiſtrationem, & curam animarum ſubeundam, vt paſtor in grege ſit, non lupus inter oues, vigilare aptus, non in ſopore dormitionis. Nam & paſtores erant vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum, ideo meruerunt audire vocem Angeli. Dominum eſſe natum. Luc. cap. 2. Vnde ſeruanda ſunt omnia de examine dicta, in eodem cap. 18. & ſupra hoc libro, cap. 5. cum, & teneatur, ſicut, & parochus, pro ſuis ſubditis ſacrificium offerre, ac paſcere prædicatione verbi Dei, adminiſtratione ſacramentorum, exemploque bonorum operum, & in aliis, vt cap. primo, ſeſſio. 23. de reformat. in princ. & cui ſubditi, tamquàm filij ſpirituales, vt patri ſpirituali chari eſſe debēt, & magis puniuntur, ſi eum ſpernant, quàm ſi patrem carnalem non reuereantur.
10 cap. qualis. 2. quæſtio. 7. † Nec aliter præſentatum per patronum epiſcopus admittat, niſi ipſum examinet, & idoneum repertū acceptet, quod ſi omittit, dicit Rebuff. prima parte, prax. benef. titu. de præſent. nu. ne. 10. quòd damnationem ſibi incurrit, & tenetur reſtituere eccleſiæ damnum, quod eſt notandum. Et ꝙ patronus præſentatū, ſeu nominatum actualiter præſentet epiſcopo. Abb. in cap. tranſmiſſæ. nu. num. 4. de iur. patr. Et ꝙ liceat repellere, ſi idoneus non fuerit repertus. eod. c. 19. §. ad hęc liceat. An autē patronus præſentans indignum ſit priuatus poteſtate præſentādi; adhuc ſit diſtinctio, ꝙ ſi collegium, aut clericus præſentat indignum, tūc cadit priuatio, & ad ſuperiorē ſpectat, ſin vero laicus fuerit, non priuatur, quia poteſt variare, vt examinat gloſſ. magiſtralis, in c. cum
11 vos. in gl. 2. de offic. ordin. † Quando vero eſt inuenta eccleſia vacare ꝑ quattuor menſes, vel ante, propter neceſſitatem ipſius, propter negligentiam patronorum, vel diſcordias, & lites inter ipſos, aut ex eo inter præſentatos, vt ſępius euenit, citra præiudicium ueri patroni in poſterum, de rectore (poſt ipſos quattuor menſes) idoneo epiſcopus prouideat, & prouidere poteſt, ex præſcripto Innoc. III. in c. cum propter laicorum eo. tit. & Abb. in c. quoniam. & §. ſi vero. Felin. in c. cum Bertoldus de reſcript. vbi tractat materiā, quando, & in quibus valeat inſtitutio ſine præſentatione, & eſt ſimilis deciſio. in alleg. cap. cum vos, de offic. ordin. quòd vacanti eccleſiæ, quouſq. prouideatur de rectore, ponatur Economus, ſiue Præpoſitus, vel Cuſtos, Vicarius, Vicedominus (licet improprie) qui regat eccleſiam, in neceſſariis prouideat, fructuſque percipiat, quos, aut in vtilitatem eccleſiarum, aut futuris

turis perſonis fideliter reſeruare, & arg.not. in Conc. Trid.ſeſs. 24. de reform.gen.cap.18.§.1.& verſ.alioquin (is ergo ponendus debet eſſe idoneus & fidelis,& tamquam tertius,non autem de numero præſentatorum ſi plures fuerint, tex. enim di.cap.cum vos, alium, quàmuis prætendentem poni mandat,in illis verbis, qui debeat fructus pcipere, & in fine vel futuris ſuc ceſſoribus.&c.& tex.met Conc.eod.c. 18.§.1. *Ibi idoneum Vicarium conſtituere, qui onera ipſius eccleſię ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur*. In aliis autem caſibus patronus ſemper eſt requirendus, & eius conſilium eſt ſequendum, quia ita dilexit eccleſiam, vt ei bona ſua conferret glo.in c. fin.eo.tit. Couar.in pract.qq. cap.36.
12 num.10.† Idq. diligentius eſt uiſitandum,ne bona ipſarum eccleſiarum patronatarum ſint occupata, & vſurpata per patronum, vel impedita, quominus ab his,ad quos pertinent,recipiantur, namq. anathemati eſt innodatus, quouſq. integre non reſtituerit,& abſolutionem a Romano Pontifice obtinuerit, ac etiam priuatus exiſtit ipſo iure patronatus, iuxta decretum eiuſdem Conc. ſeſs.22.de reform.cap.11. in princip.& §.quòd ſi eiuſdem, & eſt additum hoc dictum in bulla maiori. S.D.N.Do.Gregor.XIII. Pont. Maxi. in §.qui vero iuriſdictiones, quod declarat Mart. Nauar.in Manu.c.27. nu.69.fol.447.circa finem, non enim debet ſe in his quouis modo eo animo ingere,nō obſtante quacumq. conſuetudine.d.c.9.§. patroni autem, de iure communi in c.relatum.§. laici eod. tit.vbi glo.notat illa verba ſub intermi natione anathematis, vel ſub interpoſitione excōmunicationis, q̄ ſtatim contrauen iendo incurritur,ſecus ſi ſub pęna anathematis,vel excōmunicationis ideo optime canon Conc.dixi anathemate ſit innodatus,quod item amplia tur,ſi ius patronatus translatum fuerit titulo venditionis, aut alio contra canonicas ſanctiones, quia priuatio,excōmunicatio,interdictumq. incurrun tur.eo.c. 9.§.nec dictū ius patronatus.
13 † Et omnia prędicta ſeruanda ſunt,& pręſcrutanda,ēt in eccleſiis receptiuis: Sunt autē eccleſię receptiuę iuxta idē decretū in prin. in quibus conſuetum eſt epiſcopum vni,vel pluribus curam animarum tradere, & ad eas eccleſias admittere,qui ſimiliter ad ipſum examen ſubeundum aſtricti ſunt,quæ receptio,& admiſſio habet uim collationis, & ius dicitur continere arg. not. per gl.ex illo tex.in cap.cum aliquibus de reſcript. lib.6. cum ſufficiat admittere,& notare in communi libro, niſi quid expręſsius de mādato ſuperioris, aliter fuerit dictum, vel obſeruatum: videndo ſi eſt certus numerus clericorū,ſi confirmatus a ſuperiore, ſi cū iuramēto, vt de ſingulis in reſcripto fiat mentio.d. c. cum aliquibus. per mod. (Poteſt.n. epiſcopus ex cauſa augere, vel diminuere numerū clericorum,de. conſt.c.ex parte.Mar.Socci. in c. ſicut
14 vnire.nu.39.de exceſs.prǽl.) † Sed in eccleſiis Iuriſpatronatus Regum,Principumque iura imperii in ſuis dominijs habentium, ſimiliter, & in conceſſis in fauorem ſtudiorum generalium,non ſeruantur ea, quæ diximus ſupra.nu.6.cum ſeq. ſunt.enim admodum a Papa priuilegiatę.eod.cap.§.reliqui patronatus, & in ipſis in dubio non dicitur eſſe derogatum, cum in

multis nō derogare,ſed ſauere quęrat Sedes Apoſtolica. dicit Rebuff. in 3. part.ſign.nu. 62.cum duobus ſequen. Vnde in quacumq. conceſſione, ſeu derogatione beneficiorum, etiam iuriſpatronatus facta a Papa ipſis derogatum non intelligimus. Caſſan. in ſua glor. 8. part. conſid. 46. refert Do. Marinus Freccia patruus meus honorandus. de ſubfeud. lib. 2. in. 30. differ. fol. 252. pro quibus adducunt Moderni verba Clem. V. in extrauag. meruit. de priuil. pro Rege Franciæ. ſed ad propoſitum eſt regul. Cancell. nume. 40. quam poſt multa citat Couar. in prac. qq. c. 36. nu. 2. ſicuti generaliter nō derogat aliis laicis, niſi dicat: licet poſſit ad libitum, glo. in cle. 2. de præb. Doc. in cap. cum dilectus eod. tit. Sed notandum eſt in practica, quia cum Papa promouet aliquem ad eccleſiam cathedralem, ſiue maiorem, & is habeat eccleſias patronatas, confirmando retentionem ipſorum beneficiorum, maxime ſine cura (quia aliter non diſpenſat) etiam, ꝙ ſint de iure patronatus laicorum, non infert præiudicium, quia nō dicuntur vacare, niſi a die cōſecrationis, ſed Papa primo cōfirmat. Couar. eod. cap. 36. nu. 11. verſ. 12. & ſibi diſpenſatum a Iulio ſecundo ſcribit idem Dom. Cęſar. Lamber. hoc tit. lib. 2. 1. part. 6. quęſt. princ. art. 15. nu. 11. & Nos ipſi teſtes ſumus bis obtinuiſſe in propria perſona. Primo cum Pius V. immortalis mem. an. 1570. de menſe Septēbris die 25. ad epiſcopatum Rauellenſem propriam patriam nos vocauit, & tamen conceſſit retentionem beneficiorum, quæ potiebamur de iure patronatus laicorum, etiā *Illuſtrium* Marchionum, & iterum hoc anno. 1578. de menſe Februarii. die 17. quo Beatiſſimus Dominus N. Dom. Gregorius XIII. Pont. Max. ad epiſcopatum Sarnenſem ſua maxi-
15 ma bonitate traxit. † Item inquirēdum eſt, ſi in ipſa eccleſia patronata adeſt aliquod onus, aliquave penſio, & a quo tempore. poteſt, enim patronus in fundatione eccleſię cum conſenſu epiſcopi, penſionem ſibi reſeruare, vel aliam honeſtam apponere conditionem, prout doct. communiter concludunt. eod. tit. cap. nobis. Rebuff. de pacif. poſſeſſor. nu. 128. hoc tamen onus ſit reſeruatum tempore fundationis, & ante conſecrationem, iuxta tex. & gl. in cap. pręterea. lo 2. eod. tit. poſt tamen nequit grauamen imponi, niſi ex tolerata conſuetudine de candelis dandis patrono, Lambert. eod. tract. 3. lib. 3. quæſt. ar. 16. quod paſſim ſeruari videmus vbiq. licet non iure. vide Abb. in alleg. cap. pręterea. & in noſtris famil. ſing. in. l. 1. nu. 113. & contra aliter imponentem eſt pœna tex. c. generali conſtitutione. de elect. lib. 6. & dicitur poſſe ſtatui debito tempore ꝙ vacante eccleſia, patronus accipiat redditus, (ante tamē conſecrationem inſtituto poſito) & cum tex. prædicti. cap. præterea dicat moderatos redditus: notandum eſt etiam fructus venire. Quia oīs fructus eſt in redditu, nō autē redditus in fructu. gl. fi. eod. c generali, & per Dom. & in. l. deducta. ff.
16 ad Trebel. † Nec eſt ferendū, vbi neceſſitas, & ſcandalū imminēt, ipſas eccleſias patronatas dirutas, & diſiectas manere, ſed recuperentur, & ubi ex fructibus, & redditibus reparari nequeunt, ipſe epiſcopus transferat, (vocatis primo patronis) in eccleſiam matricem,

tricem, vel aliam eiuſdem diœceſis, ſeu viciniæ ſuo arbitrio. ex eod. Conc. Tri. ſeſs. 21. de reformat. cap. 7. etiam ſi ip ſæ eccleſiæ parochiales ſint, præcedente tamen diligentia, ſi ex fructibus, & redditibus ad quoſcumque venientibus, vel per ſubſidium parochianorũ poſſint reſtaurari: eod. cap. 7. §. parochiales, & §. quod ſi, vt infra de trãslatione & vnione eccleſiarum cap. 26.
17 nu. 6. dicemus. † Item ſi in recognitione bullarum inuenerit clericum beneficiatum, & poſſeſſionem viderit, & ipſam eccleſiã a manu laici patroni accepiſſe, contra canonum regulas, ſine aliqua epiſcopi ſui inſtitutione, ſeu authoritate, grauiter in eum inuehat, & digna animaduerſione per priuationem communionis puniat, & cum perſiſterit, priuet item a miniſterio eccleſiaſtico, & ordine iuxta Conc. generale Lateranenſe in cap. præterea. §. clericus autem & in cap. relatum. eod. tit. niſi pænitentia ducti patroni, primis remotis, alios præſentauerint, per cap. cum laici. eod. tit. (Et ſic eſt dare vnum caſum, poſſe per pænitentiam quem uenire contra factum propriũ, & audiri in iuribus ſuis ſic fauore libertatis. l. 1. C. de lib. cauſ. in donationibus fieri prohibitis a iure l. 1. C. de cond. ind. Affl. in alio caſu in. l. diuæ memoriæ num. 45. item ſi iuraſſet quia ad illicita non trahitur, ne iuramentum euadat iniquitatis vinculum cap. 1. de iur. iur. in 6. cum ſimil. Bal. in cap. 1. per quos fiat inueſt. Alex. in conſ. 125. lib. 2. Affl. in prælud. feud.
18 quæſt. 3. num. 5.) † Reformandumq. eſt, quod, & multi in abuſum traxerunt, vt præſentatos clericos in beneficiis, capellis, altaribus, & per epiſcopos admiſſos, & inſtitutos, audeant ad libitum remouere, ſine aliquo conſenſu ipſorum epiſcoporũ, contra aliã deciſionem Concil. generalis Innoc. Tertij, in cap. in Lateranenſi. §. nos autem verſ. inſtitutos, de præb. quod idem, & in Conc. Cabil. ſtatutum fuerat, vt recitat Gratian. 16. quæſt. 7. cap. inuentum eſt, vbi multi laici arbitrii ſui temeritate, & quod grauius eſt ducti cupiditate, presbyteris quibuſcumq. abſque conſenſu ſuorum epiſcoporum, eccleſias dant, vel conferunt. cum enim non poſſunt inſtituere, nec deſtituere argumen. notat.
19 ex cap. ex frequentibus de inſtitut. † Nec ipſi clerici præſentati, poſſunt patronis beneficium reſignare, ſed oportet, quòd epiſcopo met renuntient. prout not. in cap. Gonſaldus. 17. quæſt. 2. cap. quod in dubiis de renunt. & capit. admonet. Vbi omnes notant, quòd ſi quis contra fecerit, in eum canonica eſt exercenda vltio. Sed hodie alia regula eſt obſeruanda, namque non in omnibus renuntiari poteſt in manibus epiſcopi, ex noua lege Pij Quinti Pont. Max. de qua dicemus infra de reſignat. benefi. cap. 28. In noua tamen prouiſione facienda, uocandi ſunt patroni, cum de eorum iure, & præiudicio tractetur, Quia ſine conſenſu ipſius patroni nullus debet ad eccleſiam patronatam inſtitui, vt ipſo titulo probatur & cap. ex inſi-
20 nuatione. † Itẽ inquiratur quõ eſt in alium translatum ius patronatus, an interuenerit conſenſus epiſcopi diœceſani, alias pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt donare, cap. quod autem. §. de cetero. eod. titul. cum moderatione tamen,

 vt ſi

vt ſi donatio facta fuerit compatrono valeat, tunc quidem, cum non ſit noua perſona, ſecus in extraneo. Abb.in in d. cap. ex inſinuatione, ad declarationem prædictam, & gloſſ.in c.cum ſeculum, ipſomet titu. Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. num.89. de conſtitu. ut de feudo dicit Afflict.in l.con ſtitutionem diuæ memoriæ. num.17. verſ. & pro hoc, & diximus in iiſdem ſingul. in l.1.nume. 112. ad primum Rebuff. 3. part. ſign. nume. 67. vbi
21 per tot. ponit multa. † Nec item ſit translatum ipſum ius, titulo venditionis contra ſacros canones, & ubi inuenerit declaret patronum priuatum ipſo iure, & ſubditum excommunicationi, & interdicto, iuxta eundẽ text. Concil. Triden. cap. 9. §. nec dictum, & ſupra, num.12.ex cap. de iure.eod. tit. ſeu aliis palliatis contractibus, & quid ſimoniæ ſpeties committatur, etiam ſi eſſet alienatio, aut translatio facta particulariter, ſecus ſi generaliter ſub nomine vniuerſitatis, non aliter facta de iure ipſo patronatus mentione, tranſit quidem, etiam ſub utili dominio tantum, per cap. ex litteris hoc titul. vt ſic cum vniuerſitate videatur tranſire, non de per ſe, ad cuius cap. intellectum, vide duas quæſtiones poſitas per Domin. Couarr. var. reſolut. lib. primo, cap. 13.num.13.& in dict.
22 ſing. ead. l.nume. 115. † Sed vbi patronus deliquiſſet, per quod delictum iudex ſecularis bona confiſcat, procuret epiſcopus omnimodo eccleſiã remanere liberam. non enim tranſit iuſ patronatus in fiſcum propter delictũ, doct. in cap. quanto, de iudic. licet Dec. dubitauerit. in l.ſi maritus.C. de collat. vt dixi in dicta.l.1. nume. 114. & addit. ad Abb. in eod.cap. Rocchus in verb. is a quo. 29.quæſtio.num.65. & quamuis aliqui contradicant. diſtinguit Iulius Clarus (vere clarus in materia criminali,) lib. 5. recept. ſenten. §. fin. quæſtio.78. uerſ.8.ſi ius patronatus eſt tranſitorium ad hæredes extraneos, uadat in fiſcum cum vniuerſali cõfiſcatione bonorum, alias ſecus. Vidi tamen aliquando propter potentiam fiſci, in vtroque caſu confiſcari, de rigore potius, quàm de æquitate, & veritate iuris, conando aſſignari rationem de connexitate ipſius iuris, cũ vniuerſitate bonorum, vel caſtri, ſeu item feudi, prout in facto quæſtioni-
23 bus motis eſt reſponſum. † Inſuper circa fructuum exactionẽ eſt animaduertendum, ut eccleſia habeat neceſſaria in ſubſtẽtatione rectoris, & prouiſione facienda neceſſariis occurrentibus; & vbi eccleſiã ipſam fructibus abũdare repertum fuerit, & miniſtris ad neceſſaria ſufficientibus, patrono tamen ad inopiam verſo, (non ex culpa, & delictis,) prouidere debet, vt alimenta præſtentur: modeſte tamen, iuxta Conſtitu. Clem. III. in cap. Nobis. §. pro fundatione de iure patron. cum gloſſ. ex cap. quicumq. 16. q. 7. de quo aliqua notanda dicta ſunt ſupra lib.1.cap.27.nu.6.cum duob.ſeq.
24 † Recognoſcendi ſunt deniq. patroni in numero ipſorum, quo iure, ſeu qua portione præſentent: etſi ad vnum eſt redactum ipſum ius patronatus, non poteſt is, etiam ſi ſit idoneus, ſe ipſum præſentare; ſed alium debet nominare, ex reſcripto Innoc. III. in cap. per veſtras de iur. patron. cum debeat eſſe differentia inter præſentantem, & præſentatum; Inſtituentem & inſtitutum.

tum. cap. fin. de inſtit. licet alium com patronum poſſit præſentare. Nam & pater præſentat filium idoneum. cap. conſuluit. vbi gloſſ. not. & omnes do cto. eod. titu. Poteſt tamen epiſcopus videns non eſſe, niſi vnum patronum in eccleſia, antequàm ille prouideat de aliquo præſentando, motu proprio ſibi eccleſiam conferre, iuxta not. per Hoſti. in cap. cum in iure peritus, de electio. Dixi motu proprio, quia hac clauſula vti poteſt epiſcopus. Gomeſ. in tract. Breu. num. 13. ſupra cap. 7.
25 nu. 10. in fine, hoc libro. † Bullæ etenim inſtitutionis ſunt etiam diligẽter reuidendæ & regiſtrandæ; & a quibus ſit facta præſentatio, ſi in poſſeſſione iuris præſentandi ſint iuridice: ne ſint prohibiti, aut priuati eo iure. eccleſiã enim liberam eſſe omni iuſto modo procurandum eſt. Et ideo Religioſi, cum dicantur mortui mundo, non habẽt ius præſentandi, ſed aliis competit, quibus deficientibus eccleſia remanet libera. Bellam. conſil. 33. Rebuff. de pacif. poſſ. num. 129. quod eſt admodum notãdum in practica propter cõcurſus præſentationum, & diſputat Lamber. 2. lib. 1. part. 2. q. 6. princ. ar. 11. per totum, quamuis mod. practici velint retineri nomine monaſterij, quando monaſterium eſt capax proprij in cõmuni, ſiue in priuato, quòd quandoq. fuit iudicatum, & eſt verũ.
26 † Et ſi diſcordia eſſet inter præſentatos, quis debet admitti; ut quia patroni ſunt duo, maſculus & fœmina, præſentatum ab homine admittet epiſcopus; quia is præfertur. dixit not. Bald. in l. 1. ff. de ſenat. Aretin. in cap. quoniam, de teſtib. quod pro notab. refert. Corſet. in uerb. fęmina. Sed intelligendum, ꝙ ſit idoneus, aliàs epiſcopus magis idoneum a fęmina præſentatum inſtituere debet, iuxta notata in cap. paſtoralis, & cap. cum autẽ, eod. titu. de iur. patron. Non ſit tamẽ is præſentatus apoſtata, quia etiam ꝙ non admictitur, priuatur patronus ea uice iure præſentandi, ex conſtitutione Pauli Quarti Summi Pont. contra apoſtatas edita, incip. Poſtquàm diui na bonitas. §. etſi patroni. anno 1558. 4. ſui Pont. Cui ſimilis eſt lex noua Sanctiſſimi Dom. Noſtri Domi. Gregor. XIII. Pontif. Maxim. hoc anno. 1580. de menſe Nouembris, annullãs collationes factas perſonis prohibitis propter genus, ſeu hæreſim, aut a fide apoſtaſiam, contra ſanctiones, ſtatuta, vel priuilegia a Sede Apoſtolica confirmata, & incip. In eccleſiis. Poſtremo examinandus eſt ſtatus eccleſiæ, de regimine, paramentis, ædificiis, reparatione; & ſi cura eſt annexa, quomodo exerceatur, prout omnia dicta ſunt ſupra hoc lib. c. 2. quando eccleſia eſt curata, & quando ſecus cap. 7. quæ hic adaptantur, ſi beneficiatus ipſe bona alienauerit, cõtra clẽ. ambitioſæ. & in aliis, quæ ex facto vltra dicta in ſuperioribus videbuntur, & materia in practica occaſionem præſtabit, &c.

DE CAPELLANIIS, AN SINT *beneficia Eccleſiaſtica.*

CAP. VNDECIMVM.

SVMMARIVM.

1 *EPiſcopus viſitat capellas, capellanias, & capellanos.*

2 *Capellania eſt beneficiũ eccleſiaſticum, nu. 3. Et venit appellatione eccleſiæ. nu. 4. Et an differat a capella. nu. 5.*

6 *Capella quid ſit. Et non poteſt cõſtrui ſine conſenſu epiſcopi. nu. 7.*

8 *Capellania quando inducat incompatibilitatem.*

9 *Capellaniç duç in eadem eccleſia, an haberi poſſint.*

10 *Capellaniç mentio facienda eſt in impetratione alicuius eccleſiæ, & beneficij.*

11 *Rector in capellania exiſtente intra eccleſiam, à quo ponetur.*

12 *Capellania an poſſint conferri ab hęredibus fundatorum ſine conſenſu epiſcopi.*

13 *Capellania cũ pacto quòd epiſcopus non ſe intromittat conſtrui non poteſt.*

14 *Teſtator non poteſt ordinare quòd epiſcopus non ſe intromittat in beneficio.*

15 *Laici ſunt incapaces iurium ſpiritualium.*

16 *Viſitatio capellaniarum in quibus cõſiſtat.*

Fundationes capellaniarũ debent regiſtrari, nu. eo.

VSVS capellaniarum frequentiſſimus eſt in omnibus eccleſiis, ob chriſtianorum deuotionẽ ab eccleſia auctam, vt faciliores redderentur ad fundationes eccleſiarum. c. 3. de iur. patr. Rebuff. 3. part. ſign. de iur. patr. nu. 4. ſed quia nihil tam perfectum in hac vita ſtatui poteſt, ut zizania inter frumentum non ponatur; iuxta euangelicam doctrinam. Matth.
1 cap. 13. † Merito venit neceſſaria prouiſio epiſcopi, vt viſitet omnes capellas, capellanias, earumq. capellanos, qui omnes lege iuriſdictionis diœceſanæ ſubiecti ſint, niſi ſub nomine alicuius regiæ capellaniç ſe tuerentur, reſpectu ipſius tantum capellæ regiæ: non autem aliarum capellarũ & eccleſiarum, ſi forte obtinent. ex notabili Deciſ. Innoc. III. in cap. cum capella. de priuil. & exceſſ. priuil. & iuxta deciſionem Conc. Trid. ad confirmationem eiuſd. capit. cum capella. ſeſſ. 24. de reformat. gener. cap. 11. Nec id ad ipſos tantum ſtatutum, verum etiam ad priuilegiatos per Eugenianam Cõſtitutionem. in cap diuina, de priuil. in extrauag. in cõmuni, vt ratione beneficiorũ ipſis ordinariis ſubiecti ſint eod. c. 11. §. quæ vero, & tex. alleg. cap. cum capella. cum ipſa confirmatione

Concil.

Concil. practicatur hodie continuo, ex ea cauſa, ne malignandi occaſio vlli detur. Ex qua ratione motus fuit Do. N. Greg. XIII. Pont. Max. ad decidendum, religioſos effectos capellanos ſedis Apoſtolicæ, nihilominus eſſe ſubiectos eorum ſuperioribus, & correctoribus, in vna ſua Conſt. incip. per Roman. Pont. an. 3. ſui Pont. in commu-
2 ni bull. fol. 7. † Eſt autem capellania beneficium eccleſiaſticum. clem. ſi beneficiorum, de deci. clemen. diſpendioſam, de iudic. namq. habet ſpirituale annexum. 1. q. 3. cap. ſi quis obierit: datur in titulum. c. præcepta. 55. diſt. cap. ſanctorum. 70. diſt. 1. q. 3. ſi quis dat. & not. Calderi. in c. authoritate, de Inſtit. immo appellatione capellarum, veniunt etiam & ipſæ parochiales eccleſiæ, cap. extirpandæ, de præb. ſignat in particulari Abb. in capit. expoſuiſti. num. 6. eod. titu. Et tenetur ad ſolita iura epiſcopalia, quæ ponuntur in cap. conquærente de offic. ordin. quando debet, & eſt ſoliū; Nam ſi aliquo pacto eſt exemptio, & capellanus ſoluit domino ignorante, non præiudicat. Henr. Bohic. in cap. vigilanti, in fin. de præſcript. per. l. 1. §. ſi tibi fundum. de itin. act. priu. ff.
3 † Quod apparet ex ipſa rei qualitate. Vnde ſi in fundatione, aut dotatione capellaniæ eſt actum, capellanum debere eſſe ſacerdotem, vel quòd ipſe per ſe habeat diuina celebrare, inſtitutus de capellania, debet infra annū ſe promoueri facere ad ſacerdotium, iuxta determinationem, cap. licet canon. de elec. lib. 6. Lamber. de iur. patron. lib. 2. 1. parte. 7. q. princ. ar. 27. Quia a fundatione non eſt diſcedendum. capit. ſignificandum, de præb. Rebuff. de nō promou. num. 17. aliter venit monendus, & priuandus, & quandoque ſi non eſt ex lege fundationis, ſeu ab expreſſa voluntate teſtatoris relinquētis, toleratur per gratiam, & tempore expectato aſcendat, dummodo nō omittantur diuina celebrari, quod decet ex eo, vt facilius trahantur clerici ad cultum diuinum, ſicuti in facto ſcri-
4 pſit magnus Doctor. † Ex quo venit capellania appellatione beneficij, ſeu eccleſiæ. eod. cap. cum capella. & not. in c. 1. de appel. monach. Lambert. de iur. patr. lib. 1. q. 5. ar. 9. ſicuti de terris beneficialibus, & altaribus, beneficiis de camera, ſeu de menſa, vt diximus ſupra hoc libro. cap. 5. & communiter dicimus beneficia ſimplicia, quando cura alicui ipſorum non eſt annexa. idem Dom. Lamber. lib. 2. 7. q. princ. ar. 3. num. 17. etiam quòd capellanus ſingulis annis mutetur. Nam licet nō detur ſibi in perpetuum; habet tamē conditionem ſuam, quòd eſt beneficium, vt dicit eſſe concluſum Thom. Faſtol. in deciſ. cauſ. 26. dubio. 56. etſi multi contrarium, vt ibidem apparet,
5 per ſatis rationabile reſponſum. † Sed capellania, & capella differunt, vt etiā dicit Rebuff. ſecul. benef. nu. 14. capellam vocant practici, quando corpus eſt de per ſe, ſed quando altare eſt in eccleſia dicitur capellania, & perpetuo, (vt pluries,) ibidem capellano aſſignato, ut ibi; & bene dicit, quòd variatur plerumque a iure, cum videamus, quòd Rector eccleſiæ, ſeu parochiæ dicatur capellanus. Abb. not. in cap. 2. de ſec. nupt. Fel. in cap. ex parte, num. 3. de reſcrip. quòd vnus poteſt eſſe rector, & capellanus, adducit glo. notabilem in extrauag. Ioan. 22. execrabilis,

crabilis.in verbo quę alias. de prębēd.
6 † Et idem dicit Lambert. lib. 1.11.q. prim. part.ar.6. quòd capella proprie eſt locus priuatus in eccleſia, vel extra eccleſiam poſitus (contigue tamen) Deo ſacratus. Cuius deriuationem deſcribit Gul. in ſuo ration. lib.2.cap.10. nu. 8. ſed latius conſiderat Quintil. Mandoſ. doctor Romanus in regul. de Annal. quæſt. 17. ubi quattuor modis in hac materia dicit eſſe conſiderandas capellas, vel primo pro altaribus in eccleſia cõſtructis: vel ſecundo, quando locus eſt poſitus extra eccleſiam, propter maiorẽ forſan alicuius populi commoditatem: aut tertio ſunt capellæ religioſorum, vt dicemus infra. Vltima eſt conſideratio, quando ſunt capellæ conſtructę in domibus priuatorum, de quibus ſunt multa dicenda, cum magis oratoria dicantur. vnde particulariter tractabimus in c.
7 ſeq. † In omni tamen capellæ ædificatione videndum eſt, ſi adeſt conſenſus epiſcopi diœceſani, ſine quo conſtrui non poteſt, vt dicit tex. in cap. authoritate. de priuil. lib.6. & cum eſt conſtructa, ſtatim eſt in ſua diſpoſitione, ſicut omnes alię, de communi lege. 16.q.7. cap. omnes Baſilicę. cap. conquerente. de offic. ordin. & concludit poſt omnes ipſe Lambert. 1. libro. 1. part.2. q. ar.18. capellam fundatam ſine conſenſu epiſcopi, poſſe per ipſum epiſcopũ reuocari, & demoliri facere: non autẽ per ipſum conſtruentem, quod eſt notandum. Quia cum ſit effectum ius ſpirituale, nullum ius amplius compe tit laicis, etiam per pręſcriptionẽ. Ab-
8 bas in cap. cauſam de præſcription. † Perquiratur etiam quid ſit cautum in eius fundatione; quia ſi reſidentiam, aut ſeruitium perſonale requirit, incõpatibilitatem inducit, cum alio ſimili, eo fortius curato: vel in ipſamet capellania ſit ſpecialis cura annexa, prout notatur in cap. gratia. de reſcript. lib.6. & in clem. gratiæ. eod. tit. niſi aliqua iuſta cauſa diſpenſationis quis tueretur, ex qua tutus in conſcientia poſſet dici iuxta glo. notab. ad quam per om nes ſit remiſſio. in cap. non eſt, de voto, vbi quando diſpenſatio proſit in vtroq. foro, & quid ſi eſt facta ſine cau ſa alia gl. in extrauag. execrabilis Ioan. 22. in 1. gloſs. in prima compilatione. Quia aliter contrauenire mortale eſt, propter legem obſiſtentem argu. not. ſupra lib.1. cap.53. poſt nu.3. ſicut de lege ciuili dicimus obligante in foro conſcientiæ, ſi ex contemptu delinqua tur. Card. in clem. eos. de vſur. Ioann. Andr. in cap. quamquam de vſur. Hieron. in pract. Cancell. fol.22. de quo
9 notat Fel. in cap. 1. de conſtit. † Item videndum, ne quis duas capellanias in eadem eccleſia habeat, nec etiam epiſcopus diſpenſare poterit, ſic nec duo altaria (in titulum ſcilicet) ex pręcepto generali Bonifa. VIII. in cap.1. de conſuetud. in 6. Sed ſi non eſſent in titulum, ſed ad officium, ſeu ad onus ce lebrãdi Miſſam pro defunctis, vt quotidie obſeruamus, tunc ſecus, etiam ſi eſſet aſsignatum ſtipẽdium annuum, vt dicunt doct. eod. cap. 1. Quia non eſt dare vniformitatem, quam reprobat tex. & hoc item eſt notandum, & vbi in titulũ datę eſſent, declaret procedere tex. Conc. Trid. ſeſs. 7. de reform. ca.4. de quo ſupra pluries eſt dictum, ex ea ratione, cum periculum animarum inducatur ex aſſequutione plurium beneficiorum: & crimen eſt plu-

ra ha-

ra habere, ſine legitima diſpenſatione
ſecundum opinionem Hoſti. in cap.
cum eccleſiaſticæ.de except.quam opi
nionem pręſtantiorem contra dictum
Innoc. dicit gloſſ. in extrauag. execra-
bilis. Ioann.22. in 1.gloſſ.de præb.in
10 prima Compil. † Nec obſtat, quod
capellania ſit modici valoris, & reddi-
tus, vt per hoc excludatur, vt non ſit
beneficium eccleſiaſticum : namque
valor non diminuit qualitatem eius,
licet poſſet alterare circa perſonam, vt
ſi una non ſufficiat capellania ad vi-
tam ſubſtentandam, detur alia: ſine
tamen cura, iuxta aliam deciſionem
eiuſd. Concil. Triden. ſeſſ. 24. de re-
forma.gene.cap.17. Vnde in impetra-
tione beneficij facienda eſt de ipſa ſpe
tialis mētio, ſi impetratio ſubſequuta
ſuffragari ei voluerit, per generalitatē
tex.cap. ſi motu proprio. de præb. lib.
6.& cap. gratia eod. libr. de reſcript.
quia, & ipſa venit appellatione eccle-
ſiarum Aufrer. deci. 57. Rebuff. de
pacif. poſſeſſ.num. 104. in fin. & ad
confirmationem facit alius tex. de re-
ſcri. cap. cum te proponente. (Et dixi
illud verbum ſuffragari.vt procedat in
vtroque foro,licet multi dixerint, quo
ad forum contentioſum tantum. in
rubr.C.de ſuffrag. quod non eſt verū,
& hoc verbo etiam ad vtrumque po-
nit Concil. Triden.ſeſſ.24.de reform.
gen. cap. 12.§. prouiſi autem. ſeſſ. 6.
de reform.cap.2. ſeſſ.7.eo.tit.cap.11.
11 & in aliis locis. † Sed dubium in ip-
ſa uiſitatione eſt continuum.An exiſtē
te capellania intra aliam eccleſiam, pa-
rochiam, plebaniam,quis ponet in ea
capellanum, Rector ne, an Parochus,
Plebanus ipſius,vel epiſcopus ordina-
rius. Et dicit Archid. in cap. quando
24.diſt. quòd rector inſtituet. & in c.
nullus circa med. 16.quæſt.7.pulchre
Fel.in cap.cum venerabilis. num. 37.
de excep. & vnum verbum in cap. ex
parte in princ. de reſcript. Per quod
dictum deciduntur quæſtiones inter
ordinarios, & rectores. Sed ſecus ſi
epiſcopus hoc ius inſtituendi præſcri-
pſiſſet per ſe & cōſuetudine obſerua-
tū, ꝙ ipſe inſtitueret, ſupra hoc libro.
cap. 1.num. 16. Generaliter tamen,ſi
eſſet conſtructa intra eccleſiam paro-
chialem,ipſi cedit, & ſubiecta eſt ipſi
parochię in omnibus,cap. ad decimas
de reſtit. ſpoliat. Rebuff. de decim.q.
6.num.18.& facit tex.notab.in cap.3.
ibi: *ad præſentationem rectoris.* de ec-
12 cleſ.ædif. † Item ſolet quæri,an hære-
des fundatorum poſſint conferre tales
capellanias abſque inſtitutione, & au-
thoritate epiſcopi. Guid. Pap. deciſ.
187. tenet quòd ſic: ſed contrarium
dicimus eſſe verius, per c. ex frequen.
de Inſtit. quia ius inſtituendi laico nō
competit. de iur.patron. cap. cum lai-
cus. In aliquibus tamen eccleſijs vide-
tur procedere dictum Guid. de con-
ſuetudine,quòd laici aſſignent.vt Nea
poli in eccleſia Metropolitana,in capel
lanis de ſub corpo, quod numquā re-
uocare potuerunt.DD.Archiepiſcopi,
licet attentaſſent,tamquàm diligentiſ-
ſimi in ampliandis iuribus eccleſię.Po
teſt dici,id poſſe tolerari,vt proniores
reddantur ad benefaciendū eccleſijs,
& eccleſiaſticis perſonis; Id tamen de
nouo non eſt concedendum, ex præ-
13 iudicio,quod inde reſultat.† Non po-
teſt enim capellania creari, ſicut nec
beneficium,cum pacto, quòd epiſco-
pus in ea nō ſe intromittat. cap.ſi qui-
dam.10. quæſt.1.Et omnis diſpoſitio
de ſu-

deſuper facta non tenet; Cum omnia beneficia eccleſiaſtica ſint ſub diſpoſitione epiſcopi. ead. cauſ.& q.cap. regenda, & cap. decernimus. Nam valet diſpoſitio ſeu legatum de capellania conſtruenda, ſed annullatur circa illud, ꝙ epiſcopus non ſe intromittat. Archid.in d. cap. ſi quidam, nec poſſunt laici creare beneficium perpetuũ, ſeu titulum eccleſiaſticum,abſque eo, ꝙ epiſcopus conſentiat tacite, vel expræſſe. not. in cap.cum ad hæc, de religio. Dom. Ioan. Andr. in clem.2.eo.
14 tit. † Quod adeo eſt verum, vt numquàm ordinatio teſtatoris prouiſionẽ epiſcopi impedire poſſit, etiam, ſi dixiſſet, quòd alias eſſet caſſa & irrita diſpoſitio ſua; & nullum ſortiri debet effectum,quia tenet ordinatio; ſed pœna remouetur. Fel.in d.c.cum uenerabilis. num. 32. cum ſeq. de exceptio. not. Franc. Ripa.in.l.nemo poteſt.nu. 127.ff.de leg.1.Nec poteſt amplius teſtator conſtructa capellania,& dotata; per ſuam diſpoſitionem alterare regulas ſacrorum canonum.Dec. cõſ.121. & conſ. 135. volu. primo, & faciunt multa dicta per Aegid. Bellam.in cap. ſupra, quæſt.16.nu.20. de renunt. & ex prædictis ſatis veritas concluſionis
15 apparet. † Nec permittat ipſos laicos in aliquo ſe intromittere; ſunt quippe incapaces proprietatis, & poſſeſſionis alicuius iuris ſpiritualis; Vnde nec poſſunt diſponere ſuper rebus tẽporalibus eccleſiæ, nec ſpiritualibus annexis. Abb.in c.ſi.per illum tex. nu. 4. cum ſeq. de reb. eccl. non alien.de cõſtit. c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ,de iudic. c.decernimus.Ex quo dixit Gomeſ.de prouid.nu. 35.Quòd purus laicus nõ poteſt prouidere,tamquàm ſubſequutor in vim clauſulę cęterum. An autẽ ex conſuetudine, vel priuilegio. Mil.in verb. laicus. verſ. 4. vbi quid vacante eccleſia,vel non, de conſuetudine,Ioã. And.dicit ꝙ non, in c.2.de prę̨b.lib.6. & Abb.in cap. quod autem,nu.12. de iur. patron.de priuilegio ſecus, ut in Regibus, videmus,Carolus a Carcaſſ. de Regal. Franc. lib.2.cap.1. cũ aliis. Et hæc dicta poſſunt ſeruire ad materiam capit. præced.vbi de patrono di-
16 ximus cum ſimil. † Vltimo in omnibus ipſis viſitabit epiſcopus de loco fundato, ſi decens ſit,vel propter calamitatem temporum egeat translatione, ne ſubtus domos priuatas, ſint capellæ liberæ vndequaque; ſi ſunt redditus, qui, & quot; & ſi ſufficiant ad onus; qui ſint miniſtri; ſi una Miſſa aſſignata,vel plures; ſi dicãtur & quãdo; ſi ſunt ad cultum diuinum neceſſaria; ſi adſunt portæ firmatæ cũ clauibus; nec aliter celebrari permittat; recognoſcantur inſtrumenta, ſi ſunt pacta, conditiones, res alienatæ, aut alia, in omnibus iuſtis ſeruetur voluntas teſtatoris, ſi ſunt plures capellani, quo ordine celebrent, & adminiſtrẽt, exhibeant fundationes, quas omnino regiſtrari faciat, nec circum circa ſint loca ſordida, & nauſeam inducentia, per quod cultus diuinus dehoneſtetur, & dum in aliqua eſt cura animarum annexa, inquirantur quæ latius in ſuperioribus dicta ſunt, &c.

DE

DE ORATORIIS, ET EORUM DEſignatione, & viſitatione.

CAP. DUODECIMUM.

SUMMARIUM.

1 *Oratorium quid eſt, & quotuplex. num.2. Et quando venit appellatione beneficij. nume.3.*

4 *Oratorium conſtructum ſine licẽtia epiſcopi, vt ſit publicum, cui cedat.*

5 *Oratorium quando gaudeat immunitate eccleſiaſtica.*

6 *Miſſa in oratorio priuato nõ celebratur ſine conſenſu epiſcopi.*

Eleemoſynam accipere pro celebratione Miſſæ non eſt ſimonia. numero eodem.

7 *Epiſcopus poteſt, et debet viſitare, quæcumq́; oratoria.*

8 *Oratoriũ & hoſpitale a pari procedũt*

CUM populorum deuotio frequẽs erat, propter eorum commoditatem viſum eſt. † Plura loca conſtitui ad orandũ, preceſque Deo offerendas; vt dicit tex. in c. fi. de eccleſ. ædifi. in quibus tantũmodo oratur, quæ exinde a iure oratoria ſunt dicta, vt operi conueniat nomen. c. penul. & c. fi. 42. diſt. Licet largo modo omnis eccleſia poſſit dici oratoriũ, q̃a dicit ſumma veritas; Domus mea, domus orationis vocatur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Ioã. c. 2. ſupra lib. 1. c. 28. nume. 2. Sic uidemus de multis oratoriis, & locis particularibus, collegiis deſtinatis, ſocietatibus laicorum, de quibus infra, & in iſtis nihil prophanum eſt tractãdum.

2 † Eſt. n. oratorium, aut publicũ, quod ſine authoritate epiſcopi cõſecrari nõ poteſt. c. authoritate de priuil. lib. 6. & ſupra c. proximo, per c. nemo, de conſ. diſt. 1. Nec aliquis ſine epõ facit, ut oratorium ſit locus religioſus, Abb. in c. officij, de teſtam. Aut eſt priuatum, quod poteſt ad vnoquoq. ſine licentia. epi cõſtitui. de conſe. diſt. 1. c. vnicuiq. Sicuti, & multi Prælati, & Domini in domibus in parte remota tenent, de quibus tex. in c. vnicuiq. ead. diſt. non tñ in forma eccleſiæ; quia orare tantũ eſt permiſſum, & alia eſt cauſa celebrã

3 di, ut inf. † Oratorium igitur publicũ authoritate epiſcopi conſtructũ, venit appellatione beneficij, & oĩa de eo dicta, & in ipſo procedant. Abb. in c. fin. de cenſib. Quod nõ dicimus in priuato, & ponit Dec. conſ. 148. vbi dicit ꝙ non eſt capax intitulationis perpetuæ, & licet Rebuf. de pacif. poſ. nu. 343. & de nominat. nu. 67. dicat, ſi ad orandũ tm̃, non venire appellatione beneficij: tam in publico, q̃ in priuato, non procedit ſuum dictũ: quia ſi eſt publicũ, & habet dotem cum aliis requiſitis, & campanulã, cenſetur eccleſia, & eius appellatione venit. Lamber. de iur. patro. lib. 1. 1. par. q. 11. ar. 12. Nãq. fundatores talium piorũ locorũ, & altariũ cõpelluntur

pelluntur ordinario iure ad dotē con-
ſtituendam,c.pię mentis.16.q.7.& eſt
tex notab.de iure ciuili.in auct.vt nul-
lus Fabr.orat.do.in rubro,& nigro, vt
epiſcopi conſenſus accedat,ne ſub no-
mine oratorij,ſpelūcam illicitam quis
4 faciat, eod. tit.in §.multi.n.† Nec tale
publicum oratorium ſine cōſenſu epi
ſcopi conſtrui debet. Vt ipſe poſſit co-
gnoſcere primum cauſam,& deuotio-
nem,& proceſſum faciat, benedictio-
nemq. apponat. eod.titu.§. ſancimus.
alias ſi fit, cedit ipſi epiſcopo,cum om
nibus ſuis fructibus,non tamen,vt eos
in ſuos vſus conuertat, ſed in vtilitatē
ipſius oratorij , ſicuti de aliis locis reli
gioſis fit. Ioan. Andr. in c.cum olim,
de priuil. Neque tamen in iſtis ſimili-
bus oratoriis priuatis poſſunt retineri
campanæ,iuxta notabile reſpōſum Cę
leſtini Papæ,regiſttatum,in c. parenti-
bus.de priuil.& exceſſ.priuil.quem ſin
gularem text. dicunt omnes Doct.Al-
phonſ.Aluar.in ſuo Spec.c.13.fol.37.
de quo dixi unum verbum ſup.lib.1.
5 c. 14. nu. 5.† Et ſic publicum gaudet
immunitate eccleſiaſtica; ſecus quādo
eſt priuatum,ſine authoritate epiſcopi
conſtructum,ad voluntatem cuiuſli-
bet: cum hodie ſit oratorium,& chras
aula priuata , vt Domino placuerit.di-
cit Abb.in eod. cap. fi.de cenſib.quod
ceſſat interueniente pontificali autho-
ritate, de prophano faciente ſacrum .
Item gaudet ſollemnitate requiſita,cir
ca alienationem rerum ipſius,not.Re-
buff.de alien.rer. eccleſ.nume. 57.Pri-
uilegium eſt conceſſum eccleſiis, &
locis,quæ fiunt per authoritatem epi-
ſcopi,per ſupradicta: Et epiſcopus de-
bet omnibus neceſſariis interuenienti-
bus conſentire, vt ſic ſtudeat populo
indigenti ſuper baſilicarum inſtitutio-
ne ſalubriter prouidere.c. fi. de eccleſ.
ædif. etiam quòd iuraſſet. nota illum
6 tex.† Nec Miſſa in ipſo oratorio priua
to poteſt celebrari ſine conſenſu epi-
ſcopi, qui etiam deſignauerit: & cum
celebratur, non dicimus præiudicium
fieri in eccleſia parochiali.d.c.vnicuiq.
& cap.in his de priuil.& qui in eo cele
brauerit Miſſam,ad quam non teneba
tur,non prohibetur,nec ſimoniam cō
mittit accipiendo denarios pro elee-
moſyna, cum poſſit operas ſuas ad tē-
pus locare.cap.fi.ne præl.vic.ſuas.Cal-
can.conſ.31.Antonius Parolarius.nu.
6.ſed Generalis licentia dicēdi Miſſas
ibidem,non includit certos dies, qui-
bus non niſi in parochiis, & ciuitati-
bus licet, dummodo expræſſe epiſco-
pus non permittat. Qui dies enume-
rantur.in cap.ſiquis etiam de conſecr.
diſt.1.Et clerici aliter celebrantes a cō
munione priuantur.§.clerici vero.Sed
cum hodie iure nouiſſimo Conc. Tri.
celebrandum non ſit in priuatis do-
mibus ſeſs.22.de obſeru.& euit.in ce-
7 lebrat. Miſs.† Ordinatum eſt epiſco-
pum debere deſignare ipſa loca, ſeu
oratoria,in quibus celebrari deſidera-
tur,& viſitare ipſa debet,ſi bene & iu-
ridice ſecundum formā iuris & Conc.
Trid.conſtructa ſunt; ſi honeſte tractē
tur, ſi ſeruatur voluntas fundatoris,
ſeu teſtatoris, etiam quòd ſint orato-
ria priuata, etiam quòd fuerit ordina-
tum a fundatore,quòd epiſcopus nul-
lo modo ſe intromittat:quia nihilomi
nus viſitabit, vt dictum eſt. cap.p. æ-
ced. Abb. in cap.inter dilectos. de do-
nat. Et cum honeſte non tractantur,
poteſt ordinare ſub cenſuris, quòd de-
ſtruantur. Quod dicit eſſe notandum
Abb.

Abb.eod.cap.fi.de cenſib.num. 3.in fine, & ſi eſt vnus caſus, quòd epiſcopus viſitat locum priuatum.eo.cap. in fi.per Abb.ſi ad ſunt imagines,& quę, ſi clauſis portis, & alia neceſſaria pro
8 Miſſa, cum tamen ibi celebratur. † Quæ omnia ad hoſpitale trahuntur; cum oratoriũ & hoſpitale a pari procedant, vt dicit idem Abb. in præall. c.fi.de cẽſib. Vnde multa ſunt vidẽda, quæ in ſeq. cap. latiſſime dicemus,cũ ſuis vtilibus qõnibus, & in quibus epi propter vſurpationẽ multorum,quàm maxime attendere debent, &c.

DE HOSPITALIBVS, ET PIIS LOCIS.

CAP. DECIMVMTERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalitas eſt Deo accepta.*
2 *Abraham, & Loth propter hoſpitalitatem placuerũt Deo.*
3 *Raab meretrix liberata a morte propter hoſpitalitatem.*
4 *Clerici beneficiati tenentur ad hoſpitalitatem. Et non ſeruantes hoſpitalitatem poſſunt excommunicari ab epiſcopo.nu. 5.*
6 *Bona clericorum dicuntur eſſe cõmunia cum peregrinis.*
7 *Pauperũ cura pertinet ad epiſcopũ.*
8 *Hoſpitale, an veniat appellatione beneficij.*
9 *Hoſpitale deſtructũ, an retineat curã hoſpitalitatis,& qd ſi eſt ꝓphanatũ.*
10 *Hoſpitale quando gaudeat priuilegio cap. alma mater.*
11 *Aetas, & ſufficientia hoſpitalarij qua eſſe debeat.*
12 *Hoſpites qui ſint accipiendi.*
13 *Præpoſitus officio hoſpicij, non poteſt renuere hoſpitari.*
14 *Ius hoſpitãdi, an ꝑſcribat̃ in priuato.*
15 *Hoſpitali dedicans ſe,& ſua bona, an poſſit reuocare.*
16 *Hoſpitale mandatum conſtrui, intrã quod tempus edificari debet.*
17 *Hoſpitale mandatum conſtrui in vno loco,an poſſit in alio.*
18 *Hoſpitalibus ſeruientes, an ſint de foro eccleſię.*
19 *Hoſpitalarij quando tenentur ad reſtitutionem fructuum.*
20 *Hoſpitator, quando tenetur de rebus furatis hoſpiti.*
21 *Epi poſſunt viſitare oĩa hoſpitalia. Cõmendata,& vnita.nu.22. Nõ tñ immediate exiſtẽtia ſub regibus. n.23.*
24 *Hoſpitalia quando in opus pręter relictum poſſint conuerti.*
25 *Hoſpitalitatem non ſeruantes qui tenẽtur,quo compellantur ab epiſcopo.*
26 *Hoſpitalium adminiſtratio,non debet ſemper vni concedi.*
27 *Adminiſtrationis rerũ hoſpitaliũ ratio debet ſingulis annis epo reddi.*
28 *Hoſpitaliũ regimen ad epm pertinet.*
29 *Laici non poſſunt bona hoſpitalium in alium vſum, q̃ deſtinatũ conuertere.*
30 *Sacramenta per quẽ debent miniſtrari exiſtentibus in hoſpitalibus.*
31 *Inquiſitio generalis hoſpitaliũ,circa, quæ verſetur.*
32 *Montes pietatis viſitantur ab epo.*

EX hoc ad hoſpitalium tractatum accedamus, in quorũ viſitatione, & prouiſione debent multum attendere ſuperiores,
1 † Eſt enim Hoſpitalitas, quã maxime Deo accepta, vt demonſtrat ipſe Dominus, qui dicit ſe in hoſpitem fuiſſe receptũ. Matt.cap.21. & patet Eccl. c. 29.& Apoſtolus ad Hebr.cap.13.Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Item commendatur in Conc. Matiſcon. ſecundo, quod eſt prouintiale cap.11.Et ſancti patres in illa non minus ſalutari, quàm neceſſaria ſynodo Trident. ſeſſ.25.de reform.gen. cap.8. Cum libenter adhęreat Chriſtus. Teſtes ſunt illi duo diſcipuli, quibus in Emaus pergentibus, Dñs aſſociatus eſt, & in hoſpitio, in fractione panis ſe illis manifeſtauit Luc. vlt. c. Vnde etiam multũ dilexit viduã in receptione Heliæ, cui exinde farina, & oleum nõ defuęrunt.
2 3. Reg.c.18.† Sic legimus de antiquo Patriarcha Abrahã (qui pater credentium dictus eſt.)& Loth. Qui duo pp magnã hoſpitalitatẽ, quã colebãt, multũ Deo placuerũt. Adeo vt inde Angelos hoſpitio recipere digni fuerũt.c. quieſcamus.42.diſt.D. Pauin.2. part. quæſt.9.nu.49.Geneſ. cap.81. & Loth adeo hoſpitalitatis amator fuit, vt, ne hoſpitalitatis ius, etiã apud barbaras nationes inuiolabile frangeretur, obtulit ꝓprias filias peſſimis illis hoĩbus, vt dicit B.Ambr.in lib.1.de Abrahã.c. 1.relatus a Grat. in c.offerebat.32.q.7. de quo dicit ét Aug. in orat. de quinque hæres. ꝙ Loth conſuetudine hoſpitalitatis liberatus eſt ab igne comburente ciuitatem,& temporale euaſit incendium, & æternum conſequutus eſt præmiũ.42.diſt.in prin. Gen.c.19.
3 ad Heb.c.14 cũ ſimil.† A Malo inſup ipſa hoſpitalitas liberat, ſicut Raab meretrix, quæ recepit,& occultauit exploratores filiorum Iſrael a morte, propterea eſt liberata, ex generali edicto, ſola Raab meretrix viuat. Ioſue c. 6.quam item commendat Apoſt. ad Hebreos ſcribens c.11.Et qui pauperem hoſpitem recipit, Chriſtum reprȩſentatiue recipit: Matth.c.10.18.25.Hoſpes erã & collegiſtis me. Item legitur de alia muliere Sunamitide hoſpitio accipiẽte Heliſeum Prophetam.4.Reg.c.4.& Apoſt. in ſua prior ad Cor. c. 16.ſalutat vos Gaius hoſpes meus, ſemperq. hoſpitari laudabile fuit. Vnde ſcribit Ariſtot.lib.9.Ethic. c.12.de hoſpitalitate eleganter eſſe dictum. Neq. multos eſſe habendos hoſpites, neq. ſine hoſpitibus eſſe: Igitur oportet mentes omnium fidelium adaptari, vt per veram hoſpitalitatem Deo recõcilientur & verum iudicium,& honeſtam beneuolentiam patefaciant, duos fontes liberalitatis dicit Valer.Max. lib.4. c.8.
4 in princ.† Clerici igitur, & omnes eccleſiaſtici tenentur maxime opera hoſpitalitatis exercere, ſequendo Chriſtũ Dominum noſtrum, qui fuit hoſpes actiue,& paſſiue. Act. Apoſt.cap.1.Nõ reſpicientes perſonã, ſed ſine exceptione omnibus indigentibus prębere.42. diſt.cap.quieſcamus. Ipſe enim Deus non ex vita receptoris, ſed ex voluntate & miſericordia, quã recipiens præbuit, compenſat.de præb.cap.de monachis.85.diſt.cap.Florentinum.c. quia. §.communiter.12.q.1.quia oportet ſacerdotem eſſe hoſpitalem.ea. 42. diſt. in princ.& Domus clericorum pauperibus indigentibus debent eſſe communes.

munes.16.q.1.c.ſi cupis. dom. Flo.in ſum.3.part.tit.13.c.3.§.6.vt ſic fugiāt cæcitatem auaritiæ, qua poſſent notari,c.auaritiæ,de elec.lib.6.in famil.ſin
5 gul.memini in l.A.nu.106.† Inde epiſcopus poteſt excommunicare clericos non ſoluentes hoſpitalitatem, ſeu eam non ſeruantes, gl. in extraug.Ioā.22.execrabilis.in verb.debita.de preb. & dignit. Card.in clem.2.de cenſib.Feli.in c. dilectus. nu. 6. de offic. ordin. Flo.eod.§.6.adducit exemplum Ioannis Apoſtoli in epiſt.tertia,qui excommunicauit quēdam Diotrephem, qui pauperes non recipiebat, & electus in epiſcopum repellitur a cōfirmatione, propter neglectam hoſpitalitatem,eo. cap.Florentinum. (Tranſeamus nunc ſub ſilentio, quanti eiicerentur, qui aures habentes,non audiunt, oculati non vident pauperes,Deus ſcit.) Vt bene ſit propterea examinandum, ſi pe-
6 regrinorum hoſpes eps eſt.† Hinc bona eccleſiaſticorum,dicta ſunt eſſe cōmunia cum peregrinis,cum quidquid habeant ſuperfluum, pauperum eſſe dicatur,ſcilicet,vt tempore neceſſitatis communicetur. 16. q. 1.c.fi. cum ſua gl.tractatur in c.paſce.86.diſt.12.q.1. c. videntes. Abb.in.c. 1.nu.8. de cler. ægrot.D.Paul. de viſi. 2. part.q.9. nu. 51.Sicut teſtatur Apoſt.prim.ad Tim. c.6.Habentes alimenta,& quibus tegamur,his contēti ſimus,reiecta opinione illorum non erubeſcētium dicere, poſſe clericos fructus beneficiorū in quoſcumq. vſus proprios, etiam inhoneſtos conuertere. contra quam modernorum opinionem, latiſſime alibi
7 diximus. † Et ad epiſcopum pertinet pauperum curam habere.82.diſt.cap. epiſcopus,& in Conc.Turon.2.c. 4.ex cap. tua.de teſtam.& in ſeſſ.22.Conc. Tri.de reform.cap.8.ibi: *ſeu pauperes ſubſtentandos*, ſequendo dictum pſal. 40.Beatus qui intelligit ſuper egenū, & pauperem, in die mala liberabit eū Dominus. Epiſcopus pauperibus uel infirmis, qui debilitate oppræſſi non poſſunt ſuis manibus laborare, victū & veſtitum, in quantū poſſibilitas cōmoda fuerit,largiatur.eod.c.eps,& diximus ſup. lib.1.c.30.cū de eleemoſyna tractauimus: qa niſi ipſe ꝓuideat, vbiq. pauper iacebit. quod Oui.dixit.

Curia pauperibus clauſa eſt,dat cenſus honores.

Et Horat.Oda.23.lib.3.ſimiles poſuit verſus.

Magnum pauperies opprobriū iubet.
Quicquid vis, & facere,& pati vir
tutisq́, viæ deſerit ardua.

Quod dictum Ouid. refert Carol. Carcaſ.lib.1.Regal.Franc.9.iure,aliud vero recenſet Conr. Brun.de ſedit.lib.
8 2.cap.7. in fine. † Sed an appellatione beneficii, veniat hoſpitale (cū omnes iura hoſpitalitatis in vim ſimplicium beneficiorum traxerint) qōnis eſt,cui reſpondetur, ꝙ non,de præb.c. per litteras, pulchre Gomeſ.in Reg.Cancel. de trien. poſſeſſ. q.7.ſecus ſi eſt in titulum. Ioan.de Selua doctor Gallus, de benef.2.par.q.11.circa finem.Pet. Rebuff. de deuol.nu.73.& de pacif.poſſ. nu. 94. & cognoſcitur per campanile, campanam, quæ publice pulſatur, ad congregandos hoīes pro diuino officio. Item habet altare fixum, & conſecratum, & ibi paſſim celebrātur Miſſæ: vel quia ad eius regimē aſſumitur perſona eccleſiaſtica,per electionem: idem Rebuff.de nomin. q.15.nu. 14. & in fauorabilibus hoſpitale compræhendi-

henditur ſub nomine beneficij, adducit multa Mandoſ. in regul. 26. Cancell.de vacat per prom.q.5.per totum vbi meminit de Rebuffo in vno tantũ
9 loco.† Et quando hoſpitale eſt deſtructum,vt deſinat habere iura hoſpitalitatis, conſiderandum eſt, aut de iure, aut de facto;aut irreparabiliter,vel reparabiliter. Quia tunc dicitur durare habitu, non actu,diſputat Bald. conſ. 309. proponitur. nu.2. vol.3. & facit ad multa, vel quando eſt prophanatũ, & mere priuatum idem. Bal. in auct. hoc ius porrectum.nu.2. verſ. ſed hic quæro.C.de ſacr.ſanct.eccl.Mant.cõſ. 171.& ſi dubitationẽ,lib.1.Rom.cõſ. 478.in caſu propoſitę.Fel.not.de prę ſcript.in cap.de quarta & ſi eſt deſtructum perditis bonis & fructibus, prout,in multis videmus, vt ceſſet etiam nomen, ſecus ſi ob fraudem hominũ.
10† Quando vero eſt fundatũ authoritate epiſcopi,iudicatur, vt de eccleſia, & gaudet ſuis priuilegiis, etiã capituli Alma mater Bonifacii Papę Octaui de ſent. excom.lib. 6. ꝙ tempore interdicti poſſit ibidem celebrari ſecundum diſpoſitionem, & facultatẽ in eo tex. conceſſam, ita Dom.Couarr. in repet. eiuſd.c.2.part.§.4.nu.2. ponunt doct. in cap.auditis.de præſcript.vbi tractãt de priuil.hoſpital. Vnde procurari debet in vnoquoq. priuilegium eccleſiæ vt publicum reddatur,& immunitatibus eccleſiaſticis exinde gaudere vnũquodque hoſpitale poſſit, propter beneficium, quod inde omnibus fidelibus prouenit, ex quo motus fuit Sum
11 mus Pontifex ad concedendum. † Nec cuilibet commiſcenda eſt cura,& adminiſtratio, quia de ætate multum præſumitur. Vnde hoſpitalarius debet habere completum annum. 25. ad inſtar tutorum. Card. in clem fin.§. ut autem. quęſt. 5. de relig. dom. refert Gomeſ. in cap. ſi annum nu.8 de iudic. lib. 6. & ad inſtar tutorum, & curatorum,dicit etiam Bal.in l.beneficium in prima lectura, poſt nu.6. de conſt.princ.Mandoſ.in regul.Cancell. de ann.10. quæſt. nu.4.vol. 2. Sic etiã ſit in ſufficientia idoneus, diligens, & pius in ſuo munere exequendo,ex dicto Gregorii in epiſt. 66. lib.9. *Volumus vt frater noſter Paſchaſius,& vicedominum ſibi, & maiorem ordinet domus: quatenus poſſit vel hoſpitalibus ſuperuenientibus, vel cauſis, quæ eueniunt idoneus & paratus exiſtere.* 89.diſt. c.volumus vt frater,immo debet iuramentum præſtare vtilia procurare,& inutilia prætermittere.not. per doct. in clem. quia contigit. de relig. dom.vt perſonas, & res ad cõmodum & vtilitatẽ eorũ, bona fide cuſtodiat, & in vſum miſerabilium perſonarum conuertat.dom.Floren.in ſum.3.part.
12 tit. 11.c.2.§.4.† Hoſpites accipiendo pro Dei miſericordia,egenos,& vagos recolligendo Iſa.c. 58.Egenos vagoſq. induc in domum tuam.Nec repellendi,quia miſerabiles, vt dicit ſcriptura. Iud.cap.19. *Vadimus ad domum Dei & nullus ſub tecto vult nos recipere.* Matt.c.8 Luc.c. 9.Et ideo potius accipiendi peregrini,cum magis indigeãt. Iob. cap. 31. *Foris non manſit peregrinus, & hoſtium meum viatori patuit*: frequenter iuxta eorum neceſſitatem accipiendo. ad Roman.cap. 12. Hoſpitalitatem ſectantes, vt trahantur etiam nolentes, ſicut duo diſcipuli coegerunt Chriſtum ſecum hoſpitari. Luc.c.vlt. quàm vis inuito non conferatur

tatur beneficiũ regula inuito, de reg. iur. tamen dominus dixit. Quoſcumque inueneritis, cogite intrare, cum nuptias fecit Matth. cap. 22. 23. quęſt. 4. cap. nimium, alias nimirum. §. item poſt pauca. Quia multa præſtantur bona inuitis, quando eorum conſulitur ſaluti & utilitati, non voluptati, cap. & qui. 45. diſtinct. unum uerbum infra.
13 cap. 30. numer. 6. † Nec ſunt laudandi qui, quos volunt acceptant, alios recuſant; ramq. præpoſitus hoſpitio non poteſt renuere hoſpitari not. Bar. in l. 1. §. fi. ff. furt. ad verſ. naut. caup. ſtabul. dixi latius in famil. ſingula. in l. C. nu. 43. quod magis in hoc caſu, cum hoſpitale ad id ſit conſtructum, vt peregrini, ſeu aliud genus perſonarum, vel infirmorum accipiantur, non derogando voluntati teſtatoris. Dicitur enim perſona publica ad id deputata, quæ officium ſuum alterare non poteſt, ſed debet partibus ſuis fungi. l. tutor la 1. ff. ſi tut. in fin. ff. de admin. & peric. tutor. arg. nec præſcribitur pro-
14 pter non vſum eius. † Sicut e contra, non de facili præſcribitur vſus hoſpitandi contra priuatum; vt ſi aliquis fuit ſolitus, aut ſui anteceſſores hoſpitari aliquem peregrinum, aut etiam dominũ, quia nõ tenetur, niſi in quãtum vult. Innocen. in cap. cum eccleſia Sutrina. vbi Doct. & Rip. de cauſ. poſſeſſ. & propri. Roland. a Valle. conſ. 22 quod magnificus. nu. 22. lib. 2. adducit Abb. in cap. ꝙ tranſlationem. de offic. deleg. Quia facultas facti non eſt obligatoria. not. doct. in. l. apud Iulianum. §. ſi quis. ff. de leg. 1. & Quę ſunt meræ voluntatis nõ inducunt ad alios præſcriptionem. Balb. in ſuo tractat. de præſcript. 4. part. notatur etiam per ſcribentes. in. l. actione. C. de tranſact. ſicut dicit glo. in. l. dolo malo. ff. de ſer. corr. ꝙ Promiſſio iocoſe facta nõ obligat: & gl. adducit Guid. Pap. in ſing.
15 ſuo. 65. † Item cum quis dedicauit ſe, & ſua bona hoſpitali pro ſalute animę ſuæ, etiam per inſtrumentum, non ita aſtringitur, ut non reuocare poſſit, cũ vult; quia videtur cauſa mortis, quæ ſemper reuocari poteſt, Alex. conſuluit in proprio caſu. conſ. 81. viſo inſtrumento lib. 1. licet, ſi hoſpitale aliquid expenderit, poſſit retinere. Sicuti dicimus de expenſis factis alicui hoſpiti infirmato, & demum mortuo. Nam poteſt hoſpitator retinere res ſuas, quouſq. fuerit ſibi de expenſis ſatisfactum: ſed de quantitate expenſarũ nõ ſtabitur ſimplici dicto ſuo, ſed coniecturali probationi arbitrio boni viri. Bal. not. in l. reſtituenda. C. de petit. hę-
16 red. † Sed quantum tempus arbitrabitur ſuperior, cum teſtator mandat conſtrui hoſpitale, nec determinauit tempus, dicimus eſſe faciendum infra annum, ita ipſe Bald. in l. Orphanotrophos in fine. C. de epiſc. & cler. faciunt dicta per Lambert. de iur. patrona. lib. 1. 1. par. q. 4. art. 3. per tex. in §. ſi quis ædificatione, in auct. de eccl. tit. Quod bene procedit ab epiſcopi arbitrio in conſiderando qualitatẽ ædificii, ne ſit tale ędificiũ, ꝙ tẽpus non ſit ſufficiens ad quinquenniũ. iuxta ędificationẽ eccleſiæ, ipſius magnitudinẽ, & ędificantis facultatẽ, addendo tẽporũ & locorũ qualitates, cõditiones &
17 extremitates. † Et hęc faciunt ad aliã qõnẽ. Teſtator mãdauit cõſtrui hoſpitale in certo loco, an poſſit ĩ alio, vel in aliud piũ opus, aut in alterius augmẽtũ cõuerti, quotidie euenit in facto D.

Flor.in 3.tit.11.c.2.§.7.verſ. ſed quæritur. dicit ex mente Lapi. quòd eſt triplex quęſtio, vt ſi non poteſt in illo loco fieri, per epiſcopum, uel alium deputetur alius locus, cum ſit cauſa, quare non poſſit. de teſtam. cap. nos quidem. §. quod ſi infra. vbi eſt caſus deciſus, dum dicitur ſiue in loco, quo conſtitutum fuerat, ſeu ſi ibi non poteſt, & alibi placet ordinari. Et ad hoc faciunt dicta per Lamber. eod. libr. 1. quæſt. 2. art. 13. quòd conuertatur in aliud opus. vel in alterius augmentum non poteſt; niſi per Summum Pontificē diſpenſetur; quia volūtas teſtatoris pro lege ſeruanda eſt. 12. q. 2. c. fi. Nec legata ad pias cauſas facta poſsūt in aliū vſum, quam deſtinatum cōuerti. ead. clem. quia contigit de relig. do. & ponitur notabilis concluſio in quęſtione, & tota materia. per Bal. in. l. ſi quis in princ. num. 9. C. de epiſ. & cle. Quòd vbicumq. eſt certa diſpoſitio teſtatoris reſpectu cauſæ, perſonę vel loci; & eſt cauſa poſſibilis, & locus poſſibilis de iure, & de facto, non poteſt per epiſcopū alterari, de perſona per text. in. §. ſin autē. ead. l. de cauſa, & loco citata clem. quia cōtigit: & ſic obſeruari vidimus, & in facto in vna Amalphitana cauſa magni momenti conſuluimus, ex quo fuit habitus recurſus ad Sedem Apoſtolicam, vt diſpenſatio potuiſſet obtineri, verumtamen quia cauſa ſufficiens non aderat, non fuit adhuc voluntati illius teſtatoris derogatum, licet multum ſupplicaſſent homines illi, cum iuſta, & neceſſaria cauſa in commutationibus vltimarum volūtatum requiratur, dicit tex. Conc. Tri. ſeſs. 22. de refor. c. 6. vbi epiſcopus, vti Sedis Apoſt. delegatus cognoſcit ſummarie, & extraiudicialiter ſuper diſpēſatione obtenta, ſi veritas fuit exprēſſa.

18 † Item quia pluries hoſpitale, vt eccleſia regulatur, concludendum eſt, ſeruiētes ipſis hoſpitalibus, etiam ꝙ ſint laici, gaudere priuilegio fori eccleſiæ; quia largo modo dicuntur religioſi. Fel. in c. nullus iudicum. nu. 8. de for. compet. extendens ad religioſos ſancti Ioannis, quod de facto vidimus licet in primo caſu fuiſſe diſcuſſum, ſi hoſpitale erat publicum, aut authoritate epiſcopi fundatum & quem ordinem ſeruientes tenebant. Et vix ob frequentiam delictorum, & præpoſitorū ignorantiam, obtentum fuit in principalibus, quàmuis etiam curia ſæcularis de facto (quia poteſt) ſatis ſe extendar, vltra q̄ debear; ſed optime ad obuiandū

19 delictis, cum alii negligentes ſint: † Peccant tamen ipſi hoſpitalarii redditus ipſorum hoſpitalium non impendentes in proprios vſus deſtinatos, vel cauſa exiſtentes, quòd perdantur, vel bona alienata tarde recuperantes, vel ædificia ruinam minantia, ob negligētiam cadere ſinentes, & ad reſtitutionē tenentur, prout colligitur ex ead. clem. quia contigit, ſcribit Marti. Nauarr. in Man. lati. cap. 25. nu. 67. verſ. 8. Sicut de tutore dicimus ceſsante in neceſſariis, ꝙ facit periculum ſuum, cum debeat cōfeſtim officio ſuo fungi. l. quāuis & l. tutor. §. ſi tutor. ff. de admin. & peric. tut. quia oportet eſſe, ſicut quilibet pater famil. idoneus. l. generaliter.

20 eod. tit. † Sed cum ſimus in hac materia, pulchrum eſt videre quæſtionem in facto euenientem. Homines vadunt ad hoſpitiū, & ad prędicta hoſpitalia peregrinorum, & ad alia laicorum, & conſignant hoſpitatori, ſeu hoſpitala-

tio fardellum bonorum,non aliter demonſtrando res ibidem exiſtentes.An ſi non inueniantur omnia, teneatur hoſpitator, tamquam viſus recepiſſe ſalua fore omnia intus exiſtentia, quę non vidit.Et ſi fardellum eſt conſignatum ipſi hoſpitatori,non dubiū, quin tenetur,vel ſi poſuit in loco conueniēti,diſcurrit Bal.not.in.l.certi iuris. nu. 2.C. locat. & de laicis eſt Romæ certa ordinatio Pij IIII.Sum. Pont.in anno. 1564.quarto ſui pontif.incip.Hauendo. Et ea ordinatio videtur ſatis iuri conſona,ad obuiandum fraudibus, vt declarat tex. notab. ad hoc.in c. eccleſias.§.item præcepit.13.quęſt.1.& eſt bonum conſil. Hyppol.de Marſil. 23. incip.in cauſa,& lite.per totum. lib.1. adducit multa,Petr.Rebuff.in tract.de hoſpit. per totum.lib. 2.conſti. Franc.
21 fol. 274.† Sed proprie accedendo ad ipſam practicam, ne tam pium opus hoſpitalitatis perdatur, epiſcopi curare debent (maxime propter incuriam eorum ad quos pertinet) in viſitatione, cum in omnibus ius viſitandi habeant,vt diligenter, & fideliter adminiſtretur,iuxta decretum ipſius Conc. Trid. ſeſs. 7. de reform. cap. 15.ſeſs. 25. de reform. gene. cap. 8.in quibus iuribus innouata eſt antiqua conſtitutio Conc.Vien.Clem. V. poſita in cle. quia contigit de relig.dom.Florent. in ſum.3.part.tit.11.cap.2.per totum.Et ſi difficultas aliqua oritur, viſitabunt tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, ex alio item decreto eiuſd. Conc. ſeſs. 22. de reformat. cap. 8. (ad primum Abb.& doct.in capit. de xenodochis.
22 eod. tit. de relig.dom.)† Etiam quòd ipſa hoſpitalia fuerint conceſſa in cōmendam perpetuam, aut temporalē, aut in adminiſtrationem, vel in alium titulum, vel eccleſiis vnita, etiam parochialibus,vel è contra, in quibus tenetur hoſpitale ipſum: Prouidendum eſt, vt impoſitum onus adimpleatur, & ex fructibus,& bonis aſſignatis, hoſpitalitas ipſa actu exerceatur.ead. 25. ſeſs.cap.8.§.illis vero,eo diligentius attendendum. Cum dicat Petr. Rebuff. in tit.de commend.quòd per iſtas cōmendas conceſſas, iam ipſa hoſpitalitas ſit deperdita. part.2. prax. beneficiar.nu.15.Quod adeo verum eſſe experti ſumus, vt probatione alia opus non ſit.l.continuus.§.cū ita.ff.de verb.
23 oblig.† Excipiuntur tamen ab hac poteſtate, & conceſſione generali epiſcopis data viſitandi quæcumque hoſpitalia,& pia loca,ea,quę immediate exiſtunt ſub protectione Regum, & ſupræmorum Principum, iura imperii habentium in ſuis dominiis. ſeſs. 22. ſupra citata. de refor.eod. cap. 8. quibus, & eccleſia multum fauet,propter protectionem ipſius; quàm habere tenentur; vt de eccleſiis patronatis dictum eſt ſupra hoc libro cap.10.num. 14.& qui propter ſublimitatem eorū, ac generis claritatē ſunt potioris prærogatiua gradus,ſeu gratiæ attollendi. in extrauag.Ioan.22.execrabilis.§.nos itaque,de præb.Alia vero omnia includuntur, cum tex. dicti.cap. octaui,generaliter loquatur, dixi multa in 1.libro,cap.16.nu.8.& Legis natura eſt eſſe communis, & generalis omnibus (quando aliud non exprimitur) in auct.vt null. mut. agric. poſt med. & de hæred.& falc. §. quia vero,eod. lib.
24 cum multis ſimilibus.† Et vbi opus debitum ad impleri nequit, debet epiſcopus cum duobus de capitulo in re-

tum uſu peritioribus prouidere, quādo hoſpitalia fuerunt erecta ad ſuſcipiendum certum genus peregrinorū, qui ibidem non ſunt,aut pauci; ut fructus ipſorum in alium pium vſum, qui conſimilis ſit inſtitutioni, conuertat,ſecundum temporum,& locorum qualitatem. Et ſi in fundatione cautū & expræſſum eſt aliter, omnino obſeruari curet; & ſi fieri non poteſt,prouideat in alium ſimilem locum.eod.c.8.
25 & ſeſſ. 25. c. alleg.§.ꝙ ſi hoſpitalia.† Et hæc,vt ab omnibus tā laicis, quàm eccleſiaſticis firmiter obſeruentur cuiuſcumq. ordinis, nō tamen regularibus ſubiectis, faciat epiſcopus pręuijs monitionibus frequentari hoſpitalitatis munus, compeſcendo per cenſuras eccleſiaſticas, & priuationem adminiſtrationis, & curæ perpetuæ ipſorum locorum, alios in eorum locum addēdo. eod.cap.§.itaque ſi prædicti, obligando eos in foro conſcientiæ ad reſtitutionem fructuum, non obſtāte quacumq. remiſſione, liberatione,aut cōpoſitione facta.§.& prædicta nihilominus. non enim iuuat remiſſio contra gloſſ. in regula peccatum de reg. iur. lib.6.Quia cum ſint bona pauperum, omnibus competit actio, & vnus alteri non præiudicat, & quod eſt in omnium dominio, non ita remittitur.gl. namq. dictum procedit, quando a domino certo liberaliter remittitur, qđ
26 exortum eſt, quod nota.† Ipſorum autem hoſpitalium, & piorum locorum adminiſtratio, ut omnis fraus,& vſurpationis ſuſpitio tollatur, non debet epiſcopus permittere, vt ſemper vni & eidem concedatur; ſed variari de bono in meliorem adminiſtratorē, vt tamen in qualibet perſona non excedat triennium, quibus tamen in cōtrarium non obſtantibus, dummodo in fundatione,quid expræſſius non ſit cautum, quod non derogatur.ut eod. cap. 8. eſt diſpoſitum. §. nec adminiſtratio. quod eſt obſeruandum. Cum ex perſeuerantia, & commoditate viſum ſit,perſonas male tractare res eccleſiaſticas, ſicuti ex mutatione frequēti, vnus ad alterius bonam æmulatio-
27 nem plurimū auxit.† Et ſimiliter ratio adminiſtrationis ipſorum hoſpitalium, & quorumcumq. piorum locorum ab omnibus præpoſitis, eccleſiaſticis, laicis, tam prædictorum,quàm confraternitatum,eleemoſynarū,montium pietatis, ſingulis annis,non alteri,quàm ipſi epiſcopo reddenda eſt,vt alio decreto eiuſd. Concil. ſeſſ. 22.de reform. cap. 9. cauetur. Et vbi in fundatione aliter eſt diſpoſitum,vel priuilegio,ſeu loci conſtitutione,ꝙ aliis reddatur ipſa ratio adminiſtrationis, adhuc adhiberi debet vnus ab ordinario, aliàs liberationes factæ non ſuffragantur,ipſomet capit. alleg.§.quòd
28 ſi ex conſuetudine.† Idq. ſumma ratione,cum hoſpitaliū regimen ad epiſcopum ſpectet, per allegata iura Concil.Trid.& 18.q. 2.cap. quidam. quādo eſt religioſum cū ſua authoritate, etiam in priuatis,adhoc, vt videat, ne quid prophanum, & alienum a fide committatur, vt dictum eſt ſupra cap. proximo, licet Feder. de Sen. conſil. 111. diſputauerit,ſi hoſpitale priuatū poterat ab epiſcopo viſitari, de quo ſimiliter Abb. de cenſib.cap. ſopita: & addidit Tob. Nonius doctor Peruſinus. conſi.61. duo ſunt, quando fundatum ſine epiſcopi conſenſu; ſeu directo a laicis: tamen ordinarius intromittet

mittet ſe in omnibus,per ius Concil.
ut item dixi ſupra. lib. 1. c. 16. nu. 10.
reſpondendo obiectionibus eiuſdem
29 doctoris, ut ibidem patet.† Et perqui
rendum, ne laici bona ipſorum hoſpi-
talium in alium vſum, q̃ deſtinatum
erogent,quod utiq. non licet, de iudi.
c. cum non ab homine,per doct. Phil.
Port.conſ. 182.ex facto.nu.7.lib.4.Cũ
voluntates teſtatorum adimpleri ad-
modum pium ſit, dixi in famil. ſing.
in l.5.num.46. fortius ſi ſubtrahant,
Quia ſubtrahere amico furtum eſt,ec-
cleſiæ vero ſacrilegium. 12.qõ.2. cap.
gloria epiſcopi. Domi. Floré. in ſum.
2.part.tit. 1.cap.21.§.3. & confitenda
eſt hæc circumſtantia,tamquam aggra
uans peccatum.ponit Nauar. in Man.
confeſſ. cap.17.nu. 95. & malum pro-
uenit, quia res eccleſiæ ſunt pauperũ.
23.q.7.cap. quod autem, gloſa ſignat
30 in capit. quoniam 16. q. 1. † Dubiũ
verò ſolitum oriri de ſacramentis mi-
niſtrandis exiſtentibus in ipſis hoſpita
libus deciditur, quòd debeant mini-
ſtrari per parochos,intra quorum pa-
rochiam exiſtunt; non autem a ſacer-
dotibus præpoſitis ipſis hoſpitalibus,
niſi aliud legitima conſuetudo,aut pri
uilegium haberet. clem.2. §. fin. cum
ſua gl.de relig.dom ſicuti de moniali-
bus dicimus,infra c. 18.nu. 47. Quid
uerò de quarta parochiali,reſpectu ſe-
pulturæ forſan electæ in ipſis hoſpita-
libus,Flor.in 3.tit. 11.c.2.§.9.& in om
nibus diſtinctionibus,concludit debe-
ri quartam,niſi eſſet caſus, ꝙ non po-
tuerit ſepelliri de facto,nec de iure, vt
ibidem dicit,deducendo etiam quartã
debitã epiſcopo, quando eſt extra pa-
31 rochialẽ, ſeu cum illa. † Vnde in hac
viſitatione epiſcopus diligẽter inqui-
rat,ſi hoſpitale eſt patronorũ, & quo-
rum; eccleſiaſticorum,vel laicorũ: &
ſi ipſi excedant ius ſibi competens,vel
occupant eius bona,contra decretum
præfati Conci.ſeſſ.22. de reform.cap.
11. §. quod ſi eiuſdem, de quo ſupra
cap. 10. nu.12.Et quæ ſit conditio ere
ctionis hoſpitalis, ſi ad infirmos tan-
tum ſuſcipiendos, vel etiam peregri-
nos, vel inſimul vtroſque, & infantes
expoſitos nutriendo: Aduertendo ſi
conijci poteſt ipſos eſſe ex legitimis
matrimonijs procreatos, licet nõ prę-
ſumatur,ut poſtea ad ordines eccleſia-
ſticos non promoueantur abſque di-
ſpenſatione. Couar. in clem. ſi furio-
ſus.1.par. in princ. nu.9. de homicid.
indiſtincte procedendo, quamuis refe
rat opinioni Anan.& Fel.in c.cum de-
putati, de iudic.Similiter hoſpitalitas
ipſa actu exiſtens fideliter exerceatur,
omni diligentia præſtita, iuxta præal-
leg. decreta Conc. Trid.fiatq. inuenta
rium bonorum, & reddituum, ſi ad-
ſunt; & omnium ad ipſum locũ expe-
ctantium, ex eadem clem.quia conti-
git, & ꝙ ipſum inuentariũ ſit ſollem-
niter factum,ſecundum Lap.ne hoſpi
talia ſint collapſa propter paupertatẽ,
aut aliqua egeãt reparatione, ne bona
conuertantur in priuatos & proprios
vſus,vt ſic fraudent Chriſti pauperes.
Examinent cõſtitutiones,& ſtatuta,&
diuerſa ſit ſtatio fęminarũ & hominũ
pauperũ, nec cõfuſio procuret. Quòd
rectores & gubernatores iurẽt de be-
negubernãdo,ad inſtar tutorũ,& cura
torũ vt ſupra eſt dictũ,& ſuſpectis ui-
ta,moribus,& ĩhoneſtate nõ debet tra
di. Flor.ea.3.par.tit.11.c.2.§.4.& §.9.
in fine; & in quibus deficit hoſpitala-
rius,remoueatur.titu.20.c.6.§.4. ead.
parte.

parte. Sint etiã perſonæ deputatæ pro colligendis eleemoſynis pro ipſis hoſpitalibus,honeſtæ vitæ, & expectatæ religionis per epiſcopum approbandæ; ne vllo modo ſint participes eleemoſynarum, quæ recolliguntur: fun gentes ſuo munere,ſine ullo ſcandalo, ullaq. fraude: ſed cũ omni modeſtia, & dexteritate:nec habeant nomẽ quęſtorum; ſed tãtummodo collectorum eleemoſynarum nominentur. Indulgẽtias non publicent, non concionentur, non circumferant priuilegia, non reliquias, nec fideles ad dandam eleemoſynas inducant minis, ſeu imprecationibus: non portent campanellas, nec petant, ac ſi eſſet debitum, & ſolitum dari; nec vlla arte vtantur, ẽt ſub prætextu dicendi orationem illius ſancti, quo nomine petunt; ſed tantummodo ſimpliciter,piè,& modeſtè, petendo pro ſubuentione ipſius hoſpitalis, quod libenter offertur. Cauentes principaliter,ne ſub ipſis eleemoſynis petendis, quouis nomine aliquam conuentionem faciant, etiam quòd ſit in euidentem vtilitatem ipſius hoſpitalis; id denique obſeruando,vt quidquid nomine prædictarum eleemoſynarum fuerit collectum, totũ in vſum ipſius hoſpitalis tantum, ſub quo colligitur, & non in alium vſum conuertatur. Hęc omnia obſeruare ſub onere conſcientiæ procuret epiſcopus a collectoribus eleemoſynarũ hoſpitaliũ, quæ omnia ſunt neceſſaria. Nam multi eleemoſynarij portãt certos quinternos, ſcribẽdo oẽs de domo, ſeu in domo exiſtentes, & in familia, & viuos in locũ mortuorum, & poſtea, ut debitũ noĩe ipſorũ extorquent eleemoſynas, quod totum experti ſumus in hac ec-
32 cleſia. † Et quæ de viſitatione hoſpitalium diximus procedunt ſimiliter in viſitatione montium pietatis, ſeu charitatis; cum ſunt in diœceſi, & in aliis quibuſcumq. piis locis ad Dei cultũ, ſalutem animarum, & pauperum curã inſtitutis, in quibus eadem eſt adhibenda diligẽtia ex ipſo decreto Conc. Trid. ſeſſ. 22 de reform. c.8. & plura ducuntur ex ſynod. prou. Medi. 3. par. tit. 1. & hos montes pietatis approbauit primò Concil. Later ſub Leone X. ſeſſ. 14. 1515. cum aliqui dubitabant de eorũ validitate, ex eo, ꝙ aliquid vltra ſortem exigebatur. Mart. Nau. in Man. cap. 17. num. 213. vbi vide, & aliud verbum, cap. 25. num. 6 .in fin. Neq; aliqua exemptio datur, niſi quid expreſſius a Sede Apoſtolica cõcedatur in vim priuilegij. Et in facto pro eccleſia noſtra Rauellenſi, non obſtat confirmatio noſtra ſtãtibus capitulis, ꝙ non viſitetur, aut recognoſcatur ab ẽpo, namq. confirmauimus apponẽdo clauſulã, quatenus nõ obſtant decreta Conc. Tri. & eccleſiæ cathedrali nullũ fieret præiudiciũ, quod facit pro iuribus moderni epiſcopi Rauellenſis noſtri ſucceſſoris in dicta eccleſia. Attendimus enim reſponſionem terminatam, non petitionem generalem; vt ſic conceſſum, non petitum inſpiciatur. Abb. in cap. 2. de treug. & pac. in c. inter dilectos, de fid. inſt. diximus in fa mil. ſing. in l. A. nume. 95. quod eſt notandum, &c.

DE

DE CONFRATERNITATIBVS, *& ſocietatibus laicorum.*

CAP. DECIMVMQVARTVM.

SVMMARIVM.

1 *Confraternitates, quę dicātur.*
2 *Societas laicorum ad materiā quę ſit.*
3 *Confraternitates, & ſocietates laicorum, an poſſint fieri ſine licentia.*
4 *Confraternitas an ſit locus pius.*
5 *Locus Pius, ex quibus fit.*
6 *Conuenticulę non ſunt facienda in eccleſia.*
7 *Confraternitates, & laicorum ſocietates, epōrum viſitationi ſubſunt.*
8 *Cōfraternitates diſciplinatorum ſunt piæ.*
9 *Collegium leproſorum dicitur eſſe approbatum.*
10 *Beguinorum & Beguinarum ſtatus prohibitus eſt.*
11 *Monopolium fieri, quando dicatur.*
12 *Epiſcopus, in quibus inquirere debet in locis prędictis.*
13 *Oratio quadraginta horarum quomodo permittenda.*

CVM vbique laicos varia ſi-
bi loca conſtituiſſe uidea-
mus, in quibus ſe reducen-
tes, opera pietatis, vt plurimum exer-
1 cent. † Variis nominibus ea appellan
do, & generaliter cōfraternitates, ſeu
fratarias, vel ſocietates laicorum com
muniter dicendo, ideo de ipſis etiam
eſt videndum. Dicuntur autem Con-
fraternitates, ut ex Budæo adnotauit
Dom. Couar. in capit. officij. in fine,
de teſtam. hominum conuentus pro-
pria ſibi ſacra; pecularíaq. habentiū,
quas phatrias Ariſtotel. in Polit. dixit,
quæ nominatio, antiquorū potius di-
citur, quàm Chriſtianorum, quia nō
ad veram noſtram religionem atten-
dens, multa Valer. Maxim. lib. 1. c. 1.
Vnde verius putat ipſe Couar. confra-
ternitates aptius dici, ideſt fraternita-
tem Chriſtianorum, ſeu collegium ex
multis, quos ibidem allegat, ſicut de
antiquis ipſe refert Valer. eo. cap. 1.
Quòd ſeruabant ſtatas, hoc eſt cęre-
monias certis diebus, & ſtatutis cele-
2 brando. † Inde deriuata eſt ſocietas
laicorum, quæ dicitur collectio plu-
rium corporum inter ſe diſtantium,
ei vno nomine deputato, quæ corpo-
ra licita ſunt, dummodo cauſa Reli-
gionis Chriſtianæ inſtituta ſint, non
ob aliam cauſam. Nam vbi quid inde-
cens, & alienū a fide Chriſtiana exer-
cetur, in titulū de collegiis illicitis de-
uenitur. Innoc. in cap. dilecta. num. 2.
de exceſſ. prælat. de quibus plura po-
nit Felin. in cap. accedentes, col. 1. & 2.
de præſcrip. quem allegat Aegid. Boſſ.
doctor Mediolan. in tit. de vnion. &
collig. num. 9. vbi multa. etiam affert,
Tab. in uerb. collegium, quando ex
approbatione iuriſgentium, quādo iu-
ris

ris poſitiui, quando publice,& quãdo
3 priuate.† Et dicit Innoc. in eod. cap. dilecta, nu. 3. de exceſs. prælat. quòd ſi omne honeſtum tractetur, licite ſine authoritate ſuperioris fiunt ipſę cõgregationes. Super quo eſt videre Boer. deciſ.60. nume. 12. Deci. 151. in primo. Inde ad propoſitum notanter dixit Bald. conſ. 262. decretum domini.vol.2.In omnibus congregationibus duo eſſe conſideranda, & qualitatem perſonarum,& cauſæ,& iſta faciunt ad multorum declarationem, vt ibidẽ probatur. Quibus duobus præſuppoſitis, licet ſuperior prohibuerit congregationes, non tamen iudicabitur enorme delictum. eſt pulchrum Conſil.Aymon.Crau.4. præſupponitur conſuetudo.num.16.adducit Bal. eod.conſ.262.& nu.18. ponens differentiam inter congregationem, quæ præſupponitur ad bonum,& conuenticulam ſonans in malam partem. Ex quo iſtæ congregationes factæ ad opera religionis, permiſſæ ſunt de iure. Doct.in l.conuenticulã. C.de epiſcop. & cleric. ponit doctiſſimus Alciatus conſ.360.& 364.Rolan. a Valle conſ. 17.vol.3.ipſe Crau.dic.conſ.4.nu.14. Ex his conijcimus, non eſſe ambigendum, has confraternitates, in quibus aliquod pium opus exercetur, eſſe loca pia,& eiſdem locorum piorum priuilegiis potiri: quamuis aliqui moderni contrarium dixerint: vti nouiſſime in caſu conſuluit Gabr. doctor Eugubinus.conſi.162.priuilegium de quo: & eſt de mente Conc. Trid.contra opinionem ſuam.Dum epiſcoporum authoritati ſubduntur,qui non niſi in eccleſiaſticis, piiſq. locis, ſeu ratione aliqua religionis ſe intromittunt,& Cõcilium ius eis tribuit, vt infra. nume. 7.& nume. 12. dicimus.Nam ex hoc ſtudium augetur amplificandæ,& obſeruandę religionis. dicit idem Valer.
5 Maxim.eodem lib. 1. de cult. Deor.† Sunt tamen vera,quę ipſe doctor Hieron.Gabr. dicit.Tria requiri ad faciendum locum pium. Primo requiritur locus, cui perſonæ ſint annexæ, abſq. quòd ſeparari poſſint; quod vltimum videtur ſuperfluũ; nam ſi dantur perſonæ loco erecto, eſt demum dare caſum diuiſionis,& annullationis.Secundo,vt ſit ordinatus ad pia loca, & opera,quę exerceantur, quod & in confraternitatibus eſt, nam ſiue ad puellas dotandas, ſiue certum genus peregrinorum accipiendum ſint introductę, Piæ dicuntur. Tertio,quòd ſit cum authoritate ſuperioris, vel Summi Pontificis,vel ordinarii. Abb.de cenſib.cap. authoritate. Idq. adeſt hodiè, quia & ſi a principio non interfuit conſenſus, epiſcopus viſitando & quid prophanum non inueniens,approbat,vt infra dicetur in earum inquiſitione facienda.Quia non ſumus in his actibus, in quibus de neceſſitate debeat præcedere conſenſus ſuperioris,ſed ſufficit ſuperueniens.Ponunt doct. in cap. cum vos,de his, quæ fiunt a præl. cum ſit conſenſus authorizabilis, qui ante, & poſt,valet,ſi interueniat l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum per Bar. ff. de acquir.
6 hęred.† Si vero in conuẽticulis loquamur,vel ſint licita, vel illicita (quia frequentius in malum trahuntur) in eccleſiis fieri non ſunt permittenda Bal. in d.l.conuenticulã.in princ.C.de epiſ. & cler.cum in ipſis rato ſit, quin conſpirationes non fiant,argum. tex. cap. coniurationum 11.quæſt. 1. cap.1. &

cap.

cap. cum eccleſia de immun. eccl. lib. 6.diximus ſupra lib.1.cap 11.num. 7. cum ſeq. in idem ſonare coniurationem,& conſpirationem.dict.cap.coniurationum.& per glo.in cap.coniurationem de ſent.excom.lib 6 Abb.in cap. petitio de iur. iur. & dicit Innoc. in cap. 1. de ſciſmat. in dubio ſemper oriri, & ſuſpicari malum. Eſt autem proprie conſpiratio, confœderatio facta in præiudicium perſonæ ſuperioris,vel eius dignitatis. Abb.in di. cap. petitio veſtra & dicitur grauiſſimum crimen,& dicit Guid.Pap ſingul.402. eſſe duplicem pœnam depoſitionem di.cap. coniurationum.aliam in l. 1.§. cum patronus. ff. de offic. præf. Vrb. Marant. in Specul. part. 6.num. 129. Brun. inter conſil. Feud. conſ.28. nu. 5.Abb. in cap. venerabilis num. 4. de teſti. cog.De faciente conſpirationem contra epiſcopum. Modern. in capit. conſtitutionem de verb. ſign. lib. 6. quòd coniuratio eſt plurium in vnũ iuratio,& fit cum iuramento: Conſpiratio vero fit pacto, aut dicto tantum, ſine iuramẽto, Fab Monteleo. 4 part. nu.174.cõſpiratores,coniuratores,eiſque conſentientes dicuntur infames. ex cap. conſpirationum, & cap.ſtatui-

7 mus 11.q. 1.† In ipſis omnibus diligens requiritur epiſcoporum indagatio,cum eorum viſitationi ſubiaceant, iuxta generale decretũ Conc. Tri.ſeſs. 22.de refor.c.8.quia licitę iudicabuntur ſi ob cauſam bonam fiant,& exemplificat Archid.in cap.ſi quis.42. diſt. licet plerumque euadant congregationes dæmoniorum, ſicuti de proximo fuit inuẽta in vna ciuitate magna quędam congregatio diabolica virorum, & mulierum ſe in certum locum, reducentium iudaizando, & alia obſcœna committendo: quæ vt in totum aboleretur,fuit mira admodum Sedis Apoſtolicæ cura. Vnde fauorabiles ſe reddere debent magiſtratus ſęculares ſummi Regis in adiuuando prælatos in ſimilibus extirpandis, nec ſtatim in medio ponere iuriſdictionis regiæ materiam; nam ſi non tollantur, honor Dei non conſeruatur, & ipſe Rex regna perdat, vt in aliis viſum eſt,etiam his noſtris infęlicibus temporibus in

8 Belgicis ſtatibus. † Et hæc dicta de confraternitatibus, quòd epiſcoporũ regimini, ſeu viſitationi ſubdantur, ad alia loca amplientur. Vnde dixit Felin. in cap. accedens, in princ. de præſcript. referens dicta Innocen. in eodem cap. dilecta, ex mente Domin. 42. diſtinctio. capit. ſi quis deſpicit, quòd confraternitates diſciplinatorũ ſunt collegia approbata; nec deeſt ratio, cum ſint ad opus pium inſtituta, vel pro pauperibus nutriendis,vel virginibus maritandis, vt voluit Abb. in cap. primo. in fin. de electio. ex generali diſpoſitione,omne collegiũ pium eſſe approbatum a iure,vt de hoc proprie ipſemet Abb. conſil. 56. vbi de multis, ponit Corſet. ad ipſum fol. 57. colum. ſecunda, cum ſequent. &

9 ſimil.† Sic etiam,& euidentiori ratione ad collegium leproſorum extendere, quod & approbatum dicitur. Abb. in cap. 2 de eccleſ. ædific. Fel.in alleg. c. accedens, & hoc expedit ipſis ciuitatibus,ne inficiantur,inde extra locũ collegij vagare non licet, & uide text. 50.diſt.c.ſi poſt ordinationem.§. econtra. vbi ex murmuratione in prælatos lepra incurritur: ſicuti ibi de Maria ſorore Aaron in Moyſem murmurante

rante

rante dicitur, originaliter, cap. 12. Numer. & in alio caſu propter ſimoniæ labem, de Giezi ſeruo. 1. q. 1. cap. cito: Aduertẽdo, ne unquàm in ipſis hoſpitalibus, & collegijs præponatur leproſus, (excepto vltimo, vt aliqui dicũt, quod non admittitur.) Nam remoueri debet ab adminiſtratione, ne alios inficiat, & propter abhominationem populi, dicit text. in c. tua nos, de cler.
10 ægrot. † Beigunorum, & Beigainarũ ſtatus ſimiliter prohibitus eſt. in cl. ad noſtrũ, de hæret. cũ excõmunicatione ẽt in religioſos auxiliũ dantes, & fauorem impendentes, per clem. 1. de relig. dom. & Ioan. 22. confirmauit, in ſua extrauag. ſancta Romana. eod. tit. de relig. domi. Status etiam Fraticellorum, & fratrum de paupere vita omnino eſt damnatus, nec epiſcopus permittere poteſt; & vbi inuenerit, prouideat iuxta aliam conſtitutionem eiuſdem Ioan. 22. in dicta extrauag. incip. ſancta Romana. de relig. dom. reiectis multorum erroribus ſuper inde exortis, vt dicit Eymeric. in ſuo Directorio. 2. par. q. 17. & 3. par. cap. 113. ſigna
11 quibus cognoſcuntur.) † Quod quidẽ optima ratione procedit, nam vbi extra opus pium & honeſtum conuẽtio fit, non collegium, aut confraternitas dicitur; ſed monopolium, quaſi conuentio plurium bono publico, hoc eſt, Religioni Chriſtianæ obuians. Felin. eod. cap. accedens. Quorum pœna eſt, confiſcatio bonorũ, cum perpetuo exilio. l. vnica. C. de monop. de quo delicto monopolij congerit multa Petrus Rebuff. in trac. de mag. artific. ar. 4. gl. 2. lib. 2. Conſtit. Franc. fol. 307. licet Felin. in capit. exhibita. de iudic. quem refert Aegid. Boſſ. in tit. de vnion. & colligat. nu. 8. ponat differẽtiam inter conſpirationem, coniurationem, & cõ
12 uenticulam. † Itaque quando epiſcopus, ſeu alius viſitat has confraternitates, ſocietates, collegia, & cætera pia loca, primo inquirat, quis ſit præcipuus orandi modus in eis, videatur & examinetur, quæ ſint orationes? quod tẽpus? & an determinata hora ad intereſſendum orationi, quod ſit officium, & an id deuote, & pie exequatur? ſi deniq. procedant in publicis proceſſionibus, quo habitu, qua honeſtate, decentia, pietate, & deuotione, vt in omnibus habeatur reſpectus ad animarum ſalutem, & populi ædificationem, ita vt omne ſcandalum abſit? quibus diebus inter ſe conueniant? & quid in congregationibus tractetur: et prohibendum eſt eis, ne conueniant diebus dominicis, & feſtiuis, tempore diuinorum officiorum, & ſolleminiũ Miſſarum, vel prædicationum: tam in cathedrali eccleſia, quàm collegiata, & parochiali. Propter quod illis intereſſe nequeunt, vt debent, neq. ipſis diebus dominicis, & feſtiuis faciant cantari publice Miſſas, & officia defunctorũ: & ſi habent ſacerdotes, & capellanos. Videatur ſimiliter, ſi illos honorant, et ſufficienter ſubſtinent, & quam primum diſcutiatur, ne ſit in eis aliquod ſtatutum ſapiens contra ſanam doctrinam, vel bonos mores, vel aliquo modo ſit ſuperſtitioſum; vt omnino deleatur, etiam ſi eſſet iuratum: cum ſit contra omne ius, & in præiudicium Domini noſtri ſuperioris. cap. venientes de iur. iur. Ideo oẽs confratres abſoluantur ab obſeruantia, & ſi qui in eis ſcandaloſi, inquieti, aut etiam diſcoli reperiantur, corripiantur. Et vbi in-

corri-

corrigibiles ſint, puniatur ſecundum laudabiles reformationes ipſarum cōfratriarum, etiam per eiectionem. Itē ſi ius patronatus prætenderēt hoc reſpectu, vt reuideantur fundationes, & quomodo iudicabitur eccleſiaſticum, vel laicorum, Couarr. in pract. qq. cap. 36. num. 8. recitata contraria opinione concludit dici laicorum. Item ſi in ipſis ſint particulares redditus, adnotentur, & recognoſcantur cum aliis bonis pręcioſis mobilibus, & ne uſurpentur, aut ad alios vſus, quàm deſtinatos conuertantur, & quòd ipſarum factores principales, Economi ſingulis annis reddant rationem ordinario loci, non obſtantibus quibuſcumque, iuxta decretum ipſius Concil. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 9. cum modificatione, vt ibi, hoc addito, ꝙ magiſtri, & pfecti doceant ſanam, & catholicam Fidem, ſępiusq. confiteantur, & ſacram Euchariſtiam accipiant: nec faciliter permittatur licentia orandi noctis tēpore, propter multa inconuenientia, quæ euenire poſſunt, & viſum eſt, ſu-
13 pra lib. 1. c. 28. nume. 8. † Quod frequentius ad orationē quadraginta horarum adaptatur, in qua facienda aduertantur multa adnotata in Synod. Prouint. Med. 2. par. fol. 30. verſ. 4. cū ſeq. quę qualiter ſit agenda, ſatis dictū eſt ſupra. lib. 1. cap. 26. num. 18. Diligenter intuendo, quòd qui curam ipſius orationis tenent, viri ſint undequaque Dei timorati, & poſſideāt honeſtatem omnem in vita, & moribus, & de loco, vt videbitur conuenire, ſic ſtatui, & deſignari, ſiue etiam mutari poteſt, in omnibusq. vnus modus orādi ſeruetur, iuxta Canonem ſecundū Concilij Tolet. quarti, &c.

DE MONASTERIIS, MONACHIS, & perſonis regularibus.

CAP. DECIMVMQVINTVM.

SVMMARIVM.

1 *Religio eſt nomen generale, et quæ ſit, nu. 2. 3. & 4.*
5 *Religio in eccleſia eſt antiquiſſima.*
6 *Andraas Carolſtadius improbatur.*
7 *Religionis Particularis primi inuentores.*
Benedictus, & Baſilius ſancti commendantur. nu. eo.
8 *Religio ad quid ſit ordinata.*
9 *Religio q̄ multa in nobis operetur.*
10 *Religioſi poſſunt communiter dici fratres, & monachi.*
11 *Monachus vnde dicitur.*
12 *Monachus, & conuerſus differunt.*
13 *Religionis ſtatus tripliciter conſideratur.*
14 *Sollicitudo bona eſt triplex.*
15 *Religioſus viuens in mundo eſt in magno periculo.*
16 *Religioſi non habent velle, nec nolle.*
17 *Solitudo à religioſis eſt amanda.*

Cella

18 Cella vnde dicitur.
19 Scipionis Africani notabile dictum.
20 Sollitudo eſt duplex.
21 Sollitudo eſt inſtrumentum perfectionis.
22 Profeſſio quid dicatur.
23 Profeſſio eſt duplex.
24 Profeſſio quando facienda ex Cōcilio Trident.
25 Habitus monachalis eſt triplex.
26 Habitus dicitur certus dupliciter.
27 Habitus non facit monachum, ſed profeſſio.
28 Epiſcopi in monaſterijs regularium quomodo ſe intromittant.
29 Monaſteria eſſe exempta dupliciter conſideratur.
30 Vota ſubſtantialia religionis attente ſunt obſeruanda, & quomodo in eis peccetur.
31 Proprium in religioſis eſt vt peſtis.
32 Proprium quid dicatur.
Proprium habere religioſos abſolute non diſpenſatur. nu. eo.
33 Religioſi tenentes proprium, quomodo puniantur ex Conc. Trid.
34 Religionis ingreſſus eſt fauorabilis. Ex eo quia eſt ſpiritualis. nu. 54.
35 Illegitimus intrans religionem legitimatur & ad quæ.
36 Irregularitas quę remoueatur per ingreſſum religionis. Et quæ ex homicidio prouenit Sum. Pont. tollenda reſeruatur ex Conc. Trid. nu. 37.
38 Quæ inquirēda ſunt in viſitatione monaſteriorum.
39 Religioſi in eodem genere peccati, in quibus plus peccant, quàm laici.
40 Sacerdotis peccatum quare dicatur grauiſſimum.
41 Monachi non debent de facili exire clauſtra.
42 Epiſcopus quando poſſit reuocare monachum vagabundum.
Vagare ē periculoſum animabus monachorum. nu. eo.
43 Religioſi niſi redeant ad monaſteriū, vt apoſtatę puniuntur.
44 Monachi, quando, & in quibus caſibus degentes extra monaſteriū conueniantur coram epiſcopo.
45 Monachus quando de vna religione ad aliam tranſire poſſit.
46 Conſtitutio Martini Quinti de mendicantibus.
47 Monaſteria in quibus vnus, aut duo monachi perſiſtūt reformari debēt.
48 Monachus habitum ſemel ſuſceptum dimittere non poteſt.
49 Monachus mutans, aut occultans habitum, qualiter puniatur.
Laicus irridens Religionem Chriſtianam punitur pœna capitis. nu. eo.
50 Monachus factus epiſcopus non mutat habitum. Et à quibus liberetur à ſua religione. nu. 51.
52 Monachus profeſſus rediens ad ſeculum non recuperabit bona ſua.
53 Monachus per ſimoniā ingreſſus qualiter puniatur.
55 Monachi omnes debent in communi refectorio comedere, & in communi dormitorio dormire.
56 Epiſcopi quomodo procedant, vt monachi aſſumant debitā viuendi normam.
57 Viſitationes monaſteriorum ſuis temporibus omitti non debent.
58 Monaſterium de nouo conſtrui non poteſt ſine conſenſu epiſcopi.
59 Monaſteria ſubdita immediate Sedi Apoſtolicæ, quomodo gubernanda ſunt.
60 Monaſteria curam animarum habentia

tia viſitantur ab epiſcopis. nu.61.
62 Monachi debent ſeruare, & publicare cenſuras latas ab epiſcopis. Et feſta per ipſos inducta.nu.63.
Epiſcopus poteſt inducere feſtum ſeruandum in ſua diœceſi.nu.eo.
64 Religioſi tenentur venire ad proceſſiones generales, fallit tamen.
65 Controuerſia de precedentia inter religioſos ſedanda eſt ab epiſcopis.
66 Regulares præferuntur omnibus monachis.
67 Nouitij ante profeſſionem uolẽtes redire ad ſæculum, debent habere oĩa bona ſua, aliter epiſcopus coget.
68 Monachus inuitus factus quantum tẽporis habet facta profeſſione recedendi.
69 Religioſi omnes debent reuerentiam Prælatis eccleſiarum.
70 Officiales monaſteriorũ qualiter ſunt eligendi.
71 Capitula in monaſterijs ſunt ſepius frequentanda.
72 Nouitij an interuenire debeant in capitulis.
73 Lectio ſacræ ſcripturæ in monaſterijs eſt habenda.
74 Dignitates monaſteriorum non niſi cõſtitutis in ętate XXV. ann. conferendę ſunt.
75 Beneficia regularia regularibus ſunt conferenda.
76 Annus promotionis quando incipit currere.
77 Poſſeſſio pacifica, quæ dicatur.
78 Monachi non ſunt creandi Canonici eccleſiæ ſæcularis.
79 Beneficia ſæcularia etiã ſimplicia non dantur monachis.
80 Monachus factus rector eccleſię ſęcularis ſub qua regula ſe reformabit.
81 Monachus factus epiſcopus quod officium celebrare debet.nu.82.
Cardinalis de Turr.Crem.habuit licẽtiam ab Eugenio Papa dicendi ſuũ proprium officiũ prædicatorũ. nu.eo.
83 Filius ingrediens religionẽ inuitis parentibus, an poſſit ab illis reuocari.
84 Clericus ingrediens religionẽ per annum, quo facit profeſſionem retinet beneficium. Vbi quo prouidendum interim, & quid de fructibus.
85 Annus pbationis quare ſit inductus.
86 Libertates monaſteriorum opprimenda non ſunt.
87 Dominus poteſt cogi inuitus vendere domum coniunctam monaſterio.
88 Mulieres non poſſunt ingredi clauſtra monaſteriorum.
89 Conſtitutiones Pij V. & Greg. XIII. ſuper eodem.
90 Monachus non facit commatres.
91 Monachi inuicem ſe percutientes, ab epiſcopo an poſſint abſolui.
92 Appellari ab Abbate ad epiſcopum, quando poſſit.
93 Abbates, an hodie conferant primam tonſuram, aut quattuor ordines, & quibus.
94 Monachi quando venire tenentur ad congregationes, & ſynodũ epõrum.
95 Infirmaria communis debet eſſe in monaſterijs.
96 Magiſtri nouitiorum creandi ſunt in monaſterijs.
97 Silentium ſeruandum eſt certis horis in monaſterijs.
98 Obedientia præſtanda eſt attente ſuperioribus ab omnibus religioſis monaſteriorum.
99 Chriſtus dominus noſter fuit omnium obedientiſſimus.
100 Monachus poteſt eſſe Vicarius epi.

101 *Monachi an eligendi ab Abbate tātum ſine conuentu.*
102 *Abbas principaliter habet adminiſtrationem totius monaſterij.*
103 *Religiones vnius regulæ, vnius monaſterij, vnius profeſſionis, etiam inter ſe ſolent eſſe varia.*
104 *Pius V. reformauit fratres ſancti Franciſci de tertiu ordine.*

NVNC ad monaſteriorum, ipſorumq. monachorū viſitationem faciēdam per ſuos ſuperiores,& aliquādo per epiſcopos, vel authoritate ordinaria, vel delegata, accedendum eſt. Nam ipſi huius mū di vanitatibus ſpretis, ſe religioni tradentes, Deo ſeruire (quod & regnare eſt) in omnibus ſtudent. ipſe enim dixit. Luc. cap. 9. *Si quis vult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuā quotidie, & ſequatur me;* cum fructus ſecurus reddatur. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Luc. cap. 10. In quibus monaſteriis, & ſi fere ſit exemptio in omnibus ab epiſcoporum iuriſdictione; ſunt tamē ab eorum ſuperioribus multa reformanda, & in multis epiſcopi procedere poſſunt, renouantes antiquum, & ſollemnem ſtatum illum Religionis, ubi multa dicemus, ex quibus mens ipſorum firma remanebit in cultu Dei, iuxta propriam cuiuſcumq. vocationē, in ipſis canones modernos
1 Conc. Trid. reducentes. † Sed primū illud aduertendum eſt ſcitu dignum. Quòd hoc nomē religio eſt generale, quatuor ſignificās. Primo accipit pro debito cultu, quē vero Deo immortali præſtamus, quo ad fidem, & omnes Chriſtiani tenemur, & ſic omnes dicimur religioſi, ex illo Iacob. c. 1. *Siquis putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed reducēs cor ſuum, huius vana eſt religio.* Et inde appellata eſt Religio Chriſtiana, & Innoc. III. in c. gaudemus, de diuort. utitur illis verbis. *In fauorem præſertim Religionis Chriſtianæ.* Vnde Religio Chriſtiana, ideſt fides catholica hoc eſt fides Chriſtiana. l. 1. cum ſua gloſ. C. de ſum. Trini. Cuius cōſeruandæ cauſa, vſque ad extremum vitæ maxima debet eſſe nobis cura, qui in vera religione ambulamus. Cum, & primi illi Romani, qui veram ignorabant religionem; ſtudioſi tamen erant in ipſa ſeruanda. Val. Max. exempla profert. lib. 1. c. 1. & ſic largiſsime dicitur Religio.
2 † Secūdo ſumitur religio pro ipſo cultu veri Dei, vt non ſolum fide, ſed etiā operibus Deo adhęreamus, quia fides ſine operibus mortua eſt, cap. 1. Iacob. cum Iuſtitia Dei reueletur ex fide in fidē. ad Rom c. 1. Nec ſufficit amici miſereri, ſi nō paueris, cū fame pereat. c. paſce. 86. diſt. Quare oēs boni Chriſtiani per fidē, & bona opera religioſi dicuntur, de conſtit. c. eccleſia. ibi dum dicitur. *Nos attendētes, ꝙ laicis etiam religioſis*, & in cap. lin. de reb. eccl. non alien. ibi. *Cum laicis q̄q̄ religioſis*, quę verba itē ſunt in c. laicis. 16. q. 7. & oēs fratres ab vno Chriſto. 1. Petr. c. 1. Animas veſtras ſanctificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore ſimplici. Et hoc modo religio ſumitur
3 large. † Tertio vero mō ſtricte loquendo accipitur pro ſtatu clericali, magis cultui diuino dedito, regulam B. Petri Principis Apoſt. ſectādo, vnde dignior

habitus

habitus fuit ſemper ordo clericalis, q̃ ordo monachorum. not. in cap. alia. 16.quæſt. 1. & ſic nouum ſacerdotiũ eſſet in Chriſto Ieſu. ceſſante illo primo ſacerdotio, ad Hebr.7. capit. quo translato neceſſe fuit, vt legis translatio fieret.cap.3.de conſtit. & Petr. ſua 1.cap.2. *Vos genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta populus adquiſitionis, vt virtutes annũtietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.* Et in nouo teſtamento poſt Chriſtũ dominum a Petro ſacerdotalis cæpit ordo, quia ipſi primo Pontificatus in eccleſia Chriſti, datus
4 eſt,cap.in nouo. 21. diſtinc. † Vltimo ſtrictiſſime accipiendo, religio ſumitur pro illis,qui ſe a mũdo, & eius põpis alienantes alicui religioni a Sede Apoſtolica approbatę ad dicũt profitẽtes tria illa cuiuslibet veræ religionis ſubſtantialia, obedientiã, continentiã, & paupertatem, in quibus vix numq̃ videtur diſpenſari. Quia & ſi Martha (per quã Petrus deſignabatur) ſatagebat circa frequens miniſterium Chriſti.Maria dedita contẽplationi (a qua ſignificata eſt vita religioſorũ) optimã partem elegit, quæ non auferetur ab ea,propter mundi tentationes, & ſuas vanitates, abſtinendo a carnalibus deſideriis, quę militant aduerſus animã. eod. c. 2. 1. Petr. quæ contemplatiua pręeminet vitæ actiuæ in duodecim: Aluar.Pelag.de planct. Eccl.lib.2.c.yt. ex fundamento trium illorũ promiſſorum,ad quorum corroborationẽ multa dicturi ſumus. Et ſic proprie de ipſis religioſis hic accipiendo, Abb.de maior.& obed. cap.dilecta. Boſſius de coit. damn. in fine, quia de tertio loco requiſitis ſatis in ſuperioribus di-
5 ximus,& infra alia plura. † Eſt igitur ipſa Religio in eccleſia Dei antiquiſſima, nec humana adinuentione excogitata(vt mundi ſectatores dicunt)ſed ab ipſis Apoſtolis,& a primitiua eccleſia trahitur,Dauid pſal.65. *Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea.* Deuto.c.23.*Cum votum voueris Deo tuo*: Matth.c.19.Idq. etiam ex teſtimonio Philonis Iudęi probat Ioan. Dried.de eccl.ſcri. lib. 4.fol.300.eáq. ad ſpernantes digni ſint omni morte. Namq. in hiſtoriis etiam antiquorum legimus, homines punitos propter neglectam religionem,de pluribus teſtatur.Valer.Max. lib. 1.cap. 2.fortius in noſtra chriſtiana religione,qua Deum verum omnipotentem colimus, qui dixit: *Ambula corã me,& eſto perfe-*
6 *ctus*: Hinc clare iudicatur,quàm impie fecerit iniquus Andreas Carolſtadius auſus abiicere ſtatum religioſum & habitũ,vt refert do.Card.Hoſi.lib.1. de hæreſ.noſtr.temp.fol.9.negans religionem traditam nobis per Petrum Apoſtolum, ſicuti confeſſi ſunt antiqui Imperatores Grat.Valẽ.& Theod. in l. 1. C. de ſum. Trinita. Ipſorum ego religioſorum præcipua mens eſt, vt tanto quietius, ac liberius meditari poſſint paſſionem Domini Noſtri Ieſu Chriſti; & hinc rectius quiſq. diſcat religioſus per varia exercitia piæ, & ſanctæ religionis patientiã, & verè ſequi Chriſtum crucifixũ.inquit enim Apoſt. 2. ad Tim. 2. *Si fuerimus ſocij paſſionum, erimus, & conſolationum, perſeuerantes in bono*: Namque de præuaricantibus dicit ipſe Petrus 2. ſua epiſto. cap. ſecundo. *Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionẽ retrorſum conuer-*

ti ab eo quod illis traditum eſt ſancto
mandato.(Cui ſententiæ ſimile eſt grá
de illud dictum Apoſt. ad Hebr. c.6.
Impoſſibile enim eſt, eos, qui ſemel
ſunt illuminati, guſtauerunt etiam do-
num cæleſte, & participes facti ſunt ſpi
ritus Sancti, guſtauerunt nihilominus
bonum Dei verbum, virtuteſq. ſeculi
venturi, & prolapſi ſunt: rurſus renoua-
ri ad pænitentiam, rurſum crucifigen-
tes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui
habentes. Super quo verbo interpre-
tando multum inſiſterunt Theologi,
diuerſimodo exponentes. Do. Card.
Aracæl. de ſacram. baptiſ. cap. 15. vt
verum reddatur dictum ipſius Petri.
in 2.cap. 3.quòd in ſcriptis Pauli Apo
ſtoli ſunt quædam difficilia intellectu
7 &c.) † Qui autem primo fuerint in-
uentores huius ſegregationis a mũdo,
poſt Apoſtolos, Benedictum in occi-
dente legimus, in oriente vero Baſiliũ,
iuxta vitam antiquorum monachorũ.
Caſſan. in ſua glor. 4. part. conſid. 54.
Boer. de ſtat. Erem. Ille enim duode-
cim monaſteriis ædificatis, ſanctiſſi-
mis legibus communitis, Caſſinum
pergit, vt ſimulacrum Apollinis euer-
teret, incolaſque chriſtianos efficeret,
quod, & Deo Adiuuante perfecit. Al-
ter vero Magni nomen aſſequutus, ef-
fectus epiſcopus Cæſareæ, duriorẽ ri-
tum antiquorum monachorum ad
meliorem formam, & magis religio-
ni conformem reduxit: atque alii viri
Religioſi, pariterq. catholici ſunt ſe-
quuti, alias regulas nouiter erigendo,
de approbatione ſanctæ Sed. Apoſtol.
vt per Caſſan. vbi ſupra; Quia incon-
ſulto Romano Pontifice, & ipſo non
approbante, nouam non licet induce-
re, aut recipere Religionem cum ſine
ipſo nihil nouum, aut in eccleſia hacte
nus inuſitatũ, decerni poſſit. tex. Conc.
Trid. ſeſs. 25. de inuoc. uener. & reliq.
ſanct. & ſacris imag. §. quod ſi aliquis.
8 verſ. ita tamen. † Ordinando Reli-
gionem, vt homo attentius Deo, re-
rumque diuinarum contemplationi
vacaret, tamquam exercitium perue-
niendi ad perfectionem, in quo ſtatu
dicuntur ipſi religioſi ambulare. iuxta
illud adductum. Luc. c. 10. Maria opti-
mam partem elegit. Domin. Card. de
Turr. Crem. in ſua ſum. lib. 1. cap. 76.
Stãtes enim in religione purius viuũt,
cadunt rarius, ſurgunt velocius, ince-
dunt cautius, quieſcunt ſecurius, irro-
rantur frequentius, purgantur citius,
moriuntur confidentius, remuneran-
tur copioſius. ex Bernardo, quæ verba
exponit Florent. in ſum. 3. part. tit. 16.
cap. 10. vbi not. ſunt cum Deo, cum ip
9 ſo conuerſantur, ipſoque fruuntur. †
Ex quibus maximi fructus hæc religio
in nobis eſſe dignoſcitur, quia citius
Deo nos coniungit, facit contemplatio
ni deditos, vt non niſi Chriſto frui
penſitemus. Erat Maria intenta dul-
cedini verbi Dei, intenta quomodo
paſceretur a Domino; nam qui cœlum
ſuſpicit, & quæ illic bona ſunt contem
platur, ſtatim hæc, quę ſunt in mundo
contemnit, tamquam nullius momen
ti: de primo in pſal. 30. *Quam ma-*
gna multitudo dulcedinis tuæ Domi-
ne, quam abſcondiſti timentibus te:
Et in alio. 83. *Quia melior eſt dies*
vna in atrijs tuis, ſuper millia. Quod
vt melius perficiatur ab omnibus cu-
ris ſæculi abſtinendum eſt. cap. duo
ſunt in princ. 12. quæſt. prima. Nam
cogitationis ſtatum erigere non valet,
quem terrenæ ſollicitudinis curuum
tenet

tenet cap.hinc etenim.§.gibboſus.49. diſt.& dominus cap.8.Luc.Qui a ſollicitudinibus, & diuitiis,& voluptatibus huius mundi,ſeu vitæ,euntes ſuffocantur,& non referunt fructum.eo.

10 §. † De omnibus religioſis loquendo, hoc nomine appellātes, ſiue alii monachos,alij fratres,vt mēdicantes,alii regulares diuiſim appellent,cū oēs rectè poſſint appellari fratres,quia ſub uno patre Chriſto religioſi profitentes tria ſubſtantialia,Abb.in cap.cauſam quæ. col.1.de iud. & contra opinionem maximi uiri,qui monachos non aliter, niſi ſub Abbatibus dicebat, fratres tantum mendicantes,& Abb. refert Fel.in proœm.decret.nu,4.nec deeſt ratio pro illo, cum fratres ex communi uſu ſic intelligantur, & qui debet attendi. l. Labeo. ff. de ſupell. legat. licet difficiliter probari dicat Fel. in dict.proœ. nu.3.& nu.17.Vtcumque tamen,qui ſuo modo intelligat, de omnibus hic loquimur, & ad omnes hæc dicta extendimus, quando tamen ſub vna regula nō ſunt particulares conſtitutio-
11 nes, vt in multis. † Nam, & monachus dicitur a monos, quod dicitur ſolus, quòd etiam eſt vnus & triſtis, qui eſſe debet propter compunctionē ſuorum peccatorum, & proximorum, militans ſub regula ſui fundatoris. Faciunt notata per Floren. alleg.cap.10. & ſi quando appetitus inuaſerit peccandi, cogitet horribile illud, & intolerabile tribunal Chriſti. Beat. Baſil. ſuper Pſal.33. non in multitudine hominum, & ſociorum,quos cum idem moribus occupauerit,bonis nihil aliud reſtat, quàm dolor & gemitus. cap. non poteſt. 24. quæſt. 4. ex Auguſt. lib. 2. epiſt. contra Parmenian. lib.3. Quia cum frequentia hominum mūdum ſequitur; & tamen ſcriptum eſt, *Quod amicitia huius mundi inimica eſt Dei, & quicumque voluerit amicus eſſe huius ſeculi, inimicus Dei conſtituitur*. 1. Iacob. capit. 4. & Ioan. 1. cap. 2. *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt*. Quod & confirmat Apoſt. ad Galat. cap 1. *Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem*. Et ad Philip. 3. *Verumtamen*, exiſtimo omnia, *detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam*. Et in Pſalm. 52. verſic. 7. quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum,qui hominibus placent: confuſi ſunt,quoniam
12 Deus ſpreuit eos. † Ipſe igitur monachus differt a conuerſo; nam conuerſus offert ſe& ſua eccleſiæ, promittēs eius ſuperiori, & ſucceſſori obedientiam; ſed monachus ad maiora pertranſit;nam profitendo regulam,renūtiat mundo, & pompis eius, & in ipſo magis profeſſio attēditur Lapus alleg. 129. factum ſuper quo. nu.3. Et ideo diſpoſitio mere odioſa loquēs de monachis,non habet locum inconuerſis. Abb. in cap. non dubium. de ſent.excom. Sic & conuerſus differt ab oblato, qui ſe,& ſua dedit eccleſiæ, nulla veſte mutata. cap. conſulti ſumus. de reg. Boer. deciſ. 20. num.5.vbi multa poſſunt videri. Item dicitur quaſi ſeruus monaſterij, vt inde tranſire etiam ad aliud ſtrictius monaſteriū non poſſit. gloſ. in cap. vt lex continentiæ. in verb. profeſſi. 7. quæſt.1. vbi vide Ar-
13 chid.† Vnde Sanctus Thómas,quem cęteri ſequuti ſunt. in 2.2.quæſt.186.

tripliciter hunc ſtatum Religionis conſiderari vult: & primo in ipſo exercitio tendendi in perfectioné charitatis, ſine qua ſumus nihil, ſecundũ Apoſt. 1. ad Cor. 3. & eod. lib. 1. cap. 75. per Domi. Cardi. Et pro illo actu ad quietem reducente humanum animum ab exterioribus ſollicitudinibus, quæ ſuffocant verbum Dei, nec ferunt fructũ bonum Luc. cap. 8. de quo Apoſt. 1. ad Corin. cap. 7. inquit. Volo vos ſine ſollicitudine eſſe. Et tertio pro quodam holocauſto, quo quis ſe, & ſua offert Deo, abdicans proprium velle. Et ſic loquitur idẽ Apoſtolus, licet generaliter, ad Rom. cap. 12. Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum; & primum dictum Apoſtoli intelligitur de ſollicitudine mundi, iuxta verbũ Euangeli.

14 † Namq. eſt ſollicitudo bona, & admodum neceſſaria, & prima, quam regiminis vocamus, cum Prælatus ſollicitus eſt de ſuo grege, quem hortatur Apoſt. eod. loco dicens, qui præeſt in ſollicitudine: ſecunda eſt ſollicitudo prædicationis. 1. ad Theſſal. 2. fiduciã habuimus in Deo noſtro loqui ad uos Euangelium Dei in multa ſollicitudine. Item dilectionis, quam ipſe Apoſtolus commendans ad Epheſ. dicit. cap. 4. Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Alia compaſſionis, hanc habuit Oneſiphorus diſcipulus, qui ſollicite quæſiuit Apoſtolum vinctum in vrbe, & inuenit, ut ei miniſtraret. 2. ad Timot. cap. 1. in fine. Hic fuit vnus ex 72. diſcipulis, & epiſcopus Onoroti, alij dicunt Coroniæ, vt cõcordant Dorotheus, & Hyppolitus antiqui ſcriptores eccleſiæ, qui de 72. diſcipulis ſcripſerunt. Sic alia ſollicitudo actionis, ut ipſe religioſus continuo quærat, ſollicitus eſſe, quomodo Deo placeat, inde. 2. ad tit. c. 2. Sollicite autem cura te ipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, recte tractantem uerbum veritatis. Sic & alia prouiſionis, ne religioſus obliuiſcatur viarum Domini, ſed cogitare, quæ oportet fieri, ſicut ipſe Apoſt. dicit ad Roman. c. 12. Sollicitudine nõ pigri. Similiter quædam ſpiritualis, & ordinata cum diligenti vigilantia animi circa bona honeſta, aut neceſſaria. probatur Deuteronom. cap. 4. ad Epheſ. cap. 4. Alia dicitur ſollicitudo inordinata magis ad diffidentiam pertinens, quam deteſtatur ſcriptura. Matth. cap. 6. Nolite ſolliciti eſſe in chraſtinũ, & Prouerb. c. 1. ſpes ſollicitorum peribit.

15 † Sed primo dicta obſeruant ipſi religioſi, dumtamen in ipſa religione viuant, quod niſi obſeruent, vix ſe ipſos ſaluare poterunt; nam ſi in mundo religioſus uiuat, in magno ſe conſtitui periculo ſciat. Quia ſicut difficile eſt arborem ſecus viam poſitam, fructus ſuos vſq; ad maturitatem conſeruare, ſic religioſum iuxta mundum viuentem in actibus mundi, vſque ad finem, immaculatam conſeruare iuſtitiam. Vnde recedendum eſt de via, & plantandum in loco ſecreto; vt nec colludere tecũ mundus habeat, nec tu cum mundo. Hæc ſunt dicta magni illius Ioã. Chriſoſtom. ſuper Matth. Debet enim in conuerſationis integritate conuerſari, & ſingularitate, in auct. de monach. §. ſi quis igitur. & §. ſancimus, hoc admonet Regius Propheta loquẽs ad

animam

animam fidelem . Pſalm. 44. Audi fi-
lia , & vide, & inclina aurem tuam,&
obliuiſcere populum tuum , & domũ
patris tui . Quæ dicta extendimus in
noſtro ſermone de Concil. Prouinc.&
Dominus ad Abraham . Egredere de
terra tua , & de cognatione tua , & de
domo patris tui . Geneſ. cap. 12. Et
cum mundus ſit via peccatorum , vt
refert Magiſt.in primo pſalm. & terre
nis inhærens non videt Deum , ſuper
pſal. 5 . ſed qui in ſtudio virtutũ Deo
16 ſtat. † Ideo dicit Auguſtin. in libr. de
vera Relig. & Archid. 20.quæſtion.3.
cap. præſens , quòd religio dicta eſt à
religando ; quia exulantes nos à mun-
do vnit Deo , vt amplius velle , & nol-
le in religioſis non dicatur eſſe , iux.c.
non dicatis 12.quæſt.1.& cum volun
tati renuntiatum eſt , peſſimum eſt ea
uti . eod. cap. Sed in quibus velle eis
exiſtere dicatur . ponit gloſſ.in extra-
uag.Ioan.22.quorundam. §. qua pro-
pter , in verb. voluerint, de uerbor. ſi-
gnific. & ad primum Dion. Carth. in
epiſt . Iacob. cap. 2.ar. 3 . Si cum mun
do ambulamus,Deum non cognoſci-
mus,quia mundus eum nõ cognouit.
Ioann. cap. 1. & cap.17.in fine. Pater
17 iuſte,mundus te non cognouit.† Vn-
de frequentius in ſollitudine eſt am-
bulandum, teſte S.Bernar. Anima ſan
cta ſola eſto , vt ſoli hominũ te ſerues
ipſam,quem tibi ex omnibus elegiſti,
fuge publicũ , fuge ipſos domeſticos ,
ſecede ab amicis, & intimis,etiam ab
illo,qui tibi miniſtrat.Dominus enim
ſemper docuit gloriam multitudinis
euitare, vt in oratione tranquillitatẽ
quæramus, & a tempore, & a loco,de
hac ſolitudine, de pænitẽn.diſtinct.2.
cap.non eſt.§. Romanos : verſ.ſed nec

Adam . Inde multi quæſierunt . An
vita ſolitaria & contemplatiua ſit me-
lior , quàm monaſtica & ſocialis? Do-
cto. in cap. priuilegium , de uerbor.
ſignific. in 6.vbi gloſ.& Archid.quòd
ſic. dicimus tamen ex opin. Modern.
quòd licet ſolitaria vita debito modo
ſumpta,ſit præeminentior ſociali,quia
ab ipſa ad ſolitariam tranſitur,ſi tamẽ
abſq. exercitio ſumatur,eſt periculoſſi
ma , niſi per diuinam gratiam proui-
deatur , ſeu ſuppleatur , quod in aliis
per ſocialem conuerſationem acquiri-
tur, vt videlicet intellectus per gratiã
Dei inſtruatur in contemplatione, &
affectiones noxiæ reprimantur. Ioan.
18 Andr.in c.ſane de regular. † Religio-
ſus in cella cum Deo loquitur , cella
dicitur a celo , quia e cella itur ad cœ-
lum. Aluar.Pela.lib.2. de planct. eccl.
c.ſi,vel a celando, ideſt occultando;cũ
religioſos ab actibus mundanis occul
tat . Vnde conuenienti honore digni
ſunt ducentes vitam in cellis,cap. qui
vere.16.quæſt.1.& ibi dicitur eſſe glo
rioſa victoria , quia adeſt glorioſum
certamen.2.ad Tim.4. Et cella mona-
chum celat,ſed Deo per contemplatio
nem ornat , quia inter cœlum , & cel-
lam eſt cognatio non ſolum nominis,
ſed etiam pietatis . Inde Bonif.VIII.
in præd. cap. priuilegium. cellas dicit
loca ſecreta & ſolitaria, quæ ab homi-
num ſeperata conuictu , ſunt ad con-
templandum,& Deo placandum ſpe-
19 cialiter deputata. † Semper enim hęc
ſolitaria vita profuit ad diſciplinam ,
& philoſophiam . Vnde Scipio Afri-
canus dicere ſolitus erat : Se num-
quàm minus ſolum eſſe , quàm cum
ſolus eſſet . refert Tull. lib.3. de offic.
Tunc enim quis otiatur ab exteriori

occupatione,de quo Seneca epiſt.57. Nulla placida eſt quies, niſi quam ratio componit: & illa vera eſt tranquillitas, in qua mens bona explicatur,gl. ad Boet. de conſil. Philip. lib.1. proſa quarta, cum otium de per ſe,ut maxime contrarium ſtudio, & induſtriæ. Valer. Maxim. lib.8. cap. 8.Et dicitur remota ſegregatio hominum, ut Deo fruatur, bonus theſaurus, de quo bonus homo, bona profert. Odium malus theſautus, de quo malus homo, mala profert. Matth. cap. 12. Quia non ſufficit Hieroſolymis fuiſſe, &c. dicit gloſſ. in l. vnicuique.C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. quod dictum alibi

20 ampliatur. † Ideo hæc ſollitudo dicitur duplex; mala,de qua eccl. cap. 4. Ve ſoli, quia ſi ceciderit, non eſt qui erigat eum, cap. in omnibus.81.diſt. cap. 2. de ſtat. monach. & de ipſa,cũ quis mundo inter laicos verſari vult. Secundo dicitur ſollitudo ſancta. alleg. §. Romanos, & de qua loquitur. Ioan. Chryſoſtom. vt ſupra dictũ eſt, & de vtraque Aluar. Pelag. lib. 2. ſui tract. cap.4. colum.4. Sed hæc ſecunda ſit ſemper cum exercitio, alias periculoſa redditur; niſi per diuinam gratiam ſuppleatur; quia abundandũ eſt ſemper in opere domini, ſcientes quòd labor noſter non eſt inanis in Domino. Apoſt. 1. ad Corin.cap.15.

21 † Quæ ſollitudo dicitur inſtrumentũ perfectionis: non autem ipſa eſſentia perfectionis. Vnde, aut aſſumitur per diuinam gratiam, aut per exercitium actus virtuoſi, vt exinde dicamus ſollitudinem pertinere contemplanti, qui iam ad perfectum peruenit, quod dupliciter contigere.ſcribit Domin. Cardin. de Turr. Crem. in c. qui uere. num.4.16.quæſtio.1.& uide Greg. morali. 30. Quid prodeſt ſollitudo corporis, ſine ſollitudine cordis, qđ ſtatim derelinquit nos; quia Deus derelinquit ipſum. pſalm. 39. Cor meum dereliquit me, ad illud uerò peruenitur ex dedicatione ipſius religioſi Deo vero. Prouerb. 23. *Prabe fili cor tuum mihi, & oculi tui vias meas cuſtodiant*,& fit per aliquam regulam

22 monaſterium intrando. † Vbi complementum accipitur per profeſſionẽ. Dicitur autem ipſa profeſſio,ex Ioan. Andr. in cap. 1. de regular. lib. 6. certæ Religionis ſollemnis promiſſio,cui adhærent tria illa ſubſtantialia, paupertatis, continentiæ, & obedientiæ. per cap.cum ad monaſterium,de ſtat. monach. vt ſic laboretur pro peruenĩendo ad vitam æternam, in qua quantũ bonum ſit. audi Apoſt.1.ad Cor. c. 2. *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quę pręparauit Deus diligentibus ſe*, ſupra

23 eod. cap. num. 9.† Quæ profeſſio eſt duplex expręſſa, ſtatim ſęculo renuntiando, cap. 2. cap. 4. de regul. lib.6. ibi; *Vel profeſſionem expræſſam fecerit, vel ſcienter habitum receperit profeſſorum.* Hãc fecit Beatus Franciſcus, cum reiectis etiam proprius veſtibus patri ceſſit omnia, ut poſtea detractis calceis, vnica fuerit contentus tunica. Et profeſſio tacita, quæ fit per delationem habitus. cap. ſuper, eod.tit.& varie obſeruabatur. in anno.15.& nõ ante annum 14.cap.1.de regul.eo.lib. Quia per delationem annalem habitus, tacite cenſetur profeſſus, etiamſi habitus Religionis ſit indiſtinctiſſimus: nam cum ad annos diſcretionis ſit peruentum, agnoſci debet, quid agitur.

agitur. eod. cap. 1. & per omnes. Et illud tempus dicitur aptum ad matrimonium carnale; ergo, & ad ſpirituale argu. a contr. in cap. 2. & cap. 3.
24 de deſponſ. impub. † Sed hodie de iure nouo ſecus eſt. Non enim poteſt fieri niſi in 16. anno. ſeſſ. 24. Conc. Trident. de regul. cap. 15. & quòd annus ipſe, 16. ſit expletus, & per ipſum poſt habitum ſuſceptum in probatione ſteterit. eod. cap. 15. Quod eſt notandũ ad correctionem eiuſdem, cap. 1. ſupra alleg. Namq. finito tẽpore nouitiatus, ſuperiores, ipſos nouitios, quos habiles inuenerint, admittant ad profeſſionem: quos profiteri nolentes, aut inhabiles repertos a monaſterio eiiciant. ead. ſeſſ. cap. 16. §. finito Et qđ tempus nouitiatus non eſt determinatum, ſed arbitrarium, ſecundum ꝙ uidebitur, & vnius anni, aliquando bienni. gl. ſing. in cap. 1. incip. Gonſaldus, in gl. pen. 17. quæſtio. 2. Aliquando vero triennij, alia ſimilis gl. in cap. ad Apoſtolicæ Sedis. de regul. quod item eſt ſignandum pro mate-
25 ria. d. §. finito. ſeſſ. 24 cap. 16. † Vnde ex his omnibus dicere poſſumus, habitum ipſorum monachorum eſſe triplicem; Profeſſionis ſiquidem, Conuerſionis, & Probationis. gl. in cap. 1. 27. quæſtio. 1. Archid. in cap. ſtatutũ, de regul. lib. 6. Similiter alia triplex diſtinctio habitus, ut alter diſtinctus, indiſtinctus, indiſtinctiſſimus. Abb. in cap. ex parte num. 3. de regul. cap fin. eodem titul. lib. 6. Dom. Florent in ſum. 3. part. titu. 16. cap. 3. §. 1. & vide in cap. ſuper eo. titu. alleg. Et ideo quilibet religioſus conformabit ſe in habitu cum illo, inter quos uiuit. arg. cap. quod Deo 33. q. 5. vt ſic uiuentes colligant zizania in faſciculis, mittenda ad comburendum: triticum autem congregandum in horreum domini. Matth. cap. 13. *Quia ſi cum ſancto ſanctus eris, cum innocente innocẽs eris, & cum peruerſo peruerteris.*
26 pſalm. 7. † Similiter habitus diciter eſſe certus dupliciter, & ratione coloris, & ratione formæ, vt notat bona gloſſ. in clem. prima, in verb. ſęcularis, de elect. ibi poſſet etiam dici, ex quadruplici cauſa videtur hodie facta mutatione coloris & formæ, variare plurimũ iterſe ipſaſmet religiones vnius regulæ, qui cum ſit certus in forma, & colore, mutandus non eſt, nec eſt nouum hoc vti, nam, & in multis videmus, certum habitum aſſignari, etiã in remiſſione peccatorum, ut de ſacco pęnitentibus dando, legimus. 50. diſtinct. cap. in capite Quadrageſimæ. ibi; ſacco induti nudis pedibus. Sic, & primi illi Eremitæ tunicas certas pro afflictione ſuorum corporum ge-
27 ſtabant. † Et licet habitus non faciat monachum, ſed profeſſio. cap porrectum, eod. titu & ſeſs. 14. Conc. Trid. de reformatio. cap. 6. quia non eſt de ſubſtantialibus, ſed de accidentalibus: tamen tacita profeſſio inde reſultare videtur, vt talis præſumatur, qualis ex habitus geſtione apparet, c. ſi vero. lo 2. de ſenten. excom. Et ſi per annum portauit, cogitur regulam ordinis ipſius habitus profiteri. c. ex tranſmiſsa de regular. ad primum gloſs. in cap. ex tranſmiſsa de renunt. Hinc debet eſse habitus honeſtus, ordini congruens, non diuerſi coloris, aut notabilis; ſed religioſus, non ſuſpectus. 20. quæſtio. 1. cap. fin. nec eum dimittere, quia ita dicitur annexus religioſis,

ligioſis,vt in quocumq. loco vti eo debeant. 23.diſt.c. ſanctimoniales, alias vt apoſtatę puniendi. cap. periculoſo. eod.tit. Aluar.Pelag.lib. 2.c. 14. clem. quoniam.de vit.& hon.cleri. etiam ꝙ fuerit epiſcopus,vel Cardinalis.cap. 1. 18.quæſt.2.can.27.in Conc.gen. Cōſtantinopol. 8.Abb. in cap. Deus & c. clerici.nu.5.de uit.& hon.cleri. niſi ſolus Papa. Goffred.& Hoſt.de ſtat.monachi. Licet quandoq. in exteriori poſ
28 ſit.alleg. cap. vt Deus.† Sed cum monaſteria ſint multa,& variæ eorum inſtitutiones,& regulæ,etiam unius fundatoris, & ſuos habeant ſuperiores, epiſcopi, in viſitationibus ſuis aliter non ſe intromittent in ipſis, propter multa priuilegia vnicuiq. regulæ conceſſa (quæ in dies fuerunt ampliata, & per illam conſtitutionem quam mare magnum ipſi monachi, & fratres dicunt, ampliatam per Pium Quintū Pontificem. 1567.an.2.licet ad terminos iuris communis.& Conc.Trid. poſtea reduxerit S.D.N. Gregor. XIII. Pont. Max. & ex mente ipſius Pij. anno 1. vt ex proœmio litterarum apparet. Quod proœmiū eſt attendendū, quia ex illius verbis mentem, & cauſam finalem diſponentis colligimus.l. fi.ff.de hęr.inſt.Abb. in cap. aduerſus. col. 3.de immun.eccleſ.& dixi in ſam. ſingul.in.l. P.nu. 107. Poſſunt tamen per viam exceſſus eorum, pro ſcandalis populorum.ead.ſeſſ.25.de regul.c. 8.& cap. 22. & inferius dicemus, vel quandoq. iure proprio ex conſuetudine, vel ex delegatione Domini noſtri.
29 † Ipſa autem monaſteria eſſe exempta cōſideratur dupliciter, vel principalis exemptionis,quia neminem recognoſcunt in ſuperiorem,niſi ſolum Papam; Sic enim a ſede Apoſtolica eis indultum eſt,iuxta clem. attendentes. de ſtat.monach. & in illis ſuccedit aliquando epiſcopus authoritate delegata ſacr.Conc.Trid. Secundo uero dicūtur exempta reſpectu ordinariorum, ſed ſubſunt regularibus ſuis ſuperioribus,prout exemplificat glo.in ead.cle. attendentes: licet reſpectu monialiū ſit aliud, vt ſuo loco dicetur. Et ſimilis eſt quæſtio ſi ſubſint, & in quibus, vel legis diœceſanæ vigore, vel de lege iuriſdictionis: cum differant inter ſe, notatur per Inno.in c.1.de ſtat. monach.
30 † Id profecto ſemper curandum eſt, vt votum ipſorum trium ſubſtantialium,quàm maxime obſeruetur ab ipſis Religioſis,monachis, fratribus (ut omni communi verbo vtar) & attente videndum a ſuperioribus. Cum enim loquēdo de primo.Obedientiam quis promittit, contra agendò,mortale incurrit peccatum, quia contra votum agit,ſiue per contemptum tranſgrediatur,vel ſcienter conſtitutionibus,& ordinationibus contrauueniendo,cum ipſa obedientia dicatur fundamentum religionis.Aluar. Pelag.de planct.eccl. lib.2.cap.fi.col.3.Flor.in ſum. 4.part. tit.5.cap.11.per totum. Mart. Nauar. cap.23.nu.35. Per continentiam vero oportet ſemper ſtare timidum,ne ſuis viribus nimis præſumendo de ſe, ab inſidiis diaboli ſuperetur. iuxta illud; Fratres,ſobrii eſtote & vigilate, 1.Petr. c. . vt nec quidem aſpectu maculetur.Augu.epiſt.109. ad monachos,relatus in cap.nec ſolo.32.quęſt.5.Quia datum eſt nobis ſtimulus carnis noſtræ,ideſt Angelus Sathanæ, qui nos colaphizet.vt dicit Apoſt.2. ad Cor.c. 11.&12.paupertatē cuſtodiendo uſq.

ad mortem, proprium pænitus a ſe ab dicando, nam ſemper monachus peccat, ſi dicat aliquid ſe habere propriū, vt declarat idem. Mart. Nauar. in cap.
31 nō dicatis. nu. 32. 12. quæſt. 1. † Hinc proprium habere ipſos religioſos, peſtis inimica religioni dicitur, & ſi quis contra ſalubria ſtatuta religionis, inueniatur habere proprium, remoueatur a communione altaris, qui ſi in extremis digne non pęnituerit, nec accipiat ſepulturam inter fratres. c. monachi. §. qui uero de ſtat. mon. immo ſubdit Abb. ibidem. nu. 4. nec Papa concedit, niſi pro ſe alendo, & nu. 8. vide qōnē. An valeat relictum factum alicui religioſo, cùm conditione, quòd non adquiratur monaſterio, & quid ſi ſuperior non vult conſentire, quòd tunc relictum redeat ad grauatum, & hoc de proprio in omnibus religioſis procedit, & pęna additur ex regularibus ob-
32 ſeruantiis. † Et dom. Floren. in ſum. 3. part. tit. 16. cap. 1. §. 10. id dicit proprium eſſe, quod tenetur contra voluntatem ſuperiorum, vnde redditur eſſe peccatum mortale ipſis religioſis, proprium habere. Quia id expreſſe eſt cōtra votū emiſſum: Vnde, vt monachi habeant proprium in eorum abſoluto dominio non diſpenſatur. Innoc. in c. cum ad monaſterium de ſtat. mona. per dom. Nauar. eod. cap. non dicatis, vbi latius eſt videre: & eſſet ipſos religioſos violare canones ſanctorum patrū, a quibus, & a Sācto Spiritu, cuius inſtinctu, ac dono dictati ſunt, damnātur, immo videntur blaſphemare Spiritum Sanctum. cap. violatores. 25. q. 1. Et volentes aliquid retinere, cū Anania morientur cap. dilectiſſimis. 11. q.
33 1. cap. 5. Act. Apoſtol. † Sed cum id iniuria temporum derogatum eſſet, ſicut alia multa, cautum eſt iure nouiſſimo ex Conc. Trid ead. ſeſs. 25. de regul. cap. 2. proprium in nullo haberi, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per biennium, & aliarum pœnarum ſecundum conſtitutiones regulares: in communi tamen poteſt (exceptis Capucinis, & minoribus de obſeruantia) eod. tit. c. 3. Et toleratur in aliquibus propter ſtudia, & neceſſitates, præſertim cum communitas bonorū non eſt ſufficiens ad omnia, verum eſt tamen, quòd multi decedunt in mortali, propter auiditatem tenēdi ipſum proprīū extra ipſas neceſſitates, quod
34 in dies videtur. † Nihilominus ipſarū religionū & monaſteriorū adeò ſunt priuilegia conſiderata propter animarum ſalutē, vt ingreſſus ipſorum, ſeu religionis omnibus reddatur fauorabilis; Cum per monachatum omnis abſtergatur macula, in auct. de mona. in princ. omniſq. reatus pœnæ deleatur, conſequendo omnium peccatorū remiſſionem S. Thom. 2. 2. q. 189. ar. 3. ad 3. & in 4. quæſt. ar. 3. quæſtiuncula 3. ad. 3. Vnde quis ſe diuinis obſequiis totaliter ſubdit, quia maxima dicitur ſatisfactio pro peccatis, religionem ingredi, ex iudicio Stephani Papę in cap. admonere. 33. q. 2. vbi bona gl. ponit a quibus liberet ipſius Religionis ingreſſus, in. §. idcirco in verb. mo-
35 naſterium. † Inde illegitimus, per ipſum ingreſſum fieri legitimum, vt ſine neceſſitate alterius diſpenſationis ad omnes ordines minores, & maiores promoueri poſſit, ex beneficio tex. in cap. 1. de fil. presbyt. non tamen ad epiſcopatus, & ad alias maiores dignitates, ſeu curata beneficia; in quibus Se-

dis

dis Apoſtolicæ diſpenſatio neceſſaria eſt, per eundem tex.cum ibi not. per Doct. Dixi etiam in famil. ſingul. in littera B. nu. 18. & plenius in 2. impræſſione: quia religio diſpenſat quoad ordines, non quo ad dignitates, & curam animarum.not.Petr Rebuff.in pract. benef. tit. de diſpenſ. ſuper defect.natal. nu. 67. ſecus in dignitatibus temporalibus, exigentibus meritis quia impediri non debet dignitas eius qui nihil commiſit, dixit. tex. in l.ſpurii.in prin.ff.de decur.quia ſi vitiũ eſt, nõ geniti, ſed gignentis eſt, alter tex.in
36 l.pen. §.cum tñ. C.de legit.hære.† Et propterea dicunt Doct.etiã irregularitatem auferri.gl.diſputat in cap. 2.de Apoſt.cum diſtinctione, quã ſequuntur moderni omnes, ſi eſt irregularitas proueniens ex delicto, & peccato occulto, vel reſpectu deformitatis, & defectus perſonę.alleg.cap.1. & cap. fin. de fil. presbyt. (excepta cauſa homicidi) tollatur per talem ingreſſum, cum fauore religionis mitius agatur.glo.ita dii in c. hoc nequaquàm 7. quæſt. 1. & habetur de iudic. cap. cum deputati.Mart. Nauar. in prædicto cap.non dicatis.nu.92. 12.q.2. & Religio eam irregularitatem aufert, quæ non procedit ex culpa, vel actu intrãtis religionem, ſed aliorum; vt natalium; ideo nec irregularitas ex bigámia per religionem remouetur, ſed durat. Couar. in clem.Furioſus.1.part. §.2.nu.6. de homic.contra multorum opinionem,
37 qui aliter & nõ bene ſenſerunt.†Illud autem de homicidio etiam epiſcopis eſt ſublatum poſſe diſpenſare, ſed ſolũ Summo Pontifici reſeruatur remouẽdi; quia talis eſt dignus non ſolum nõ promoueri, ſed remoueri a miniſterio altaris, iuxta determinationem Conc. Trid.ſeſſ.14.de refor.cap.7.ſeſſ.item. 24. de reform. gent. cap.6. Nec facile Summus Pontifex diſpenſat.ſed tamẽ dicimus ipſam religionem præbere facilitatem diſpenſandi.not.doct.in c.1. de eo, qui furt. ord. ſuſc. in cap.2. de apoſt.Socci. in cap ad audientiam col. fi.de homic.ad tex.tamẽ.Conc. eiuſdẽ cap. 6. Vide omnino Mart. Nauar. in Man.cap.27.nu. 194. & 250. vſq. ad fin.Couarr. in ipſa clem. ſi furioſus.2. part. §. 3.de homicid. vbi opinio ſua non tenetur, quia obſtat tex. Concilij
38 prædicti cap.6.† Et proprius ad intentionem accedendo, cum in ipſis monaſteriis, ſiue per epiſcopum, ſiue per alium ſuperiorem authoritate ordinaria, vel delegata fit viſitatio, vt dicit do.Flor.in 3.tit.2.cap.6.§.2.Inquirendum inſuper eſt, de qualitate monaſterii, cuius regulæ profeſſio ibi fiat: & ſi ea tempore debito, quot ſunt monachi, vel fratres, ſi iuxta numerum inſtitutionis; ne ſi pauciores, vel plures, fundatoris intentio fraudetur: vel quòd requiſiti omnes eſſe nequeunt propter diminutionem eleemoſynarum, & redditUum; ſi per omnes obſeruatur regula profeſſa, pręſertim circa prima tria allegata ſubſtantialia, in quibus certum votum eſt annexum, & quo ad alia, iuxta ſuperiorum conſtitutiones, & ordinationes. Item ſi Miſſæ, & horæ canonicæ celebrentur ſuis temporibus, & horis debitis, omneſq. conueniant, ſi officiales iuxta cuiuſcũque gradum munus acceptum fideliter obſeruent, & exerceant, quibus ab aliis debita pra ſtetur obedientia, fructus, redditusve.deſcribantur: quomodo, & in quibus conſiſtant, & qualiter

expendan-

expendātur. Vbi in communi poſſidēt & vbi quid alienum inuentum fuerit a regula, corrigatur attenteq́. componatur, tam circa ipſa pecularia vota, quàm pertinentia ad omnem vitam, victum, & veſtitum, ex decreto præfati Concil. ipſa ſeſs. 25. hoc tit. cap. 1.

39 † Et primum ſuperiores ſtudere debent, vt religioſi omnes, in qua militāt obſeruantia, honeſte viuant, nec laicis ſcandalum præbere ſinant: quia in tribus circa obedientiam plus peccare videntur ipſi, quàm laici. Ioan. in ſum. de obed. queſt. 26. Gul. Perald. in ſum. virt. thomo 1. par. 10. dom. Card. Ara cæl. de conſil. euang. cap. 13. cum duobus ſequentibus. S. Thom. 2. 2. quæſt. 136. ar. 6. quod in eodem genere peccati, ex tribus magis peccāt religioſi, quàm laici. Primo quia contra votum religionis. Secundo peccando ex contemptu, & malitia, magis eſt ingratus. Tertio propter ſcādalum, quod maius oritur in populo ex peccato religioſi, quàm laici, do. Florent. in 3. tit. 16. c. 1. §. 8. in fine. Cum deteriores non inueniantur, quàm qui in monaſterio defecerunt. 47. diſt. c. quantumlibet.

40 † Sic dicimus de ſacerdote, reſpectu ipſius populi, cuius peccatum grauiſſimum eſt, cum non dicatur peccare per ignorantiam, ſed potius per induſtriam: ei namq; non licet ignorare mandata Dei, & præterea adeſt ratio, quia ſi peccāt aliquis de populo, ſacerdos tenetur orare pro ipſo, ſi vero peccat ipſe, quis orabit pro eo iuxta ſententiam ſapiētis Eccl. 12. ſi percuſsus fuerit incantator, quis medebitur, ei cap. importuna §. quod autem. de pænit. diſt. 1. Marian. Socci. in cap. ſignificaſti. nu. 4. de adult. & continuando aſſimilatur aſpidi ſurdæ, & obturanti aures ſuas, quę non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter. pſal. 57. hinc dicit Auguſt. q̃ in eccleſia Dei, nemo amplius nocet, quàm, qui peruerſe agens, nomen, vel ordinem ſanctitatis, & ſacerdotis habet. cap. nemo. 83. diſt. & exinde occultanda ſunt, quantum fieri poteſt peccata religioſorum, propter ſcandalum exurgens ex illo. not. dicto magni Imperatoris Conſtantini recitato a Nicolao Papa Ludouico Imperatori. in cap. in ſcripturis. 96. diſt. *Vere ſi proprijs oculis vidiſſem ſacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui in monachali habitu circum amicti ſunt, peccantem; clamidem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur.* cap. ſacerdotibus 11. quæſt. 1. (ad confuſionem multorum, qui cogitant magnū opus operari, ſacerdotem, vel monachum, etiam falſo infamare, vnde imitantur impium Herodem clamātem, ſatelles. i. ferrum rape, perfunde cunas ſanguine. Ideo deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. pſal. 68. verſ. 13. & in vanitate deficiant dies eorum, & anni eorum cum

41 feſtinatione. pſal. 77) † Debent igitur ipſi religioſi contemplationi eſſe dediti; & ex hoc procurandum eſt, vt non facile exeant clauſtra, nec eis paſſim ex arbitrio detur licentia: id namque abſonum eſt, & eos corrigere debent ſuperiores, vt ab eis vagandi occaſio cum laicorum ſcandalo auferatur, & vbi incorrigibiles inueniuntur, cum ferula nudis pedibus puniantur. iuxta conſtitutiones regulares datas. & in conſt. Bened. XII. §. ſtatuimus inſuper, vel alia pœna impoſita, ex aliis regulis,

&

& ſuperiorum mandatis, cum eſſe in vrbibus non ſunt ſolorum habitacula,
42 ſed multorum.c.ſi cupis.16.quæſ.1.† Et ſi ſuperior non euocat monachum vagabundum,poteſt epiſcopus loci re uocare illum,ſupplendo negligentiam ſuperioris illius: Abb.in cap. quanto. nu.1.de offic.ordin.Quia vagatio animabus monachorũ, & aliorum quorumuis religioſorum periculoſa eſt,c. religioſo. de regul. lib.6. Et ideo id attendant,vt eorum vita nomini conſona ſit, cum frequentia hominum ab ipſis fugienda ſit.ex præſcripto Conc. Eugenij Papæ.16.quæſt.1.cap.placuit & dicto cap.ſi cupis.& malum eſt per vicos diſcurrere,& plateas,& non poteſt eſſe ſalubris a multis correctio,niſi,cum ille corripitur, qui non habet ſociam multitudinem, c. non poteſt. 23.quæſt.4.ex dicto Auguſt.lib.3.cõ-
43 tra epiſt.Parm. cap. 2.† Nec itaq. eiectos,& fugitiuos extra monaſteria permanere permittendum eſt.cap. ne religioſi.de regular,Florent.eod.tit. 16.c. 5. qui niſi ad monaſterium redeant, tamquàm apoſtatæ puniemur, ead. ſeſs.25.de regular.cap. 19.qui autem ſi reconciliationẽ impetrare nequeunt iuxta cap.ſi.eod. tit. adhuc debent viuere regulariter,& ſecũdũ monaſticę uitæ ſtatuta, in ſum.confeſſ.lib.1.tit.7. de apoſt. quæſt. 16. (licet tamen ſint apoſtatæ, quia extra clauſtra contra regularem ordinem,non tamen ſunt iudicandi hæretici,niſi per annum ſtantes in excommunicatione bene ſuſpecti. vt optime declaratur in director. inquiſit.2. part. quæſt. 49. ſuper quo multa Dom.Franc.Pegna in addit. 2.
44 lib. ſchol. 55.) † Et vbi aliqui ipſorũ extra monaſteria de ſuperiorum licentia degant, non eximuntur a poteſtate ordinariorum, quin coram ipſis non conueniantur in cauſis ciuilibus, mercedum ſcilicet, & miſerabilium perſonarum,ex conſtit.Innoc.III.in cap. 1. de priuil.lib. 6. confirmata in Conc.Trid.ſeſs.7. de refor. cap. 14.in his duobus caſibus tantum, vt etiam aduertit diligentiſſimus doctor Mart. Nauar. in repet.cap.non dicatis.num. 96.12.quæſt.1.fol. 48. in aliis tamen delinquentibus, vt infra ſuo loco opportunius dicemus. (vt pauperum miſeriis ſubueniant, ne fatigẽtur propter prętenſa priuilegia,ſic eorum officio funguntur, cum in ipſorum protectione ſint poſiti.ſeſs.22.eiuſd. Conc. Trid.de reform.cap. 8.ibi, ſeu paupe-
45 res ſubſtentandos.) † Remota tamen facultate ipſis monachis de monaſterio in monaſterium transeundi, niſi ſtrictoris regulæ obſeruantiam quis eligat. Tunc enim petita licentia a ſuperiore, ratione obedientię, licet non obtenta, cum ſpiritu Dei duci videãtur,tranſire poſſunt iuxta notabilem deciſionem Innocent. Tertii Pontif. Max.in cap.licet quibuſdam.eo.tit.de regul.& ipſa ſeſs.25.eod.tit.cap. 19.§. nemo.ex antiquo ſtatuto Cõc. Agath. cap.18.per grat.20.quæſt.4. cap. monachum niſi Abbas permiſerit,nullus alienum monachum recipiat, vt ſi verborum increpatio monachos nõ emẽdauerit,etiam verberibus ſtatutum eſt
46 coerceri. §.in monachis quoque. † Sed ad id notanda eſt declaratio Martini Quarti Pont.in extrauag. viam ambitioſæ,eod. tit. vt mendicãtes ſub excommunicationis pœna ipſo facto, ad aliam religionem, etiam ſtrictiſſimam non poſſint conuolare (excepto

Cartu-

Carthuſianorum ordine.) *Ne ſub hoc prætextu regularem diſciplinam ſubterfugientes, peregrinationis ſuæ vota ſibi aſſumant: & ne hac occaſione ad ſæcularem cõuerſationem redeant*, dicit Concil. Agath. alleg. in ipſo cap. de monachis, in fin. 20. quæſt. quarta. Et exinde multa in eis veniunt deteſtanda, quæ totam religionem corrumpunt, ipſoque debiles reddunt.

47 Vnde Aluar. Pelag. antiquiſſimus ſcriptor tempore Ioan. XXII. Papæ, in ſuo tractat. lib. ſecundo, cap. 24. enumerat. 42. vitia peculiaria, & vltimum eſt in his paruis monaſteriis, conuentibus, & locis, vbi duo tantum religioſi, monachi, fratres conuerſantur, & in pluribus vnus tantum: in quibus locis obſeruantia effecta eſt in obſeruãtia, & ſeruitus regularis in libertatem ſęculi redacta; hoc quippe reformatione quàm maxime indiget. Cum enim eo vnus eſt redactus, vel duo ſunt, conſpicitur nullam regulam obſeruari, obedientia ignoratur, ſilentium receſſit, vigiliæ non ſunt, officia non dicuntur, Miſſæ non celebrantur, nec in vllo voluntatibus defunctorum ſatisfit: frequentatio, & receptio laicorum etiam delinquentium adeſt, vt viderint multi epiſcopi (& nos teſtamur) monaſteria ipſa etiam clauſa ſtetiſſe, & aliquando ad campanarum ſonum per nouitium, acceſſiſſe deuotos, ſed celebrantem aliquem non vidiſſe. Audiui tamen ſanctiſſimum Dom. noſtrum ſuo ſapientiſſimo iudicio cogitaſſe de remedio, immitando Pium Quintum ſuum prędeceſſorem immort. mem. qui reformauit monaſteria in hoc contigenti, fratrum ſeruorum B. Mariæ, in Conſt. poſtq̃. §. in quacũque. an. 1570. Pont. ſui 5. q^d^, & cõforme eſt iuri cõmuni, per diſpoſita in cap. final. de cappell. mona. adhuc tamen conſtitutionem ipſe dominus noſter non dedit. Ex hocque factum eſt multas eccleſias Regulares, propter deſtitutionem monachorum, uel ex iniuria temporum, aut morte, & aeris intemperie, eſse reductas, quaſi ſecųlares, vix nomine regulę, ſeu religionis retento, vt exinde Sum. Põt. pro ſui in oẽs eccleſias vigilantia, ſecundum temporum qualitatem, ipſis prouiderint. Vidimus. n. frequentius amplas eccleſias a chriſtianiſſimis, & deuotiſſimis Regibus edificatas, maximis impẽſis, & multis laboribus ad ampliſſima edificia ductas, poſtmodũ ex ipſorũ temporũ calamitatibus defeciſse, quaſi a fundamentis, & regulares, qui aliàs potiebantur, & adminiſtrabant, ex eiſdẽ cauſis, ẽt deſtitutos, vt ſic prælatis ſecularibus adminiſtrandas dari opus fuerit: quod vtique ſine lacrymis pietatis recenſeri non debet. In noſtra Sarnen. Eccleſia, propè eſt vna ſub ſanctiſſimo Deiparæ Virginis nomine edificata q̃ vſq. hodie dr̃ eccleſia S. Mariæ Regalis vallis, ordinis Ciſterciẽſis, vbi Virg. Glorioſa in Regi venanti, ceruumq. inſequenti apparuiſse, apud incolas loci adhuc memoria retinetur, vt ibi ſibi eccleſia ad ſui nomen edificaretur, mãdantem, quod cępit ipſe Rex mirabilibus edificiis, clauſtris, ſuperioribus, & inferioribus in magna ſumitate deſignatis, ſtudijs, cellisq. lapidibus quadratis, per torrentem ex flumine Sarnenſi, uſque nunc dictum imperialẽ, à lõge ductis, copioſis, item aſſignatis redditibus, ut p plures monachos ampla fuerit domus, oĩ plena rerum abun-

abundantia, vt ne cuiusve rei carētia, ceſſarent ab officio diuino: quamuis opere non completo è Regno defecerit Rex, vt poſtmodum, etiam monachis, vel ex bellis, aut aeris ſuperueniente intemperie deficientibus, ſederit deſolata domus, ex qua varietate ſuccedente, damnum ſit ſemper paſſa, & ſi ſummi Pontifices ad priſtinū reduci ſemper optauerint, ſed modo ipſa priora tempora reuocauit Glorioſa Virgo, cum. S. D. N. eam nouiſſimè adminiſtrandam commendauerit, in perpetuumque conceſſerit, Illuſtriſſ. & Reuerendiſs. D. meo. D. Alphonſo Geſualdo. S.R.E. Presbytero Tit. San. C. Card. Ampliſſimo, Principi moribus, virtutibus, zelo cultus diuini, fidei, Religioniſq. Chriſtianæ ſanctitate, præter ſuā antiquiſſimā, & animi, & ſanguinis nobilitatem, quàm maxime ornato, Dominoq. meo colendiſſimo. Qui id omnino curat, propter maximam, & peculiarem deuotionē, quam habet ad ipſam Deiparam Virginem, vt aliqualiter reformata ipſa noua eccleſia, Monachi ipſius regulæ perſiſtant, ad laudes Deo, ipſiq. Virgini decantandas, noctibus, diebuſq. perſoluendas, vt non ſolum ipſa eccleſia, & domus ex tali reformatione gaudeat, ſed incolæ ipſi, & conuicini, & animorum, & corporū ſuſceperint conſolationem, ipſique Illuſtriſſimo Dom. meo, omnia fauſta ex intimo

48 corde a Deo precentur. † Sic modo redeundo ad materiam ſuſceptā, quando aliquem habitum ſemel ſuſceptū dimiſiſſe monachum compertum eſt, ipſum, vt iterum ſuſcipiat, adhiberi omne ſtudium debet, & multum attendi, quem ſi ſuſcipere noluerit excō municationi ſubiaceat, ex Decreto Cano. VI. Concil. Toletan. ſexti celebrati ſub Honorio Papa Primo, & pœnis contra Apoſtatas inflictis procedendum. eod. cap. 19. §. quod ſi autem. eiuſd. ſeſſ. 25. Conc. Trid. de regular. & legimus in Concil. Tolet. 4. cap. 48. *Monachis ad mundum reuertendi interdicimus aditum, & omnes ad ſeculum regreſſus*, & in cap. fin. de apoſt. Nec iuuat dimittere habitum ſub ſpe transeundi ad canonicos regulares, quia non tenet diſpenſatio, niſi de dimiſſione primum facta, gratia ſit obtenta a Summo Pontifice, alias diabolicam aſtutiam ſubticere, dicit in caſu propoſito Martin. Nauar. in Man. c.

49 fol. 72. verſ. 3. † Ideo ſemper præſcrutandum eſt, ſi verè omnes habitum religionis portent, quia ſi fraudulenter mutant, poſſunt puniri, etiam ab epiſcopo, tamq. delinquentes in Religionem Chriſtianam, iux. not. in cap. tuarum, de priuil. immo de falſo, ſecundum producta, in cap. 1. & 2. de cleri, non ordin. min. & dict. c. tuarū, ſicut dicimus. Quòd ſi in vituperium Religionis, quis laicus irridens ipſam religionem portet habitum, punitur pœna capitis, in auct. de ſanctis. epiſ. §. penul. & hoc de mutante habitum, ampliamus etiam ad occulte deferentem. iux. dicta in citato cap. 19. in fine, quod fallit fraude ceſſante, vt multi Prælati, & Religioſi per Franciā trāſeuntes, & fugientes iram perfidorum Vgonoctorum, habitum mutare, occultare, & non deferre coacti fuerunt, quia ſic horum temporum infœlicitas paſſa eſt, & neceſſitas nulli ſubiacet legi, aut regulę. 1. q. 1. c. remiſſionem.

50 † Quæ ſubſtātialia ſuæ religionis monachus

nachus ſic obſeruare tenetur, & circa habitum, vt etiam factus epiſcopus (conſentiente tamen Abbate, iux. præceptum Gregor. 18. q. 2. cap. quàm ſit. §. pariter. & 10. q. 4. cap. monachum, etſi diſſentit, cogatur per ſuperiorē, vt gloſſ. dicit in d. §. pariter, niſi Papa cum abſoluat, & euocet.) Nō deſerat, nec poteſt dimittere ſine peccato mortali. Archid. & Card. Alex. 23. diſt. cap. ſanctimonialis. Boer. deciſ. 158. nu. 5. gl. in c. de monachis. 16. q. 1. Etiam ſi fiat Cardinalis. Bert. de epiſcopo. lib. 3. 1. par. noniter Conrad. Laudenſ. lib. 2. de epiſcopo, c. 5. in princ. nu. 15. vſ-
51 que ad finem. † Sed ieiunia, vigilias bene mutat. gloſſ. in citato c. de monachis. Archid. in c. 1. 18. q. 1. quia primo iuriſdictioni alterius, modo ſui iuris factus, militat in ipſis, ſic de ſilentio, nec poſſet faciliter regere, & ab eſu carnium ſecundum aliquos. Ioann. in clem. 1. de elect. & ſic ab omnibus incompatibilibus cum ſtatu aſſumpto. Hoſti. in ſum. de ſtat. mon. ad obedientiam item, quando eccleſia in nullo ſubeſt Abbati, per dict. gloſſ. & in aliis circa modum, & normam uiuendi, ſicut iſtra dicemus, vt mutatio loci, faciat mutari mentis affectum. c. valet. 81. diſt. ſic, & mutatio eccleſiæ, & regulę facit mutare alia, præter annexa,
52 vt dictum eſt. † Et ſi profeſſione facta in monaſterio, regreſſus quis fuerit ad ſeculū, non recuperabit bona ſua, quæ ſuis conſanguineis acquiſita ſunt. ff. de minor. l. ꝙ ſi minor. §. 1. Petrus Rebuf. de reſtitu. ar. 1. glo. 2. nu. 2. lib. 2. Conſtit. Franc. poſt Bar. & alios. in l. Gallus. §. & quid ſi tantū. ff. de lib. & poſthu. loquendo de locis incapacibus in generali, iux. ſupradicta, quia in aliis ſtatur diſpoſitioni ſuæ, factæ ante profeſſionem, alias ſuccedet monaſteriū. vide in auct. Ingreſſi. C. de ſacr. ſanct. eccl. & tangitur de ſeruo reddendo infra triēnium, cum bonis ſuis domino,
53 in cap. ſi quis. 17. q. 2. † Cum uero in diſcuſſione viſitationis fuerit inuentum quem ſimoniace eſſe ingreſſum, relicto primo gradu, is ad arctius monaſterium, per ſuperiorem reducēdus eſt, ex decreto Clemen. Tertij, in capit. de regular. de ſimon. quando tamen ſcienter, ſi autem ipſo ignorante, renuntiandum eſt loco, & demum reducatur, dummodo abſq. ſcandalo cō morari poſſit, imponendo pęnitentiā, cum ſuſpenſione ab ordinū exequtione, Abbatibus, & aliis ſuperioribus cō mittentibus, iuxta diſpoſitionē Innoc. III. reſcribētis Canthuarienſi epō monaſterium viſitanti, in c. dilectus, eod. tit. de ſimo. (Qui tex. eſt notab. ad illud, vbi eſt multitudini peccantiū parcendum, eo reſpectu, vel non, de quo S. Thom. 2. 2. qō. 108. c. quoties. pri. q. 7. vt priora dimittenda ſint Dei iudicio, & reliqua maxima ſollicitudine præcauenda. 44. diſt. cap. commeſſationes. vnde datur verſus.

Ob populum multum, crimen pertranſit inultum.

Habetur per tex. & doc. in cap latores. de cler. excom. vel depoſ. mini. Fel. in cap. dilectæ in Chriſto. nu. 7. de ex-
54 ceptio.) † Cum. n. ingreſſus religionis ſpiritualis ſit, quid pro eo accipi, cū Simone mago partē habere clarū eſt. c. c. non ſatis. memor. tit. de ſimo. ad quē tex. eſt uidere Bal. cōſ. 37. & cōſ. 373. lib. 4. vbi de ingreſſu monaſterij dicit multa. Etſi monaſteriū paupertate oppreſſum ſit, ponit gl. in eod. c. nō ſatis

modum, quem fratres tenere debent pro aliqua prouiſione: Non enim eſt ſimonia dare aliquid, vel accipere pro ſubſtentatione, quæ eſt neceſſaria in religioſis, & ſi monaſterium non habet, quomodo fratres viuent? vt in alio ſimili caſu, & de vtroq. foro dicit Marti. Naua. in Man. cap. 23. nu. 101.

55 † Circa vero vitam, id eſt attendendũ, vt ipſi monachi, religioſi, ſeu fratres in communi comedant refectorio, gratias ſemper Deo agentes, cum ea prouiſione victualium, vt regularia ſtatuta permittunt, ad ſonum campanæ. vt dicit Petr. Rebuff. de citat. in præfat. num. 107. & omnes conuenire etiam ſuperiores, prout in ſimili de Magiſtris, Cuſtodibus, & Guardianis conuentualibus Sancti Franciſci ſanxit immor. memo. Pius Quintus Pont. Max. in ſua conſt. incip. ad extirpandos. §. quin etiã. 1568. an. 3. & in alia ſuper reform. fratr. ſeru. Beat. Mar. incip. poſtquam 1570. an. 6. vbi in. §. fratres ſic loquitur. *Fratres omnes, etiam ſuperiores, & quomodocumq. priuilegiati, (ægrotis tamen exceptis) in refectorio cibum capiant, & communi menſa vtentes, communibus epulis veſcantur.* &c. Et in ipſo communi refectorio, cum omnes comedunt, aliquid de ſcriptura ſemper legatur, vt nunquam decidat, nec in ipſa hora ab auribus eorum, vel de vita ſanctorũ patrum. qui ſicut ad mortem, ad menſam accedebant, vt de lectione adhibẽda in menſa epiſcoporum ſtatuit ſancta ſyn. Trid. ſeſſ. 2. §. & quoniam inde legitur in Conc. Tolet. 3. c. 7. 44. diſt. cap. pro prudentia, ſeu pro reuerentia quòd per hoc, & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur, ſic, & in communi dormitorio dormiant, nõ autẽ extra in cellis, niſi ratione officii id permitteretur aut infirmitatis cauſa vrgeret. vt in eorum conſtitutionibus, & reformationibus continetur, quod fortius prohibetur, ſi extra in domibus priuatorũ. Vnde licet quicquid acquirat monachus ſit monaſterii. auct. ingreſſi. C. de ſacr. ſanct. eccl. c quia ingredientibus. 19. q. 3. & peculiare aliquid indiſtincte, pro ſe habere non poteſt. c. Ioãnes frater. de regul. alias niſi in morte reſignauerit cum ſua pecunia, dicit ibi glo. in ſterquilinio ſubteretur per cap. cum ad monaſterium de ſtat. mona. (tamen hodie fratres, & regulares extra clauſtra degentes, & morientes, non ad monaſteria eorum bona tranſmittunt, ſed ad Cameram Apoſtolicam, nomine ſpoliorum ſpectare. ex noua conſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri D. Gregor. XIII. Pontif. Max. incip. officii noſtri. §. nos omnem. 1577.)

56 † Qui regulares vbi debitam viuendi rationem omiſerint, procurare debet, etiã epiſcopus apud ſuos ſuperiores, vt ipſam aſſumant, ſecundum regularia ſtatuta, & vbi per ſex menſes eorum ſuperiores admoniti, non viſitauerint, & correxerint, tunc epiſcopus ipſe, vti Sedis Apoſtolicæ delegatus poteſtatem habet viſitandi, & corrigendi, ſeruata tamen eorum ordinum inſtitutione, ex generali diſpoſitione ipſius Cõc. Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 8 §. & ſi in eis, & §. quod ſi admoniti, vt ſic communis vita omnibus ſit communis, maxime his, qui Deo inreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eorũq. Diſcipulorum imitari volunt, quorũ

multitudini erat cor vnum, & anima
vna. Act. Apoſtol.cap.4.cap. dilectiſ-
57 ſimis, 12.quæſt. 1.† Et cum ex varie-
tate temporum,& perſonarum, multa
in dies in ipſis monaſteriis occurrant,
quæ decent in melius reformari.iuxta
illud Innoc. III in cap.quia; de con-
ceſs. præb. quòd diuerſitatem corpo-
rum, diuerſitas ſæpe ſequitur animo-
rum ſtatutum eſt ipſa monaſteria de-
terminatis temporibus viſitari, & nõ
eſſe omittendum ab eorum ſuperiori-
bus, ex alio decreto eiuſd. Conc. ſeſs.
25. de regul. cap. primo, vt ſalubri or-
dinatione diſponatur ſuper eorũ quie
te, & ſic in eorum receſſibus, & rece-
ptaculis, nulla popularis præbeatur oc
caſio conuentus, multitudinis, parlã-
menti,quia non expedit animabus eo-
rum cap. luminoſo. 18. quæſt.2. vt per
frequẽtes viſitationes confirmetur tã
58 neceſſarium præceptum. † Sic item
inuitis ipſis epiſcopis, in partem ſol-
licitudinis vocatis, cum ſciant melius
quæ ſaluti animarum ſibi commiſſa-
rum conueniunt, non debent ſuperio
res regulares,quid in eorum diœceſi-
bus agere,quia,& ipſi rationem redde
re tenentur, nec excuſatur paſtor, ſi
lupus oues comedit, propterea ſine
epiſcopali licentia, monaſteriũ in ſua
diœceſi cuiuſcumque religionis erigi
non poteſt,in ead. ſeſs.eod. tit. cap. 3.
§.nec de cetero. ex cap. qui religioſis,
§.1. cap. de monachis, cum duob. ſe-
quent.18.quæſt.2.vbi glo. notat poſſe
ſequi conſenſum poſt factum,quia ra-
tihabitione confirmatur, ſic quando
penitus eſt deſtructum, ſecus in repa-
ratione, quod idem de nouis cellulis
notando pro Eremitis, quod habeãt
conſenſum epiſcopi.c.cellulas de qui-
59 bus Eremitis infra.cap.17.num.13.†
Quorum ſuperiorũ monaſteria, ſi quę
immediate ſubſunt protectioni ſan-
ctæ Sedis Apoſtolicæ,& conſtitutionẽ
Innoc.III. cap.in ſingulis.non obſer-
uauerint,quòd quolibet triennio ipſo
rum regulares ſe redigant in congre-
gationes, deputando certas regulares
perſonas, vt poſtea in eis inueniatur,
quod commendatione,non correctio-
ne ſit dignum, tunc Metropolitanus
ipſius prouinciæ conuocet,ex innoua-
tione dictæ Conſtitutionis. in Conc.
Trid.eod.tit. cap.8.& ſi ipſo Metropo
litano inſtante,non exequantur, eo ca-
ſu,epiſcopis locorum, vbi reperta ſunt
monaſteria vti delegatis eiuſd. Sed.
Apoſt.ſubduntur.eo. c.§. quòd ſi etiã.
60 † In quibus cum ſit dare,vel ex priui-
legio,aut ex conſuetudine,ſeu aliquod
ipſorum ſacramenta laicis miniſtrare,
& animarum curam gerere, in his
poſſunt ab epiſcopis viſitari, circa tan-
tum ipſam curam, & adminiſtrationẽ
ſacramentorum,cap.11.eiuſd. ſeſs. Et
deputandus ab ipſis in cura anima-
rum ab epiſcopo venit examinandus,
& corrigendus,etiam quòd ſit amoui
bilis ad nutum.§.nec ibi,quia intendi-
mus, quod principaliter eſt attenden-
dũ,ſcilicet de ſalute populi, qui omni
iure epiſcopis non religioſis ſubeſt;
& eius latratu, & baculo lupi arcean-
tur ab eius grege. argu. 43. diſtin. in
61 princ. & in cap. 1. † Excipiuntur autẽ
monaſteria Cluniacenſis ordinis, &
alia in quibus ſuperiores, vel Genera-
les iuriſdictionem epiſcopalem habẽt
in parochos,& parochianos. §. eo.niſi
epiſcopi etiam in ipſis maiorem iuriſ-
dictionem haberent,quę per ipſum ca
nonem Sacr. Concil. non amouetur;

nec ullum ſit præiudicium, quando etiam non obſeruent. quod eſt maxime notandum.§.ſaluo tamen eod.cap. 11. Vt in hoc tempore talis in regimine arcis cuſtodiatur, qui nō ſolum de ſalute animarum, uerum etiam de intrinſeca vtilitate, & cautela ſciat eſſe ſollicitus, ex ſimili reſcripto Gregor.
62 Neapolitanis. in cap.petrus.39.diſt.† Et vbi epiſcopi cenſuras aliquas, interdiċtaq. in ſua diœceſi emanauerint, ne eorū iuriſdictio,ſeu magis eccleſiaſtica paruipendatur, debent etiam in monaſteriis ab ipſis regularibus publicari,epiſcopis mandantibus,prout eo. Conc. decretum eſt, ead. ſeſs.cap.12. ad ampliationem,& confirmationem. Clem.cum ex eo.de ſent.excom.quando tamē interdictum eſt denuntiatū, ſeu alia cenſura publicata, iuxta declarationem Martini Quinti. Feli. in cap.ad probandum.col.pen.de re iud. de quo dubitauerat primum gl.in cle. 2.eod.titul.de ſent. excom. & optime prouiſum, cum eo conueniant populi, & cenſuris ſunt alligati, conuenit quippe eis ſæpius denuntiari,vt reuer
63 tantur ad ſalutē.† Idq. etiam dicimus nulla ſuffragante exemptione, teneri ipſos regulares omnes,cuiuſcumq. religionis ſint,ad ſeruandum, ſeruariq. faciendum feſta inducta ab ipſis epiſcopis in eorum diœceſibus,prout ſimili decreto eiuſd.Concil.optime ſtatutū eſt,ipſo cap. 12.§.dies autem,vbi neceſſaria fuit declaratio, ad tollendū in multis ambiguitates, quæ pro ipſis epiſcopis circa inductionem feſtorū, & pro ipſis monachis, vt obſeruare tenerentur, ſępe oriebantur. Cum ipſis diebus fideles ad eccleſias conuenire debent, & frequentare tenentur, ad Miſſas audiendas, prædicationes, horaſque canonicas, ſeſſio. 22. dicti Concil. de obſerua. & euit. in celebr. Miſſ. circa finem, vt latius infra in libr. de præcep. eccl. dicimus, & ſu-
64 pra hoc libro.cap.3. nume. 29.† Ad proceſſiones tamen generales, vel ex conſuetudine inductas, vel ex aliqua graui cauſa, tenentur venire ipſi regulares, omnes monachi, & fratres, quacumque exemptione non obſtante,præter viuentes in ſtrictiori clauſura, iuxta deciſionem pręfati Cōcil. cap. 13. ead. ſeſſio. §.exempti autem omnes, vt ſupra eſt relatum cap. 8.nume.12.Vt ſic Deus omnipotens, multiplicatis interceſſoribus dignetur pces noſtras exaudire, quia ſicut multa ſunt mala, ſic oportet multas inuenire medicinas,pro experimentis multorum morborum, capit.vt conſtitueretur. 50. diſtin. ſic etiā multos decet
65 eſſe interceſſores apud Deum. † Inter quos,ſi controuerſia de præcedentia oriatur, quæ cum ſcandalo populi ſæpius occurrit, tam in ipſis proceſſionibus, quàm in alijs ſimilibus publicis actibus, vt facilius, & citius ſedetur,Epiſcopi habent poteſtatē determinandi, quibuſcumq. non obſtantibus, etiam amota omni appellatione. iuxta dic.decretū memorati c.13. conſiderare tamen debent primum ipſorum monachorum, & regularium ordinem, & ratio eſt in promptu, vt ſi publicus ſit rumor,ne protrahendo in longū,vel cultus diuinus relaxetur,vel maximum proueniat ſcandalū,hęc igitur nō poſſunt ad iudiciū remitti, ſed arbitrio ipſorū epōrū determināda reſtāt,nec ī eis ſemper attēditur antiquitas,vt ꝓpterea reſpectu ipſius,ſentētia

oriri

66 oriri debeat.† Ex quo licet monachos Sancti Benedicti omnibus præferri diſputabat, poſt alios Caſſan. in ſua Glor,4. part. conſid. 56.& 73. tamen ex noua deciſione Pii Quarti Sum. Pont. regulares pręcedunt ipſos monachos,refert Phil. Port. conſ. 164.cum in ſupremo lib.4.poſt magnos proceſſus factos:ſic & inter mendicãtes pręferuntur fratres ordinis Prædicatorum Sancti Dominici, etiam quòd in eam diœceſim poſt alios venerint, vel locum non habeant. ex alia ſimili declaratione Pij V. In aliis vero attenditur regulæ approbatæ tempus, & loci conſuetudo, quę multum facit in hac
67 cauſa. † Nouitii vero vbi adueniente tempore faciendæ profeſſionis eam facere recuſauerint, ſed ante annũ profeſſionis a monaſteriis diſcedere,& ad ſeculum redire voluerint,omnia bona ſua,quę detulerũt, habere debent,nec quid eis auferendum, aut detinendum eſt,alias epiſcopus poteſt cogere ſuperiores ad reſtituendum per cenſuras eccleſiaſticas,prout ſimiliter cautũ eſt,per idem Conc. eo. tit. cap.16.circa finem. in cap. ſi quis. 17. quæſt. 2. Sin autem moriãtur ante finitam profeſſionem, remanent bona ipſi monaſterio,ex ea cauſa, quia animi ratione, & deſtinatione religioſi erant. Fel. in cap. cum adeo. nume. 3. de reſcript. quando bona detulit,vel exprẹſſe conſignauit, alias ſi tãtummodo intrauit, placet æquior opinio, quòd ſuccedant proximiores.ita tenent. Doct. apoſtil. Fel.in eod.cap.cum adeo,vide Abb. &
68 alios in cap. in præſentia de probat. † Vel ſi ex alio habitum ſuſceptum quis dimittere voluerit,p̃tendens forte per vim, & metum accepiſſe, poteſt intra quinquenium a die profeſſionis, cauſas, quas prætendit coram ſuo ſuperiore, & item coram ordinario proponere, quibus diſcuſſis, & probatis admittitur ad relinquẽdum habitum ſuſceptum in ead.ſeſs. eod. tit.capit.19. (*Nam ſi inuiti aliqui ingreſſi ſunt, retinendi non eſt poteſtas, quia conſiderandi ſunt, magis peccata committere, quàm plangere.* ex notab.reſcripto Eugenij Papæ, in cap. ſicut. 20. quæſt. 1. Nam quod quis non eligit,non optat, profecto non diligit, quod autem nõ diligit, facile contemnit, nullum ergo bonum,niſi voluntarium.cap.pręſens. §.qua propter. 20. quæſt. 3.) Hoc tamen notato,quòd antequàm diſcutiatur, ex ſe non dimiſerit ipſum habitum,quia aliter etiam ſtantibus cauſis pænitus non audietur, ſed potius, vt apoſtata punietur.eod cap.19.§. quod
69 ſi.† Nec tamen ipſi religioſi,licet omni priuilegio muniti ſint, excuſantur ab honore reuerentiali præſtando Prælatis eccleſiarum, tamquam ſint maius luminare reſpectu ipſorũ, Vnde admonendi ſunt, vt debitam reuerentiam exhibeant ipſis Prælatis, nam eſt de iuribus ſpiritualibus epiſcopalibus, quod etiam a monaſteriis debetur. cap. ſi. in fin. arg. 18. quæſt. 2. Nec poſſunt incõſultis ipſis epiſcopis, laicis adminiſtrare ſacramenta, quod ſi fecerint, ſententiam excommunicationis ipſo facto.(Summo Põtifici abſolutione reſeruata) incurrunt, ex deciſione Clem. prim. de priuileg. & exceſs.priuil.qui tex. notab. eſt, & vulgatus.quo etiam reſpectu,non poſſunt in ſabbato maioris hebdomadę, cãpanas pulſare ante eccleſias catedrales,parochiales, vel matrices, ex lege

Concil. Latet. ſub Leon. X. ſub pœna
ducatorum centum, vt ſupra memi-
70 ni. lib. 1. cap. 14 poſt nu. 6. † Cum ta
men de electione officialium in ipſis
monaſteriis agitur, id curandum eſt, vt
ſupe. iorum norma obſeruetur, ut cū-
cti per uota ſecreta eligantur, & eligē-
tium vota, numquàm publicētur, nec
in ipſis voces, aut ſuffragia abſentiū
ſupplere poſſunt, aut debent, ex con-
ſtitutione eiuſd. Conc. ſeſſ. & titu. c. 6.
adiecta ibidem pœna, ſi ſecus factum
fuerit, & de nullitate electionis, & in-
habilitate electi ad omnia officia. in §.
ſi uero contra. cum obligatione aliarū
pœnarum forſan impoſitarum per re-
gulares conſtitutiones, quæ non temo
71 uentur, cum Conc. non dicat. † Quę
omnia rectè geruntur, cum capitula
in ipſis monaſteriis ſæpius (ut debēt)
frequentantur, vt quæ ad obſeruantiā
regularis vitæ pertinent, obſeruētur,
eod. cap. cum ad monaſterium, quod
etiam in cap. 1. §. omnis, eiuſd. ſeſſ.
Conc. ſtatutum eſt: Omnis cura, &
diligentia a ſuperioribus adhibeatur,
tam in capitulis generalibus, & pro-
uintialibus, quàm in eorum viſitatio-
nibus, quæ ſuis temporibus fieri non
prætermittantur: legendo regulā pro
eius obſeruantia, ſingula diſcurrēdo,
quæ firmam reddunt ipſam regulam,
72 non ocioſe tractando. † In quibus ca
pitulis nouitij non interueniunt, quia
propter profeſſionem non factam la-
xioris uitæ eſſe ſolent. Abb. in cap. ui-
dua. num. 7. de regul. ex tex. notab. in
cap. cum ex eo. §. in eccleſiis. de elect.
libr. 6. maxime in pertinentibus ad
ſubſtantiam regularis uitæ, ex cuius
inobſeruantia totum corruit edificiū.
eod. cap. primo, in fine. Item ex alia
cauſa, quia monachi velle & nolle nō
habent, ſecus ipſi nouitij, qui retinēt
teſtamenti factionem, & dicūtur eſſe
indubio, ſcilicet in ſtatu pendenti,
quia poſſunt redire ad ſeculum, vnde
nouitium pro laico magis haberi dici-
mus in quæſtionibus iuris, plura con
gerit Andr. Tiraquell. de vtr. retract.
73 lib. primo. §. primo gloſ. 8. num. 20. †
Et ut omnes magis in Dei timore uer-
ſentur, atque contemplationi cęleſtis
vitæ dediti ſint, ſanctiſſime innouatū
eſt, vt in ipſis monaſteriis Lectio ſa-
cræ ſcripturæ habeatur, ex qua ipſi
regulares, & ſibi, & aliis utiles reddā-
tur: in cuius prouiſione ſi ipſorū mo
naſteriorū ſuperiores deſides fuerint,
ſupplebit epiſcopus loci, ut omnino
habeatur, iuxta nouiſſimum decretū
ipſius Concil. Trident. ſeſſ. 5. de refor
mat. c. primo. §. in monaſteriis quo-
que monachorum. Vbi tamen com-
mode fieri poterit, & in aliis conuen-
tibus regularium, in quibus ſtudia
vigere poſſunt, ſimiliter ipſa lectio ſa-
cræ ſcripturæ compleatur de dignio-
ribus magiſtris aſſignanda. §. in con-
uentibus, de cuius lectionis vtilitate
ſatis diximus ſupra lib. primo, cap. 17.
74 † In collationibus verò Dignitatum,
aduertendum eſt, vt Dignitates, &
Prioratus in ipſis monaſteriis, etiam
ſi non ſit in eis cura animarum anne-
xa, vt non conferantur, niſi habenti-
bus. 25. annos. & ſi non ſint in Sacer
dotio, infra annum faciant ſe promo-
ueri, prout in Conſtitutione ipſorum
cauetur, namque per ætatem, quis ma
gis diſcretioni accedit. Vnde in refor-
mat. fratr. ſeru. Beat. Mar. ita ſanxit
Pius Quintus Pont. Maxim. *Nullus
ad aliquem gradum promoueatur, niſi*

ętate,

ætate, vita, probitate, & litteratura præſtans fuerit, & in eis probatus per examen diligens a priore generali, ſeu ab aliis, qui per eum huic muneri ordinabuntur faciendum, deinde in capi-
75 *tulo generali publice iterandum.* † Ipſorum etiam beneficia (ne ſit diſpar profeſſio gentium) non niſi perſonis eiuſdem profeſſionis, ſpectatæ item vitæ, & ſanctitatis conferātur, ex præſcripto eiuſdem Sacri Concil. eodem titul. cap. 21. Vbi omnes infra annū ad ordinem requiſitum promoueantur, ex alio item decreto ipſiuſmet Cōcil. ſeſſ. 22. de reformat. cap. quarto. Quod etiam in omnes clericos procedit iuxta ibidem dicta, & vbi conſtitutio Clem. 2. de ætat. & qualit. innouatur, ad quod primum eſt omnino uidere Abb. in cap. ea, quæ. num. 10. de cappell. monachor. & in cap. cum ad
76 noſtram cum gloſſ. de elect. † Sed illud eſt præcipue in materia adnotandum, & ſeruit ad multa, quòd quis infra annum promoueatur, ad ordinē requiſitum, reſpectu alicuius eccleſię obtentæ, ſeu beneficij, quòd hic annus incipit currere a tempore adeptæ poſſeſſionis, pacifice, & quiete, ead. clemen. §. illi. & gloſſ. in verbo impedimento, cum ſeq. vel per ipſum ordinatum ſteterit, quo minus pacificam haberet poſſeſſionem, ex decretali commiſſa. §. annus. de elect. lib. 6. & alia in cap. licet epiſcopus, lo 2. de præb. lib. 6. (Annus tamen debet eſse completus in totum, & ratio aſſignatur, quia in vltima die poſset obtineri diſpenſatio ex alia cauſa a ſuperiore, docto. eodem cap. commiſsa in materia ordinum de uno ad alium. in ſeſs. 23. de reformat. cap. 12.) alias elapſo anno uacat, ipſo etiam non uocato, & confertur, ſi tamen pacifice poſsedit. Et hoc verbum pacifice poſſidere, notandum eſt, cum conſideratione, ſemper dignum dicant Sacri Canones, & Concil. Trident. utitur, eadem ſeſs. 23. de reformat. cap. 2. poſt princip.
77 dum dicit pacifice poſſidere. † Et tūc dicitur quis pacifice poſſidere, cum libere in beneficio curato, ſeu non curato, aut in alio gradu exercet officium ſuum. not. doctor. in ipſa clem. 2. & Archid. in c. in nomine domini. 23. diſtinct. Inde dixit not. Fel. in c. cum Ioannes. num. 33. de fide inſtrumen. quòd tunc dicitur pacifica poſseſſio, cum ceſsat omnis cōtrouerſia iudicialis, vel extraiudicialis, iuris, vel facti, & ſic intelligantur illa verba, in cap. cum olim. de dolo. & contu. pacifica poſſeſſione gaudere, & vide bene per Beroum, poſt Deci. & Abb. in cap. ſi quis, de confirm. util. vel inut. num. decimo, vbi facit differentiam inter iuſtam, & pacificam poſſeſſionem & faciunt quæ diximus in famil. ſingul. in littera P. num. 69. vel pacifice percipiendo fructus, aut maiorem partem ipſorum, & glo. tenet quòd etiā teneatur promoueri, licet fructus nō percipiat, ex quo habet exercitium curæ, ratione cuius, ordines ſuſcipere debet, in cap. ſi tibi conceſſo, de præben. lib. 6. & ſi recipit, & non promouetur, tenetur ad reſtitutionem, ſi in conſcientia nolebat ſe ordinari. per dic. cap. commiſſa, in fine, ad quos reſtituendos non tenetur, ſi poſtea pænitētia ductus, promoueatur per eun-
78 dem text. † Nec eſt ferendum quòd quidam Prælati in canonicos ſuæ eccleſiæ ſecularis, monachos promo-

 uceant.

ueant. per cap. ſuper eo, quod quæſitum, de regul. nec poteſt in eis cadere diſpenſatio epiſcopi, ſecundum Cardin. quia in uno officio non debet eſſe diſpar profeſſio. cap. in noua. 16. q. 7. & eſt communis opinio. licet gl. in cap. quorumdam, 74. diſt. dicat reſpectu præbendæ tantum, intuitu propriæ vtilitatis, vel niſi ibi loquatur, ꝙ eccleſia cathedralis erat regularis, ſed ad dignitates, vt epiſcopatus, & collegiatam eccleſiam, atque prępoſituram omnes conſentiunt, de quo pleniſſime, Dom. Cardin. de Turr. Crem. in cap. ſiquis. 58. diſtinctio. vbi, & ad
79 prædicta multa videri poſſunt. † Attamen hodie noua deciſio ſacri Cõc. Trident. ſeſſ. 14. de reform. cap. 11. incapaces ipſos reddit ad beneficia cũ cura obtinenda, ac etiam non curata; Sed in ordine ipſo ſub ſuperioris obedientia in clauſtro maneant, nec conuenit per alia extra manere, vt ſi quis non bonus inter monachos, quomodo inter clericos? quia. *Alia cauſa monachi, alia clerici. Clerici oues paſcũt, ego paſcor, illi de altari viuunt, mihi ſecuris, quaſi ad radicem infructuoſa arboris ponitur*. In cap. alia cauſa. 16. quæſtio. 1. differt item regimen, & conuerſatio monachorũ a modis clericorum, illi in ſtrictioni regula, alij in illa Beati Petri, vt ſe ipſos mutare vix
80 poſſent. † Vnde cum monachus fit rector alicuius eccleſiæ, quæ ſit ſubdita pleno iure Abbati, ſe conformabit in omnibus cum ſua regula, ſed in eccleſia pertinente ad epiſcopum, præter tria ſubſtantialia, ſe redet conformem cum clericis, cum quibus viuit. Vbi tamen commode fieri poteſt, bonum eſſet, quòd habeat alium monachum ſocium. Innoc. in cap. quod Dei timorem. de ſtat. monac. Do. Floren. eod. cap. 6. § 8. quaſi in teſtem ſuæ regularis vitæ, & cum quo conferat ſolita obſeruari ad regulam, aliàs aſſumat normam ab ipſis clericis, de pertinentibus, non ſolum ad eccleſiam, ad quã aſſumitur, ſed ad modum vitæ, & regulæ, ſed vide doctrinam San. Tho-
81 mæ. 2. 2. quæſt. 185. art. 8. † Quando autem ipſi monachi ad Põtificales Dignitates, & alias eccleſias maiores aſſumuntur, non officium iuxta primũ inſtitutum dicere habent, ſed iuxta ritum eccleſiæ, ad quam promouentur, per cap. illa. 12. diſtinct. & Sanct. Thomam proxime citatum, & firmat idem Dom. Card. de Turr. Crem. 91. diſt. in ſum. num. 22. ubi dicit, ſecum fuiſſe diſpenſatum per Eugenium Papam, cum fuit creatus Cardinalis, ut continuaret officium Prædicatorum ſancti Dominici ſuæ profeſſionis, (& eſt tex. cum gloſſ. optima in clem. dignum, de celebr. Miſſ. vbi not. familiares DD. Cardinalium, & epiſcoporum etiam regulares poſſe dicere officium ad modum, & normam ipſorũ
82 prælatorum.) † Ampliando idem eſſe, ſi ad regimen eccleſiæ parochialis fieret promotio in caſu præmiſſo. nume. 23. & in cap. quando nume. 3. 38. diſtin. & hoc ſumma ratione, cum aſtringantur legibus, & ſtatutis ipſarum, eccleſiarum, ad quas promouentur. argumen. not. prima quæſtio. 7. cap. conuenientibus. Nõ celebrare horas nulla cauſa facit; etiam ſtudij, etiã ſi minora tantum potirentur beneficia, ſeu ſimplicia, & eſſent etiam in minoribus. ſolus enim Papa poteſt diſpenſare. argumen. dict. clem. dignũ.

Epiſco-

Epiſcopus in nullo poteſt. Archid. in cap. fin. 91. diſtinct. Ioan. de Lignano in cap. 1. de celeb. Miſſ. quod opiabat Ioan. Andr. vt dicit in dicto cap. primo, vt ratione ſtudij eccleſia diſpé
83 ſaret. † Item præſeruandum eſt, ut quis ad religionem libere ueniat, non inuitus. Deus enim voluntarium militem eligit, nec filius debet proprios parentes relinquere, cum paupertate fuerint oppreſſi, vnde ſi filius inuitis parentibus ingrediatur religionem, reuocari poteſt ab ipſis infra annum, & diem. 20. quæſtio. 3. cap. puella. Do. Flor. in ſum. tertia, part. titu. 16. cap. ſecundo. §. quarto, quod non procedit indiſtincte, ſed vbi ante ætatem legitimam, namque ſi poſt, iam ſcit, quid, & quomodo eſt conſultum ſaluti animæ ſuæ, contra opinionem aliquorum ad quamcumque ætatem extendentium, nec dicitur ſublata diſpoſitio text. cap. quia in inſulis, de regular. vt vbi eſt ſtrictior regula, ſit tempus. 18. ann. ſed adhuc conſiderandum eſt, per Mand. de ætat. mino. cap. quinto, nume. 53. cum bona diſtinctione, ſi parentes ſunt in neceſſitate viuendi, non poſſunt filii ingredi. San. Thom. in quodlib. ex illo Euang. Mat thæ. cap. 15. ubi Chriſtus reprehendit phariſeos, qui religionis intuitu, docebant filios ſubtrahere honorem parentibus debitum. Vel ſi Religioſi fraude eos traxerint ad religionē auiditatæ bonorum, non fit tranſmiſſio bonorum ad monaſterium, ſed quibus iura tribuunt, dantur, cap. conſtituit. 20. quæſt. 3. Abb. & doct. in cap. in præſentia, vbi Feli. nume. nono. de
84 probat. † Cum vero fuerit clericus ingreſſus monaſterium (niſi expreſſe profeſſionem fecerit) ante annum finitum, non eſt ipſius beneficium conferendum, ſed expectari debet, cum iam poſſit ad ſeculum redire, ex reſcripto Bonifac. V I I I. in cap. beneficium de regular. lib. ſexto, ubi eſt bona gloſſ. per aliam deciſionem, Alexandri Papæ Secundi, in cap. Gonſaldus presbyter. decimaſeptima quæſtio. ſecunda, ſed interim ne eccleſia hac occaſione in ſpiritualibus, & temporalibus patiatur detrimentum, per opinio. gloſſ. eodem cap. beneficium, prouidendum eſt de alio idoneo economo, cum portione congrua aſſignāda, & reliqui fructus, vel conſeruentur pro ipſo, ſi redierit, aut pro ſucceſſore, vel in eccleſiæ beneficium expendantur, quod dixi in famil. ſingul. in littera C. numer. 99. nec deciſio caret optima ratione in ſe, (vel ſi ipſe non haberet alimēta, monaſterio dentur fructus, ſecundum Gemi. uide
85 in c. ſtatuimus eod. tit.) † Vt videatur, ſi toto corde ī monaſtica vita Deo ſeruire voluerit. Quia ſi ad ipſum quis in ueritate conuertitur, non ſolū peccatū dimittere, ſed ęternam Beatitudinē dare paratus eſt. Auguſt. ſerm. 58. de tēp. Eſt nāque inductus hic annus probationis in ſubſidium fragilitatis humanæ. eodem cap. 2. de regul. & vt ille monaſterium, ipſius mores, aſperitates, aliaque ſtatuta regulæ experiri poſſit: text. optimus in cap. ad Apoſtolicæ Sedis, eodem titu. Cum etiam canonica inſtitutio interdicat, monachum ante unius anni probationem effici, d. cap. Gonſaldus, vbi dicit de clerico noto per annum, ſed de clerico ignoto ad biennium, quod dictum repetis eadem gloſſ. in cap. deſponſatam. 27. quæſt.

quæſt. 2. vbi ſi clericus intrauit cum
epiſcopi licẽtia tempore probationis ,
poteſt petere priora ſtipendia, ſecus ſi
86 ſine licentia. † Itẽ quàm maxime ad-
uertendum eſt, ne libertates ipſorum
monaſteriorũ opprimantur, aut a ma-
lis vicinis moleſtentur, fauor enim reli
gionis multum militat, ne domus ora
tionis, fiat domus negociationis, vt di-
cit Dom. Matth. cap. 21. quia nec tem-
poralia negocia in eccleſia ſua fieri do-
minus patitur, quod obſeruari man-
datur ab omnibus in decreto ſacri
Conc. ſeſs. 24. de reform. cap. 10. §. de-
cernit itaq. ne ulla mala conſuetudi-
ne, aut ſeruilibus oneribus ſubiician-
tur. cap. omnia talia. 12. diſt. & in tit.
87 de immu. eccleſ. vt ſuo loco dicetur. †
Immo extenditur immunitas ipſorũ
monaſteriorum, vt ſi qua domus ſit
contigua alicui monaſterio, ex quo ei-
dem neceſſaria reddatur, cogatur do-
minus ipſius domus, officio iudicis,
etiam inuitus uendere ipſam monaſte
rio, Doc. in c. 1. de rer. perm. & ſic exe-
quutum teſtatur Affl. iuxta communẽ
opinionem in prælud. Conſt. regni. q.
3. nu. 11. Nam, & vicini poſſunt red-
dere eccleſiam in multis damnoſam,
vel propter conuerſationem non de-
centem, vel ex multis impedimentis,
vt remotis vexationibus, ac cunctis
grauaminibus, ipſi monachi diuinum
opus, cum ſumma deuotione animi
88 perficiãt. c. luminoſo. 18. q. 2. † Circa
vero quietem mentis, id præciſe cauen
dum eſt, ne in clauſtris ipſorum mona
ſteriorum mulieres ingrediantur: non
enim poteſt in toto corde cum Deo
ambulare, qui fœminarum acceſſibus
copulatur. 32. diſt. cap. hoſpitioſum.
namq. conuerſatio mulierum eſt reli-
gioſis materia fornicandi, vnde dixit
ille doctus.

Oleum nutrit lucernam, & ignem lu
xuriæ confabulatio mulierum.
Magis appropinqua igni ardẽti, quã
mulieri nouellę.

Et dicitur omnibus religioſis, fu-
giatq. quiſq. confabulationes mulie-
rum, ſi caſtus eſſe vult, & nę tribuat eis
fiduciam, aliquando præſumere in ſuo
conſpectu comparere Aluar. Pelag. lib.
2. de plan. eccl. cap. 75. quia ſi alij ſa-
pientiores decepti ſunt, & ipſe. cum
& mulieres auerterint cor Salomonis,
vt ſequeretur Deos alienos, vt ad Ido-
latriam peruenerit. 3. Reg. cap. 11. obli
tus verbi, ne initaris propriæ pruden-
tiæ. cap. 5. de conſtit. 32. quæſt. 4. cap.
Salomon, vnde dicunt doct. poſtea pæ
nitentia ductum feciſſe pænitentiam,
in eod. cap. 5. inc. ne initaris. vbi Feli.
nu. 5. & dicit Beatus Hierony. librum
eccl. eſſe Salomonis pænitentiam agen
tis, probat ex pluribus ipſe Aluar. Pe-
lag. lib. 2. cap. 45. col. 2 poſuit vnum
verbum Caſſan. in ſua glor. mundi. 3.
par. 11. Conſid. in fine. Ideo Religio-
ſi tria debent fugere in mulieribus, ſi
caſtitatem ſeruare volunt: aſpectum
earum, quia eſt porta, per quam multa
noxia præſentantur, quæ mentem illa-
queant: item frequens familiare collo-
quium cum in ſcriptura mulier dica-
tur aſſimilari rethi, igni, & gladio acu-
to. Item tertio vitari debet munerum
interuentio, quia ſæpius munera caſti-
tatem corrũmpunt do. Flor. in ſum. 4.
part. tit. 4. c. 6. §. 2. in fine. (Vnde quat-
tuor dicuntur eſſe prohibita mulie-
ribus. publice viros docere. 1. ad Tim.
cap. 2. docere autem mulieri non per-
mitto. in eccleſia loqui, vel prophetiza-

re.

re. 1.ad Corin.14.mulieres in eccleſiis
taceant.Tertio viro præeſſe. eod. cap.
2. neq. dominari in virū ad Epheſ.6.
mulieres viris ſuis ſubditæ ſint. Quar
tò ſine velo orare. 1.ad Cor.11.nō decet
89 mulierem non velatā orare.) † (Quod
de mulieribus ne clauſtra monaſterio
rum ingrediantur.expreſſe prohibuit
Pius V. per ſuum breue incip. regu-
larium perſonarum. 1566.an.1. & re-
uocando licentias conceſſas, & id gra-
uiſſimis cenſuris confirmauit. D. N.
D.Gregor.XIII.Pont.Max. reuocans
itē licentias conceſſas Reginis, & Ma-
gnatibus, in ſuis litteris. ſub die. 3.
Iunij.1575.an.4.cum ſit dictum mo-
nacho: *Hoſpitiolum tuum aut raro, aut numquā mulierum pedes terant*.d.
cap.hoſpitiolum, vbi etiam ꝙ fæmina
ſit ſancta, non eſt diligenda corporali
frequentia, lege vitas ſanctorum patrū
& edificationem animę accipies. & vi-
de Conc.Turon. 2.can.7.Alphonſ.Al-
90 uar. in Speculo cap. 23. poſt princ. †
Et quia religioſis omnis debet tolli ſu
ſpitio, cum nō ſolū a malo, ſed etiam
a ſuſpitione mali cauendum ſit, de iud.
cap.cum ab omni & dicit tex. ſeptimæ
ſynodus, vt excludatur omnis nefanda
ſuſpitio.in omnibus obſeruari conue-
nit, vt certus quis, & certo tempore, &
certo loco, & certis perſonis, vel appa-
rere clericus, vel loqui debet cum mu-
lieribus cap. in omnibus. 81. diſt. &
peccat non remouendo ſuſpitionem,
vt diſcurrit Mart. Nauar. in ſuo Man.
cap.14.maxime.nu.30.& 18.quęſt.2.
cap.diffinimus. hinc etiam monachus
non poteſt facere commatres.de conſ.
diſt.4.cap. non licet. & cap. monachi.
niſi epiſcopus fiat quia liberatur ab
hoc, ſicut a multis aliis. vt ſupr. Dom.
Card.de Turr.Crem.in cap. 1.num.2.
18.quæſt.1.Aluar.Pelag.de plant.eccl.
91 lib.2. cap. 17. † Sed in mutua percuſ-
ſione inter ipſos monachos habetur
conſideratio, vt abſoluantur ab Abba-
te, cum ipſius diſcretioni ſubdantur,
& ſi Abbas deeſt, ſupplet epiſcopus,
non enim ipſi pro mutua percuſſione
mittuntur ad Papam, & ſedem Apo-
ſtolicam iuxta. not.in cap. 2. de ſent.
excom. nec ſit differentia ſi percuſſio
eſt in clauſtris, vel extra clauſtra, cum
indifferenter Abbas abſoluat, & per
eius defectū epiſcopus communiter
Doct.in c. officii. vbi Mar. Socci. nu.
128.de ſent.excom. licet ex mente Io.
Andr. ſit conſilium, quòd epiſcopus
ad remouendum dubium, remittat
Abbati, & hoc dictum ampliatur etiā
in monialibus exēptis, ex quo eſt mo-
naſterium in diœceſi. arg. cap. graue
de offic.ordi.& in eod.cap. officii. nu-
92 me.111. † Similiter ī appellationibus
non datur alio recurſus ab Abbate, ni-
ſi ad proprios ſuperiores, præter Ab-
batem ſecūdum quid exemptum, ſed
reſpectu alicuius membri eccleſię non
exemptum, eo namq. caſu, cum reſpe-
ctu non exemptionis tractatur, ad epi-
ſcopū habetur appellandi aditus, arg.
not per Doct.de priuil.cap.ex ore. per
cap.authoritate; eod.lib. 6. quia loquē
do de exemptionibus, ſumus in mate-
ria, quæ eſt contra ius. 3. diſt. cap. pri-
uilegia. ideo debet fieri ſtricta interpe
tratio, dummō verba aliquod cōferāt,
de verb. ſigni.cap.Abbate.ex quo in ip
ſis quodlibet verbum appoſitum de-
bet aliquid operari.cap.ſi Papa. de pri-
93 uil.lib.6. † Et licet aliqua conſuetudi-
ne Abbates fulciti primum minores,
ordines, & primam tonſuram confere-
bant.

bant.per cap. Abbates, vbi Ioan. Andr. de priuil. hodie ſecus per decretum Conc. Trid. ſeſs. 23. de refor. cap. 10. in princ. cum qualitate, vt ibi, ſcilicet in fines alicuius diœceſis, etiam ſi nullius, alicui, qui regularis ſibi ſubditus non ſit, nec clericis ſecularibus litteras dimiſſorias concedere (& per illum tex. in princ. ibi. *Ac alijs quibuſcumq. quantumuis exemptis*. Dom. Card. Neapolit. de Aretio ſuſpendit omnes promotos cũ litteris dimiſſoriis, ſiue Maioris capellani, ſiue prioris ſancti Ioannis Hieruſal. ſeu quorumcumq. priuilegiorum regiorũ, quouſq. a Sede Apoſtolica diſpenſationem obtine rent,) et notanda ſunt etiã verba Cóc. *Non obſtantibus priuilegijs, preſcriptionibus, ſeu conſuetudinibus, etiam immemorabilibus;* quę dicta faciũt ad

94 multa, vt alibi dicimus. † Sed ad congregationes clericorum monachi ratione exemptionis venire non cogũtur, niſi populum haberent, nam eo caſu, ad ſynodũ epiſcopi accedere debent, non reſpectu ſui, ſed ratione populi, qui epiſcopo ſubeſt. Innoc. in di. cap. 1. de ſtat. monach. quia eſt de lege diœceſis, vbi notatur, quid differat eſſe, de lege iuriſdictionis, vel diœceſis, de quo dixi latius in tract. de dignit. eccl. cap. 6. poſt. Henr. de Bott. de ſyn. epiſ. 2. part. in aliis ſecus, quia ſunt in ſuis, vt epiſcopi. Innoc. in cap. 1. de cleri. peregr. Feli. in cap. decernimus. de iudic. & in cap. paſtoralis de offic. de-

95 leg. † Item eſt vidẽdum, ſi in ipſis mo naſteriis ſint infirmatiæ communes, vt cum fratres non bene ſe habuerint, poſſit eis prouideri, iuxta cuiuſcumq. gradum, ac qui eis ſint præpoſiti infir marij, & de communi, & de occurrentibus neceſſitatibus, charitatiue prouideatur, & circa animæ, & corporis ſalutem, nec eos pæniteat religionem intraſſe, ex defectu neceſſario occurrentium. in ead. conſt. §. in omni, vbi expræſſe cauetur, vt cum medico corporis, adhibeatur item medicus animæ; & cum fuerit eis de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur. cap. cũ

96 infirmitas de pœn. & remiſ. † Nec deſint maxime in locis magnis Magiſtri nouitiorũ, probati vita, & honeſtate, & doctrina, qui ipſos nouitios inſtruere poſſint in Grãmatica, Logica, Philoſophia, Theologia, Cãtu, & ſimil. prout hæc ordinauit Benedictus XII. in reform. regula. & Pius Quintus in reform. frat. ſeru. B. Mar. §. in eiſdem. vbi nouitii ipſi, e loco nouitiatus exire nõ debent, niſi ad eccleſias, refectorium, vel publicas proceſſiones, & interdum ad aliquam honeſtam recreationem, cum fido tamen cuſtode, vt ibidem cauetur, & hodie multi religioſi obſeruant (licet nouitii non debeant accipi, niſi in conuentibus inſignioribus, in quibus dormitorium, & capitulum ſeorſum habeant ab aliis, in conſtit. Pij Quinti; ſuper ſtat. conuent. fratr. Sanct. Fran. incip. illa nos. 1568. an. 3.)

97 † Item ſilentium ſeruari certis horis in ipſis monaſteriis ſtatuendũ eſt, in clauſtro, oratorio, refectorio. eod. cap. cum ad monaſterium, & neceſſarium eſſe dicit Flor. in ſum. 3. part. tit. 16. c. 8. §. 7. id enim non nocet corpori, & prodeſt animæ Abb. in cap. cum cauſa de iudic. & dixit Philoſ. 1. Politic. ꝙ ſilentium cauſat ornatum, Hiere. Tre. cap. 3. *Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuabit ſe ſuper ſe*. Eccleſ. cap. 4.

Tempus

Tempus tacendi. Scilicet, diſcendo ob-
ſerua; namq. proprium eſt eſſe ſolum
in ſilentio narrare Dei laudes,(& ſilen:
tiarij in lege erant de officialibus Prin:
cipis multis gaudétes priuilegiis.C.de
ſilent.& decur.eor.in rubro,& nigro.)
98 † Ipſi vero religioſi omnes quocumq.
nomine fuerint, ſilentium obſeruátes,
obliuiſci non debent, id muneris pre-
cipue habere, vt obedientiam ſuis ſu
perioribus præſtent in omni ſigno,
quod proprium eſt religionis. vide. 8.
q.1. cap. ſciendum. Præſtat enim ipſa,
quàm victima.1.Reg. c.15. Quia per
victimas aliena caro, per obedientiam
propria voluntas mactatur, quam cō-
plecti deuotius debent,ne aliis ſcanda
lum præſtetur. iuxta dicta in ſeſſ. 14.
Conc. Triden.de reform.c.1. feſtinan
ter obediendo. cap.ſi inimicus 93.diſ.
obtemperando quidquid ſibi fuerit
vtiliter imperatum.cap.ſumma.23.q.
1. vt ſic in ea humilitate obedientiæ
99 gratius ſit opus eorum. † Cum enim
dominum noſtrum Ieſum Chriſtum
ſequi, eorum, & noſtra ſit profeſſio?
quis eo magis obediens? *Qui humilia-
uit ſemetipſum, factus obediens vſque
ad mortem, mortem autem Crucis*, ad
Phil.2. *Qui,& cum eſſet filius Dei, di-
dicit ex his, quæ paſſus eſt obedientiā.*
Ad Hebr. cap. 4. *Vnde per ſuam obe-
dientiam iuſti conſtituuntur multi, ſicu
ti per vnius inobedientiam, peccatores
conſtituti ſunt multi.* Ad Rom.5.c.et ſi
omnes Chriſtiani ad id obligātur,for-
tius religioſi tenentur,qui obedientiā,
vt firmamentum regulæ,ex expræſſo
voto habent. Aluar. Pelag. de planct.
eccl. lib.2. cap.51.col.3.Floré.in ſum.
4. par.titu. 5.cap. 11. per totum,cum
fiducia in Deum, qui obedientibus
legi ſuggerit adiutorium: Cypri,in tra
100 cta. de ſingular. cleri. † Item nō pro-
hibetur monachus,ſeu religioſus, ge-
neraliter loquendo,(exceptis viuenti-
bus ī ſtrictiſſima regula) alicui prelato
pro vicario ſeruire. militare.n. dicitur
in diuinis obſequiis,dumtamen ſui ſu
perioris adſit licentia, prout Domi.de
rota,de offi.vicar.in antiq.deciſ.3.con
cludūt,& D.Card.cum gl.in c.ſiquis.
58.diſt. ſentit etiam,ſine licētia Abba-
tis,quia ſicut eo inuito poteſt quis cō-
ſtitui cubicularius epiſcopi,ſic,& Vica
rius,dicens aliud eſſe in fratribus men
dicantibus, quod verbum inuito Ab-
bate durum videtur. & vide Conſtitu.
Pij V. Pont. Max. incip.quecumq. ſa-
crarum religionum.1569.an.4.vbi lo
quitur religioſum extra clauſtra non
eſſe præter diſpoſitionem iuris cōis.§.
101 de nobis. † Et Monachos in conuen
tu eligere debet ſuperior, quos viderit
cultui diuino deditos, & monaſterio
proficere, eosq. de cōſenſu cōuentus,
ſeu fratrum monaſterij. iuxt.notata a.
gl.per illum tex.in c.fi.de reg.lib.6.ho
die generaliter in capitulis, & cōgrega
tionibus,prout fere de cōſuetudine vi-
dere eſt obſeruatum.licet Abb.in c.ad
Apoſt.eo.tit.nu.12.dicat aliter,ꝙ teneť
requirere conſilium, non autē ſequi,
ex eo, ꝙ ipſe ſolus poteſt,& non capi-
tulū per ſe, quod nec vacante Abbate,
remouendo abuſum laicos requirēdi,
tamq̄ in ſpiritualibus poſſe ſe intromit-
tere, quod eſt contra ſacros canones,
vt ſupra in pluribus locis eſt dictum.
102 † Ad Abbatis.n. iudicium refertur,
ex ea ratione principaliter, quia Ab-
bas habet curam,& regimē totius mo
naſterij, & in ſpiritualibus,& tempo-
ralibus,per cap.nullam.18.q.2.ipſe.n.
officiales,

officiales, & alios adminiſtratores ad libitum ponere, & deponere poteſt, iuxta text. Concil. Trident. hoc titul. cap. 2. §. adminiſtratio autem, & hac ſententia vti videmus hodie omnes ferè Generales ordinum, excludēdo ſuffragia laicorum, niſi eſſemus in monaſteriis aliquibus, ſub protectione Regum exiſtentibus, quorum reſpectu nihil immutatur, nec eis præiudicatur, vel vbi in aliquo monaſterio eſſent magis expræſſe Conſtitutiones.

103 † Vltimo pro complemento cum ſatis longo ſermone vſi fuerimus, non eſt mirandum, ſi ipſas Religiones variare videmus in modo viuēdi, & profitendi, etiam vſus regulæ met, ut ſancti Benedicti, Beati Auguſtini, &c. nō per hoc dicuntur diuerſificari. omnes enim quo ad tria illa ſubſtantialia conueniunt, ſcilicet votum paupertatis, continentiæ, & obedientiæ, variant tamen circa diuerſos fines intermedios, vt maioritate regulæ, & aſperitate vitæ, in aliquo, maiori viuendi cōmoditate, & magis placido modo, inducatur diuerſitas regulæ, iuxta not. in cap. ſane de regul. quod vtique attendendum eſt, ſi omnia primeuæ re-

104 gulę reſtitui poſſunt. † Sicuti Pius V. Pont. Max. in ſua conſtit. incip. ea eſt. 1568. ann. tertio reformauit tertium ordinem ſancti Franciſci, extinguendo officium miniſtri, Vicarij, & generalis viſitatoris, ipſumque ordinem ſubmittendo miniſtro generali, & officialibus fratrum minorum de obſeruantia, cum aliis, vt ibidem cauetur, vnde in omnibus ſic tractandum eſt, vt ad congruam monaſticæ vitæ diſciplinam reducantur, ex doctrina ſanctæ Synod. Trident. ead. ſeſſ. 25. de regular. cap. 21. & quàm plurimum vtilitatis Reipublicæ Chriſtianæ afferunt bene inſtitutæ, & inſtitutis ſuis conuenienter viuentes Religioſorum Conſtitutiones. vide multa in alia cōſtitut. eiuſdem Pij Quinti ſuper emēdatione Ordinis humiliatorum. incip. quantum. 1567. anno 2. &c.

DE CAPELLIS MONASTERIORVM.

CAP. DECIMVMSEXTVM.

SVMMARIVM.

1 *Monachi poſſunt regere eccleſias curatas, & qui eorum.*
2 *Capella an veniant appellatione eccleſiarum.*
3 *Monachi quot modis poſſunt habere capellas. num. 4. 6. & an ſeculares. num. 7.*
5 *Eccleſiæ non poteſt imponi nouus cenſus, niſi tribus concurrentibus.*
8 *Capellanus debet eſſe perpetuus ex diſpoſitione Bonif. VIII. Quod ſal lit. nu. 9.*
10 *Beneficia debent eſſe perpetua.*
11 *Capellarum monaſteriorum præſentatio ſpectat ad Abbatem.*
12 *Capellanus per monachos epo præſentatus, quam portionem habebit.*

Capella.

13 *Capellanus quomodo poteſt dici eſſe Rector.*
14 *Capellæ monachorum dicuntur regulares, ſicut & beneficia regularia.*
15 *Epiſcopus an habeat ſpiritualia a capellis monachorum.nu.16.*
17 *Epiſcopus poteſt committere curam animarum monachis.*
18 *Monachus non debet ſtare ſolus in capella.*
19 *Monachus præſentatus per Abbatē epiſcopo & ab ipſo inſtitutus, non poteſt amplius remoueri per Abbatem. Et quando ex cauſa legitima, & qua ſit.nu.20. Et a quo poſſit puniri,& priuari. nu.21.*
22 *Epiſcopus quando ſe intromittet in eccleſia parochiali ſpectante ad Abbatem pleno iure.*
23 *Inſtitutio differt a Confirmatione.*
24 *Ius patronatus an cadat in capellis Religioſorum.*
25 *Confirmatio qualiter fiat.*
26 *Intellectus,c.fin. de elect.lib.6.*
27 *Capellanus quomodolibet inſtitutus tenetur ad horas canonicas.*
28 *Epiſcopus quæ inquiret viſitando ipſas capellas.*

CVM dixerimus ſupra, ꝙ ex conſuetudine, ſeu priuilegio poſſunt monachi habere curā animarum, & frequenter videmus, in quo ab epiſ viſitantur, id autem plerumq. per capellas diſtinctas apparet, ideo,& de capellis monachorum ſubiicimus congruenti ordine. † Vnde primum notādum eſt, quod inquit S.Ambroſius relatus à Gratiano in cap. doctos. 16. quæſt. 1. Quòd monachi poſſunt regere eccleſias curatas, omniaq. neceſſaria adminiſtrare, quod, & Gregorius confirmat. in cap. ex authoritate. ead. cauſ. & q. ſub his uerbis. *Ex authoritate huius decreti, quod apoſtolico moderamine, & pietatis officio à nobis eſt conſtitutum, ſacerdotibus, monachis, apoſtolorum figuram tenentibus, liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atque peccata ſoluere.* Sed id procedere in monachis clauſtralibus, ſeu eccleſiis regularibus præfectis,non autem indiſtincte, iuxta determinationem Vrbani III. in cap. 1. de capell mon.vbi ſi monaſterium habet capellam cum pcpulo,ponit capellanum,ab epiſcopo tamen inſtituendum, cuius arbitrio ordinatio, depoſitio, & conuerſatio pendet, & hodie clarius reſpectu ipſius curæ animarum, & adminiſtrationis ſacramētorum, ex Generali decreto Sacr. Conc. Trid.ſeſſ. 25.de regular. cap. 11. etiam, ꝙ capellanus ſit ad nutum amouibilis. §.nec ibi.eod.c.

2 † Quæ tamen capellæ antiquitus non erant eccleſiæ. dicit gloſſ.in cap.concedimus de conſecr. diſt. 1.ſed tuguria, unde opus fuit in illis diſpenſari,ut celebraretur, ex decreto Conc. Tribur. eo. cap.concedimus, ſed vt ſupra hoc lib. cap. 11. nume. 2.3.& 4.diximus, ſunt hodie beneficia eccleſiaſtica, & veniunt appellatione eccleſiarū, prout notatur item in c.1. de capell. mona, nec data exemptione alicuius monaſterij, ſequitur neceſſario exemptio capellæ eiuſdem, ſi aliter non eſt dictū. iux.not. in capit. ex ore,de priuil.quia eſt unum ſine alio,& non neceſſarium ad aliud, & ex diuerſis non fit illatio.

l. Papi-

l. Papinianus exuli.ff.de min.ergo ex-
3 præſſio requiritur in ipſis cappellis: † Quas ſecundum gl.celebrem.16.q.2. in ſum. monachi duobus modis poſſunt habere, vel edificatione, vel collatione, cùm edificatione, ipſi habent inſtitutionem temporaliū, & epiſcopus ſpiritualium.ex cap.ſane ead.quæſtio. in illis verbis. *Vt eiuſmodi ſacerdotes de populi quidem cura epiſcopi rationem reddant*. Ab ati vero pro rebus temporalibus ad monaſterium pertinentibus debitam ſubiectionem exhibeant, & epiſcopus cognoſcit de cura populi. ex. l.diœceſ ina.in alus manet, ad plenū exemptio; vbi extat: Abb. in dict.cap.cum ad monaſterium, in cap.
4 Theodoſius de ſtat.mona. † De temporalibus vero iuxta ſolitum cenſum Abbati ſoluendo, non autem ex nouo imponendo. ex noua deciſione Lucii Tertii Pontif. in cap. ſignificauit de cenſib.namq. Concilium Lateranēſe, de quo in cap. prohibemus.eod. tit.id expræſſe vetat. & vtrobique Abbas. quia eſſet alienare, quod prohibitum eſt, nec ſolitum rectoris nocet, ex quo eccleſiæ non poteſt præiudicare. in c. præterea.eo.tit. per Abb. licet tempore fundationis poſſint patroni impone re approbāte epiſcopo.cap. eccleſiis.c. nobis, de iur. patr.ſupra hoc libro cap. 10. nume. 15. & impoſitum augere non licet, quia eſſet de nouo addere. ibid.& per Abb.in cap. grauis de cen-
5 ſib. † Ad contraria poteſt dici, quòd tria requiruntur, vt nouus cenſus poſſit eccleſiæ imponi.Primo interueniat authoritas epiſcopi iuxta. eumdē tex. cap.ſignificauit. Secundo quòd ſubſit iuſta, & legitima cauſa, cap. cum clerici eod.tit. Tertio, quòd capitulum cō-
ſentiat.not. in c.tua, & c. paſtoralis de his, quæ fiunt a Prælat.de quo plenius Dom. Card. Zabar.in cle.1. 27.quæſt. de reb. eccl. non alien.Petr. Foller. in pract. cenſu. in verb. huiuſmodi. nu. 17. cum ſeq. cauſam iuſtam, & neceſſariam requirit etiam tex. in cap. vnico. in fine.vt eccl.benef.ſin.dim.confer.vt ratio aſſignanda ſit poſteris profutu-
6 ra, eod.cap. in princ. † Si vero capellas habent ex fundatione, & ex doctrina eiuſd. glo. ſubdiſtinguitur, aut ſunt collatæ ab epiſcopo, vel cum certa forma, vel omni iure, vel ſimpliciter, declarando, vt ibidem, & per Abb. in c. de monachis, de præb. vel a patrono, & id ius transfertur, quod ipſe habet. per regulam l.nemo plus.ff.de reg. iu. & Abb. in dict. cap. de monachis reducit ad quinque modos, poſt.nu. 5. quo ad ius patronatus tantum.Inſtitutionem tituli collatiuam.Tertio ad inſtitutionem authorizabilem, itē quoad temporalia tantum, & quinto quoad temporalia, & ſpiritualia, qui eis pleno iure ſubſunt. De tertio modo ad differentiam epiſcopi, qui habet eccleſias ſubiectas, quoad vtramq. inſtitutionem, cap. omnes Baſilicæ. 16.q6.7.
7 † Et id utique mirum eſſe non debet, etiam in eccleſiis, & capellis ſecularibus, iuxta gl.in alleg.cap. de monachis & per Abb.nu. 10. quod ex quattuor contigere poteſt, donatione laici, accedente epiſcopi conſenſu, donatione ipſius epiſcopi. ex propria fundatione, ſupra. num.3.vel 4. ex ipſa translatione iuris patronatus, quos modos ibidem examinat Abb. quomodo ipſas poſſunt habere pleno iure, cum inſtitutione, & deſtitutione libera, idem Abb. in c.cum, & plantare. de priuil. notan-

notando verba conceſſionis, ſi generaliter cũ verbis pleno iure, aut ſimpliciter per cap. paſtoralis, de donat. ſignãdo illa verba deſtituere, & inſtituere, quòd illius eſt deſtituere, cuius eſt inſtituere, contra opin. Ioan. de Deo lib. 1. quęſt. 27. Moderni in cap. 1. eod. tit.
8 lib. 6. † Sed eſt notandũ, quod dictum eſt ſupra nu. 1. in fine, quòd epiſcopus uidet de iure ipſas capellas, ẽt capellano amouibili per decretum Concilii, quòd per illud verbum amouibili, non reuocatur conſtitutio Bonifacii VIII. in ipſo cap. primo. vbi diſponit in his capellis monachorum populum habentibus, capellanum præſentandũ ab ipſis, & ab epiſcopo inſtituendum debere eſſe perpetuum, & ſic iura iuribus concordentur, eorumq. correctiones euitẽtur: cum iam ſubſtineri poſſunt c. cum expediat. de elect. lib. 6. C. de inoff. donat. l. unica, quod verius eſt, quàm vt alii intelligebant, quia poſteriores leges ad priores pertinent. l.
9 ſed &. ff. de legib. † Sed non procederet primum dictũ, ſi ipſa eccleſia, aut capella ſpectaret ad mẽſam Abbatis, ſeu conuentus, in qua non procedit diſpoſitio eiuſd. cap. 1. quia poteſt capellanus temporalis poni, & ad libitũ remoueri, iuxta dicta in eod. Conc. in illis verbis. *Etiam quòd capellanus ſit amouibilis.* Vel ſi eſſent domus, in quibus generales primariam ſedem habent, ſeu etiam iuriſditione epiſcopali & tẽporali in parochiis, & parochianis vterentur, iuxta deciſionem text. præfati Conc. Trid. eod. cap. 11. §. nec ibi, verſ. *Et exceptis ſaluo tamen maiori iure epiſcopum, ſi quod eis compe-*
10 *teret*.. §. ſaluo. † Illud autem Bonifacij dictum verum eſt, quia generaliter beneficia eccleſiaſtica nequeunt dari ad tempus, ex not. in tex. & glo. in cap. veniens in glo. fi. de fil. presbit. & eod. cap. niſi de ordine Summi Pontificis. 7. quæſt. 1. cap. temporalis cap. præcepta canonica. 55. diſt. Nam in qua eccleſia quis intitulatus eſt, in ea perpetuo maneat. cap. ſanctorum. 70. diſt. & quòd epiſcopus non poſſit ad tempus dare, ſed ſolum ad Papã ſpectet, eſt tex. clarus cum gloſ. in cap. gratioſæ de reſcript. lib. 6. ex quo tex. nota differentiam eſſe, ſi Papa concedat gratiam ad ſuum beneplacitum, quod morte ſua expirat, & ſi concedat ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, quæ ex quo numquam moritur, ſemper
11 durat, vide ad plenum ibi per Doct. † Et quotieſcumque in aliqua eccleſia, cuius præſentatio ad Abbatem ſpectat, fundãtur capellæ ſine aliqua reſeruatione a fundatoribus pro ipſis facta earum præſentatio ſimiliter ad Abbatem pertinet, non autem ad epiſcopum, cum ius Abbatis procedat etiam in illis, quæ ſunt infra ſuam eccleſiã, quæ eſt ipſius pleno iure. ex concluſione Domi. de Rota deciſi. 26. de iur. patron. in antiq. ad quod faciunt multa, quæ in alio ſimili caſu diximus ſupra hoc lib. cap. primo, nume. 16. Abb. & doct. in ipſo cap. de monachis
12 de pręb. † Ceterum ipſi capellano, ſeu Vicario per monachos præſentato, & per epiſcopum inſtituto, dabitur portio capellaniæ (quãdo redditus ſunt.) ex ipſius fructibus, arbitrio tamen ipſius epiſcopi. ex generali decreto Concil. Tridenti. ſeſſion. 7. de reformat. cap. 7. & ſeſſ. 25. de reform. capit. 16. nec obſtat conſtitutio Pij V. Põt. Max. incip. ad exequendũ paſtoralis officij

debitum.ſub anno 1567.Pontif.ſui ſecundo,per quam certa eſt determinata portio,cum ad primam deciſionem conſil.ſupra alleg.reduxerit Dominus, N. D. Gregorius XIII. Pont. Max. in ſuis litteris,in tanta rerum.1572.anno primo, de quibus litteris ſupra plu
13 riæ meminimus. † Qui capellanus in ipſis capellis per Abbatem præſentatus, ab epiſcopoq. inſtitutus,reſpectu curę animarum, poteſt non ſolum capellanus denominari,ſed etiam rector parochiæ,prout dicit Abb. in c. 1.nu. 2.de ſecund. nupt. cum omnia adminiſtret,ſicuti,& alius parochus,& omnium ſuæ capellæ curam habere dicitur,& cognoſcitur. vnde bene ordinauerat Bonifacius VIII. ipſum debere eſſe perpetuũ, per eundem tex.c.1. eod.tit.in 6.& ſupra eſt dictum,qui reſpectu ipſius curæ animarum, nulla prorſus poteſt aſſignari,quaſi differentia, præter pendentiam ab aliis in primo actu, & in ſecundo ab epiſcopo, quod ultimum etiam in parochis mi-
14 litat. † Et cum capellæ in ipſis monaſteriis ſunt fundatæ, non ſeculares iuxta pręſumptionem iuris, ſed regulares dicuntur,ex notatis per omnes in cap. cum de beneficio,de præb. lib. 6.præter tamen conſuetudinem, vbi adeſt, illas per ſeculares teneri eſſe ſolitum, vt dicunt Doct. per eundem tex. Sic etiam dicimus de eorum beneficiis,vt regularia dicantur,non ſecularia, & ręgularibus,non ſecularibus eſſe aſſignãda, ex alio decreto ipſius Concil. ſeſs. 14.de reforma.cap.14. & iterum ſeſs. 25. de regular. cap. 21.circa princ. & §. quæ vero: Ideo beneficia ſolita regi per monachos vnius monaſterii, aliis non poſſunt committi, niſi per ſolum Papam. cap. cum ſingula. §. prohibemus de præb.lib.6.etiam ꝙ ſint curata,aut ſimplicia.melior tex.in c.poſſeſſiones.§. 1.de reb.eccl.non alien. in c. inter quatuor de relig.dom. quamdiu monaſteria per regulares remanere potuerint ordinata, non ſunt ad ſeculares clericos transferenda,etiam ſi epiſcopus prouideret,ſupplendo negligentiam Abbatis, quia non ſecularibus, ſed regularibus conferre debet, ſicut ipſe Abbas,ſi negligens nõ fuiſſet. c. quia regulares,de ſuppl. negl. præl. ex illo vulgato dicto.Non eſt maior poteſtas penes eum,qui ſucceſſit, q̃ penes primũ,qui neglexit.Abb.eo. c. poſſeſ-
15 ſiones.†In ipſis autem capellis religioſorum,quando tamen pleno iure non ſpectant, ſeruetur diſpoſitio Honorii Tertii Sum. Pont.in cap. conquęrente de offic.ord. Quòd epiſcopi habeant canonicam obedientiam,ſubiectionẽ, & reuerentiam,inſtitutionem,& deſtitutionem, correctionem, reformationem,& cenſuras eccleſiaſticas, ac alia iura ibidem enarrata, quæ epiſcopalia dicuntur de quibus ampliſſime dixi in tract.de iur.epiſco. in 1. part. Cum in dubio non præſumatur Summos Pontifices ordinariæ iuriſdictioni derogare. Sicuti dicimus, in dubio non derogare conſuetudini eccleſię, & lo-
16 ci.cap.ſi.de conſ.lib. 6. † Verum ſi in aliquo ex priuilegio,aut cõſuetudine, præfatę capellæ epiſcopo non tenentur de iuribus epiſcopalibus, licet capellanus aliquid ſoluat de ſe,non præiudicat ipſis capellis, ſeu ipſarum ſuperioribus, id non committentibus, vt dicit Henr. de Bohic. de præſcript. cap.vigilanti, in fin. Quia non opinio capellani,ſed domini in hoc ſequenda
eſt

eſt, ex notabili ſententia Vlpiani iuriſconſulti.in.l.1.prope finē.ff.de itin. act. priu. cuius verba ſunt directa in perſona domini ad colonū. *Non enim opinio tua, ſed mea quærenda eſt*. Et notandum eſt hoc dictum ad multa, quod etiā non procedit in præiudiciū domini capellæ, ſi ipſe capellanus aliquid præſtando confiteretur eſſe debitum, ſi alias nō fuiſſet ſolitum, ex alio tex. ad propoſitum in.l.certum. §. ſed an ipſos.ff.de confeſ. ſed hæc dicta nō extenduntur ad illum caſum in facto, vbi ſoluit capellanus ignorante Domino,& per prius expreſſe contradicente certum quid epiſcopo, quia licet Domino inuito, aut ignorante, erat tamen debitum de iure, & alias conſentiebus prioribus Dominis, & tamen idem omnium capellanus & cum tractaretur de exemptionibus, adherendum eſt eccleſiæ cathedrali, pro qua iura ſunt, deberi ab alijs eccleſiis, epiſcopis iura determinata, murmurauit dominus intra ſe,& quærebat occaſionem grauaminis, aut reſtitutionis, ſed nos ſtetimus in deciſis,& confirmatione, ſcientes pro certo, quòd non reſpectu eccleſiæ fremebat ipſe Abbas, ſed quia ceſſerat cauſa, pro qua tacitum

17 fuerat uſq. modo &c. † Sed de materia loquentes nō mirum videri debet monachos ipſos curam animarum habētes, plerūq. quæ principaliter apud clericos eſt, cum poſſit ex cauſa committi ipſis, etiam extra ſuas capellas, de voluntate epiſcopi, conſentiente eorum ſuperiore, vt quia clerici nō ſunt idonei,& ſufficientes, ponatur monachus doctus, vita, exemplo, & doctrina, oſtendens, qualiter in domo Domini oporter côueſari.not.Hoſt.in ſum. de ſtat.mon.§.vtrum.verſ.in illis autē, de quo tractat ad plenum glo.1.in clem. 1. in verb. ſecularis de elect.in c.quod Dei, de ſtat. mon. vel quia clerici ſunt numero, pauci, populus vero numeroſus, & diſtinctus, nec de facili ad vnā eccleſiam conuenire poteſt, ſic monachis committimus, vt pluries in facto obſeruari uiſum eſt, maxime propter officium prædicandi, quod religioſis conuenit. cap. 1.ne cler.vel mon.lib.6.

18 † Nec prætermittendum eſt cum alicui capellæ, cuius dominium Abbatis eſt, per monachum deſeruiri ſolitum, etiam ſtante cura animarum, obſeruetur decretum Honorii III. Sum.Pontifi.in cap. fi.eod. tit. quòd monachus ſolus non ſtet, ſed ſocium tenere compellatur, alias per clericum ſecularem illi ſeruiatur, cum Abbas monachum ſolum, per villam,& parochiam dimittere non debeat, contra conſtitutionē Concil.Later. cap. 2.de ſtat. mon. dicit tamen Abb. not. in d. cap. 2. eſſe verum, quando præponitur eccleſiæ, quæ eſt de monaſterio, nec deſinit eſſe obediētialis monaſterijs: ſecus ſi promouetur ad aliquam eccleſiam, tamquam quilibet clericus ſecularis, ex quo non habet communionem cum primo monaſterio, non tenetur Abb. dare ſibi ſocium, per glo.in clem.ne in Agro.§.ad hæc, eod.tit.& in cap. quod Dei.num.9. ipſomet tit. vbi examinat.

19 † Et cum monachus, ſeu alius eſt per epiſcopum inſtitutus capellanus in aliqua eccleſia ad Abbatis præſentationem, non poteſt amplius ab Abbate remoueri, ſine cauſa legitima, nō obſtantibus quibuſcumque, nec dicitur venire contra obedientiam, cum indiſtincte procedat diſpoſitio, etiam in ipſis.

cap.1.eo.in.6. vbi notatur illa regula,
ad quem pertinet inſtitutio, pertinet,
& deſtitutio. ſupra. nu.7. niſi in eccle
ſia ſpectante ad menſam Abbatis, &
conuentus per glo.in clem. frequens.
de exceſs.prælat. Vbi quando eccleſia
ſit de menſa, licet concurrant omnia
prædicta. ſed tamen non poſſunt fru-
ctus in ſuos vſus conuertere, & quan-
20 do pleno iure, vel ſecus.† De cauſis au
tem legitimis poterit aſſignari vna ra-
tio ex poſitis in c.2.in fi.de ſtat. mon.
ſi fuerit lapidator bonorum eccleſiæ,
& capellæ, etiam ad petitionē laicorū.
Feder. de ſen. in conſ. 95. vel ſi viuat
in continenter, aut quid ſimile dignū
remoueri, cōmittat. Poteſt.n.populus
petere remoueri, parochum eorum, ſi
male viuat, quia eius intereſt, ne ſub
malo paſtore periculū incurrat Abb.
in c.quod Dei.nu. 1.de ſtat. mon. aut
etiam pro neceſſitate maioris officij.
de conſilio fratrum. cum tamen epi-
ſcopo audito. iuxta not.per doct. in
21 alleg.cap.1.eod.tit.lib.6. † Ex quo ve-
nit concludēdum, quòd ſi monachus
poſitus ad regimen alicuius eccleſiæ
curam animarum habentis ex inſtitu-
tione epiſcopi, delinquat, poteſt per
ipſum epiſcopum diœceſanum puni-
ri,& priuari eccleſia,eiuſq. cura, ſicut
quilibet alius ſuus ſubditus per not.
in cap. poſtulaſti. in ſui deciſione. de
for. compet. notat Domin. eod. c. 1.
col.fi. uerſ. quæro.quia tex. & ſequun-
tur moderni. licet.Ioan.de Deo. lib.1.
quæſt.27.voluerit contrarium,fortius
ſi eccleſiā nō eſſet pleno iure ſubiecta
Abbati, quia maius ius vendicat ſibi
epiſcopus, qui ratione delicti cōmiſ-
ſi feret ſententiam contra ipſum, & ſi
nō extat delinquens de perſona, tene-
tur Abbas ſequi, ſicut alius epiſcopus
in cuius diœceſi haberet in ſimili cleri
cus beneficium eod. capit. poſtulaſti.
22 §. ad quod breuiter. † Sed cum paro-
chialis eccleſia pleno iure ſpectat ad
Abbatem,& conuentum,poteſt etiam
ad beneplacitum conferri monacho,
nec epiſcopus ſe intromittet, niſi ſup-
plendo negligentiam, ſi non confe-
ratur infra tempus præfixum. a Con-
cil. Later. cap.2.de conceſs. præb. iux-
ta conſtitutionem Clementis Quinti
in clem. 1. de ſuppl. negl. prælat. vbi
alia notantur: vnde reuocat ipſum
Abbas, quādo voluerit, cum tales ca-
pellas ad plenum ſubditas Abbati, vo
cemus obedientiarias, quia regulares
ad præceptum Abbatis tenentur obe-
dire, & recedere. Innocen. in capit.
fin. qui cleric. vel monac. aduertendo
cum epiſcopus ſupplet cōferendo per
negligentiam, ſeruet ſolitum, quibus
23 conferri debeant, vt ſupra. num. 14.
† Declarando, ſiue inſtituendo,vel eli
gendo,aut confirmando,nam licet ali-
quando in iure æquiuocentur,inſtitu-
tio differt a confirmatione, vt Abbas
præſentando presbyterum,quando ca
pella non omni iure ſubiecta eſt, con-
firmet eligēdo, epiſcopus vero ad quē
omnis cura populi pertinet, inſtituat,
prout ſimilem differentiam ponit Ar-
chid.16.q. 2. in ſum.col.3. vbi multa
aducit ad materiam, ſed non permit-
titur epiſcopo menſæ ſuæ vnire, ob-
ſtante d. clem.1.de ſuppl.negl.prælat.
& ſimile dubium ponunt. Hoſtien. &
Ioan. Andr. in c. nouit. de his quæ fi.
a præl. Abb. in capit. poſſeſſiones. de
24 reb. eccleſ. non alien. † An autem in
iſtis capellis religioſorum regularium
mendicantium cadat ius patronatus,

& quàmuis a multis diſtinguatur inter eccleſias illas, redditus nõ poſſidentes, & alias, verior eſt concluſio. Do. Lambert. epiſc. Inſul. in tract. de iur. patron. lib. 1. part. 1. qõ. 11. ar. 7. nu. 4. quòd eſt dare ius patronatus, & vbi ceſſat ratione dotationis, & fructuum, procedat reſpectu honoris, proceſſionis, prælationis, & ſepulturæ, & ita paſſim vbique videtur confirmari præſentatos ab ipſis Abbatibus, & aliis ſuperioribus capellarum; (& laici poſſunt habere ius patronatus in electione Abbatis. cap. Abbatẽ. 18. q. 2.) ſupra hoc lib. c. 10. nu. 25.

25 † Quæ confirmatio, quando concedi debet, fit per examinationem perſonæ eligentium, & electi, etiam non obſtante oppoſitione ex officio confirmare debentis. Sed inſtantius circa perſonam electi, de eius ſciẽtia, & defectu, moribus & vita, vt ſic procedendo, nõ dubitetur de iuribus, & viribus confirmationis, iux. not. in cap. fin. de elect. lib. 6. & per Hoſti. in ſum. de electio. & procedunt in eo omnia alia, quæ ratione examinis requiruntur in clericis ſecularibus, & patronis ſecularibus, de quibus ad plenum diximus

26 ſupra hoc libro cap. 10. & cap. 5. † Sed eſt aduertendum pro intellectu illius c. fin. vt non procedat in inſtitutione, quæ ſequitur præſentationem, & eam approbare videtur, ex not. per Bellam. in deciſ. 620. in rubr. de reſtitut. ampliando Clement. Auditor. de reſcrip. de collatione ad inſtitutionem, quæ eſt uere collatio, quàmuis Ioan. And. contrarium ſenſerit. eod. cap. fin. confirmando ad maiorem validitatem. iuxta adducta, in cap. ea, quæ, de ſenten. & re iud. & ponit multa Abb. in cap. authoritate. nume. 5. de inſtit. vbi tractat de ſimilibus, electione, præſentatione, confirmatione, inſtitutione, collatione, & inueſtitura. Ibi videndũ, quia hic non ad materiam præſentis

27 capituli. † Idq. pro firmo ſtatuendũ tam pro prædictis, quàm aliis, ſupra eod. lib. cap. 11. quòd quilibet capellanus electus, inſtitutus, & præſentatus, ſiue per Abbatem ſolum, ſiue per epiſcopum, tenetur ad horas canonicas, cum capellæ ſint in numero beneficiorum eccleſiaſticorum. iux. ibidẽ dicta, recedendo pro nunc ab opinione Martin. Nauar. in trac. de orat. & hor. cano. cap. 20. num. 17. vbi vult, ꝙ adeptus capellaniam inſtitutam à ſolis teſtatoribus, nulla accedete Summi Pontificis, vel epiſcopi authoritate, nõ teneatur ad horas canonicas, nam licet authoritas ſuperioris ſpiritualis faciat beneficium, eſt tamen de ſpiritualibus pijs, eiſq. annexis, ex onere adiũcto: & quia de numero miniſtrorum eccleſiæ, nec aliter de facili ſatisfit teſtatorum voluntatibus, ex quibus eſt decretum, quòd fiat capella, ad ſuorũ hæredum præſentationem, & capellano prouideatur, cui in dies accedere conſenſum ordinarij conſuetum eſt videre, vt fecit Guid. Papa in ſua capellania rurali ſicuti refert in deciſ. 187. in fine, licet reſpondeatur ad hoc, id eſſe reſpectu ordinis non capellaniæ.

28 † Inquiritur igitur a prælato viſitante ipſas capellas, de fundatione ipſarum, & ſuperioritate, reſpectu deciſionis tex. in cap. omnes Baſilicæ. 16. quæſt. 7. de inſtitutione, & confirmatione capellani, eiuſq. ſufficientia (ſtante maxime populo in his capellis) modo, & forma regiminis, atq. ſacramentorum

adminiſtratione, vbi adeſt, ſeſſ.25. de regul.cap. 11. cum aliis, quę ſupradicta ſunt, de libris, & ratione ipſorum, vita populi, & neceſſariis pro ſalute animarum ipſius populi, ſi capellanus paſcat vita, & exemplo docendo alios, ad inſtar Archipresbyteri: ex ſæpius citato cap.2.ſeſs.5.Conc.Tri.§.Archipresbyteri. cum ipſis magis competat officium prædicandi. eod. cap. 1. ne cler. vel mon. Et ſi capellanus eſt monachus, quòd obſeruet vota ſuæ Religionis, nam ab his, quæ ſunt cõpatibilia, eſt ligatus, ſecus ab aliis: ſic de æſu carnium, habitu, & ꝙ dicat debitum officium, cum puritate conſcientiæ. clem.1.de celebr. Miſs. bona non diſſipet, celebrare frequenter: per villas, & plateas non commoretur, eccleſiæ, capellæq. libertatem defendat, nec laicorum conuenticulas, ſeu parlamenta fieri faciat, cum aliis, vtſupra de neceſſariis ad habentes curam animarum, vel eccleſiæ reparationem, & ſepulturæ, ſi adeſt pro ſatisfactione defunctorum.&c.

DE MONACHIS, EXTRA MONASTErium commorantibus, & delinquentibus, an epiſcoporum correctioni ſubiaceant.

CAP. DECIMVMSEPTIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Monachi exiſtentes extra monaſteria, an poſſint cognoſci ab ordinarijs locorum.*

2 *Monachus incedens ſine habitu punitur ab epiſcopo.*

3 *Monachus ex loco exempto delinquens in non exempto, a quo poſſit puniri.*

4 *Priuilegium conceſſum de certo iudice non procedit indifferenter.*

5 *Priuilegium imitatur ius commune.*

6 *Priuilegij verba ſunt attendenda.*

7 *Priuilegium exemptionis conceſsum poſt citationem non retrotrahitur.*

8 *Monachi in quibus conueniantur coram epiſcopo.*

9 *Monachus extra clauſtrum ſtare non debet, & ex quibus cauſis diſpenſetur.*

10 *Epiſcopus quando poſſit corrigere monachos.*

11 *Forma tenenda ab epiſcopo, cùm monachus delinquit in ſua diœceſi, & non eſt, vel adhuc manet.*

12 *Exemptio quæcumq; data non operatur impunitatem exceſsuum.*

13 *Eremita ſubeſt epiſcopo, & ab ipſo cognoſcitur.*

MONA-

Monachi quàmuis generaliter a iuriſdictione epiſcoporũ liberati ſint, ex variis priuilegiis a Summis Pontificibus eis cõ-
1 ceſſis. † Tamen extra monaſterium ſtantes, & delinquentes in locis ordinariorum puniuntur ab ipſis, vt exemptio eos non liberet. ſicuti in cap. 1. de priuil. lib. 6. Innoc. V. Sum. Pontifex ſtatuit, declarans ratione contractus, delicti, rei ſitæ, exemptos, & priuilegiatos ab ordinariis cognoſci: quæ Conſtitutio innouata eſt ex decreto ſacri Conc. Trid. ſeſs. 7. de reform. cap. 14. Is autem dicitur loci ordinarius, in cuius loco ipſe monachus, extra manens repetitur, (ſiue epiſcopum, ſiue alium inferiorem quomodolibet ibi habẽtem iuriſdictionem intelligẽtes) glo. in cap. quamquam de vſur. lib. 6. in verb. loci not. Abb. Fel. in cap. poſt ceſſionem nu. 1. de proba. de quo etiã bona glo. in extrauag. Ioann. XXII. execrabilis. §. ſtatuimus in uerb. ordinario. de præb. & dignit. Sed bene fallit iuxta doctrinã Ioan. And. & Dom. eo. cap. 1. quando priuilegium exemptionis vlterius prouidendo procederet, ꝙ nec in his obſtaret aliquid: id namq. etiam tenet, quia ſic placet ſuperiori, prout ſic ordinari vidimus per Pium Quintum Pont. Max. in variis priuilegiis conceſſis fratribus mẽdicantibus, ampliando præter deciſionem canonum, & Conc. Trid. quæ reduxit ad ipſos terminos iuris, D. N. Dominus Gregorius XIII. Pontif. Max. ex mente etiam ipſius Pii, vt ſupra eſt dictum, vnde viget concluſio eiuſdem cap. 1. & cap. 14. ſeſs. 7. alleg.
2 † Ex quo communiter videmus, quòd ſi monachus incedat ſine habitu, extra locum exemptum punitur ab ordinario. Immo (quod eſt fortius) tenetur ſtatuto epiſcopi, per quod prohibetur certum delictum commiſſum, certa, & determinata pœna. doct. in alleg. c. 1. glo. in c. ſuper his de maior. & obedi. Nã cum manifeſte deſerat habitũ religionis, perdit priuilegium, & ordinarij poteſtati ſubiicitur, quia ex quo redditus eſt inobediens ſuperiori, & dimiſſo habitu effectus incorrigibilis, omni amplius nudatus iacet priuilegio, & dignus eſt a quolibet puniri, de fratrum conſortio excluſus, dicit tex. in cap. cum in eccleſiis. in vlt. verb. de
3 maior. & obed. † Hinc ampliando dixit Ioan. Andr. in regula in obſcuris. in mercur. quòd ſi monachus ſtans in loco exẽpto, cum lapide percutiat aliquem ſtantem extra locum exemptũ, ꝙ vterq. iudex procedet, ſed tamen non omnes conſentiunt huic dicto, & bene, cum non ſit dare verum caſum puniendi illum, nec citandi, quia exẽptus, & in loco exempto, vnde diſpoſitio tex. præfati cap. 1. non adaptatur propter diuerſitatem, ex qua non fit illatio uulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minor. nec ex vlla parte citatio poteſt habere vires, ex duobus fortibus obſtãtibus, & perſona exempta, & loco exẽpto arg. cap. 1. §. & quoniam. de treug. & pac. & quia eſt duplex ratio. l. 2. C.
4 de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. † Non prodeſt tamen priuilegium particulariter conceſſum, vt quis non niſi coram vno Iudice tantum conueniatur, quin ratione delicti, contractus, rei ſitæ poſſit coram aliis conueniri tex. clarus in eod. cap. 1. extendit Fel. in cap. inſinuante de fo. comp. de quo dixi in auc. qua in prouincia. in fami.

ſingul. in l. A. nu. 114. niſi vlterius eſſet proceſſum ſupra nu. 1. quod dictum extendunt moderni. Mar. Socc. & alii in cap. ſane de for. compet. & in eiſdem ſingul. in l. P. nu. centeſimo primo. Niſi enim eſſet vera talis limitatio, vix iuſtitia procederet, vix delicta punirētur, ex ipſa dilatione temporis,
5 quæ daretur. † Cui ad ſtipulatur fortiſſima ratio, quia priuilegium immitatur ius commune, vt eaſdem limitationes recipiat in materia, ſuper qua diſponit, ſicut ius cōmune, per quod determinatum eſt, quemlibet in ſua prouintia eſſe cognoſcendum. C. de iuriſd. omn. iud. & de for. compet. tamen poteſt ratione delicti, cap. 1. de rapror. auct. qua in prouintia. C. vbi de crim. ag. oport. vbi de omnibus diſſeritur, licet Princeps deroget ipſi auct. in priuilegiis, quæ concedit baroni, & poteſt, dicit Gozad. conſ. 8. nu. 44. Petr. Foller. in pract. crimi. in verb. audiantur excuſatores. num. 136. Non ſic in diſpenſationibus, quæ ad ius commune non reducuntur, ex notab. tex. in c. in cauſis de ſent. & re iud. ponit multa Fel. in cap. poſtulaſti de reſcript. & priuilegium de facili redit ad primū ius l. ſi vnus. §. ſi non totum. de pact. & vide glo. in cap. parentibus in cap. tua-
6 rum. de priuileg. † Vnde diſcutiendū eſt ſemper exemptionis priuilegium, quando vlterius diſponendo loquetetur, quia eius verba ſunt attendenda, & quodlibet verbum eſt operatiuū. c. ſi Papa de priuileg. lib. 6. maxime quādo verba ponuntur gratia ampliandi, & concedendi, non autem, quando cauſa dubitationis tolendæ, iuxta cap. a multis, de ętat. & qual. niſi conſtaret de mente concedentis, quia ſic voluit monachos eſſe exemptos, tam intra, quam extra arg. eorum, quæ dixi in alleg. ſing. in l. P. nu. 99. in vim prærogatiuæ, & præmij eorum laboris, priuilegium ſit eis conceſſum l. teſtamenta per Bal. ff. de teſtam. mil. Inſpicienda ſunt ergo eccleſiarum priuilegia, & ipſorum tenor eſt diligentius attendendus, dicit tex. in cap. recepimus, de priuil. & exceſ. priuil. vbi etiam not. cum glo. quando quis accipitur ſub protectione Papę non per hoc liberatur a poteſtate epiſcopi, & quid tamen pro-
7 pterea obtinebit. † Sed id pro limitatione prædictorum non procedit, cū de nouo priuilegium exemptionis eſſet impetratum, poſt citationem factā ab ordinario, vt communiter concludunt Doct. in memorato cap. 1. per c. cū capella eo. tit. de quo tex. infra ſuo loco dicemus, per deciſionem Sac. Cōcil. Tri. nam nouiter confirmando primum, derogat actibus ſubſequutis, argu. notat. per Abb. in c. examinata. & in c. venerabilis de confir. vtil. vel inut. tamquam de certa ſciētia confirmans, licet non exprimat, idem in c. ſi porrecta eod. titul. ponit aliqua Fel. in c. non
8 nulli de reſcrip. † In cauſis tamen mercedum ciuilibus, & miſerabilium perſonarum, ipſi monachi extra monaſterium degentes, coram ordinarijs, vti Sed. Apoſtol. delegatis conueniri poſſunt, & ad ſoluendum coguntur, quibuſcumque non obſtantibus, per nouam deciſionem ipſius Conc. (immo confirmationē veteris iuris) alleg. ſeſs. 7. de refor. c. 14. & ſeſ. 14. eo. tit. c. 5. §. in cauſis (& bona fuit declaratio, cū ea diſpoſitio antiqua eſſet iam abrogata ꝓpter deſuetudinē ex negligētia, quāuis enim leges ſemper loquantur l. hodie ff.

dic.ff. de pœnis,tamen,& eis non vtē-
do,quaſi tacito conſenſu,per deſuetu-
dinem abrogantur. l. de quibus in ſui
ratione.ff. de leg. glo.in cap.ſi de terra
de priuileg.) Et in alio caſu,etiam ſtan
tes in monaſterijs, cum exequutiones
teſtamentorũ accipiũt,quia ordinarijs
rationem redere debent,& fraudantes
ab ipſis puniuntur,ex deciſ.clem.1.de
teſtam. Ratio quia licet ipſi ſint exem
pti,res tamen de qua tractatur non eſt
de exemptis,ergo procedit ordinarius
ead. clem. & trahit ad ſe exequutorē,
vbi poteris notare, quomodo religioſi
poſſint eſſe exequutores teſtamētorũ,
9 & quomodo puniendi: † Et ideo de-
bebat monachus volēs ſtare extra clau
ſtra,habere ſuperiorem in his,cum re-
gulariter foris non deberet eſſe, quod
iura abhorrent, quia mortuus iudica-
tur.ſicut piſcis extra aquã, vt ſupra c.
15.dictum eſt, tamen diſpenſatum re
peritur aliquando ex Breui Apoſtoli-
co,ex cauſis;propter infirmitatē, ſub-
uentionem parentum,fratrum,nepo
tum,& aeris malignitatem,glo. in cle.
1.in verb. rationabilis. de ſtat. mona.
refert Gomeſ. in tract. breu.nu.3. vbi
dicit tempore ſuo,ipſam licentiã fuiſ-
ſe reſtrictam, nec hodie Sanctiſſimus
D.N.D.Gregor.XIII. Pont.Max.cō-
cedit,niſi reſpectu prælatorum.& vide
ſuperinde litteras emanatas a Pio.V.
Pont. Max. incip. quæcumque ſacrà-
10 rum.1569.ann.4.† Sed quando gene
raliter liceat epiſcopis cohertio in mō-
nachos, reccurrendum eſt ad diſtin-
ctionem Vgonis in cap. quanto de of-
fic. ordi. aut in figura iudicii, aut ex
regula clauſtrali & differt a quæſtione
mota per Boer. deciſ. 271.num. 5. vel
ſi Abbas punit ſecundum regulã clau-
ſtralem,non autem ſecundum canoni
ca instituta ad publicam vindictam,
an poſſit iterum epiſcopus, recenſet
Folle. in pract. crimin. can. de mod.
proc.contra mon. num. 41. cum ſeq.
adducens Roma.conſil.375. (conſide
rando tamen ꝙ notanter inquit Mar-
cellus iureconſultus in l. 11.ff.de pæn.
Reſpiciendum eſt iudicanti,ne quid, aut
durius, aut remiſſius cōſtituatur, quàm
cauſa depoſcit. nec enim aut ſeuerita-
tis,aut clementiæ gloria affectanda eſt:
ſed perpenſo iudicio,prout quæq. res ex
poſtulat ſtatuendum eſt. Plane in leuio-
ribus cauſis, proniores ad lenitatem iu-
dices eſſe debent, in grauioribus pœnis,
ſeueritatem legum cum aliquo tempe-
ramento benignitatis ſubſequi. Quo
dicto pro regula firma ſibi vtendum
ſtatuerat,Alphonſus ille magnus rex
Aragoniæ.) nec exeuntes excuſantur
iuris ignorantia: ſicut mulieres in clau
ſtris. Marian. Socci. in cap. quoniam
11 nume. 12. de ſimo. † Quidquid ta-
men ſit,hodie ex deciſione ſacr. Con-
cil. Tridē.cum monachus intra clau-
ſtra degens, ſed extra clauſtra delin-
quēns notorie,epiſcopus loci ſeruabit
formam, vt litteras ſcribat ſuperiori
ipſius,de delicto commiſſo, & exceſſi-
bus, de ſcandalo populo illato, & in-
ſtabit,vt intra talem terminum præ-
fixum, ipſum punire velit, & de pu-
nitione facta ipſum epiſcopum certio-
rem redat.alias ipſo ſuperiore negligē-
te,poterit ipſe epiſcopus eum punire,
& illas litteras, quas requiſitorias vo-
camus, de punitione monachi delin-
quētis,in præſentia duorũ teſtium, ex
communi practica aſſignari faciet: ſic
colligitur ex mente eiuſ. Conc. ſeſ.25.
12 de regul. c. 14.† Quod & rationabile
iudicatur,

iudicatur, ne fauor priuilegiorum exēptionum, ob bonum finem conceſſarum, delicta nutriat, & contra mentē concedentis faciat fructus, arg. cap. vt clericorum de vit. & hon. cler. nec vlla exemptio datur, quin exceſſus nō corrigantur. ex notab. præſcripto dicti Conc. ſeſs. 6. de reform. cap. 3. vbi de regularibus expreſſa mētio fit, & ſeſs. 14. eo. tit. & gl. in c. tuorum de exceſs. prælat. Cum ſimiles exemptiones videamus producere multas turbationes in iuriſdictione epiſcoporum, vt vtar verbis eiuſd. Conc. ſeſs. 24. de reform. gen. c. 11. vbi tractatur, & innouatur diſpoſitio tex. Innoc. III. in cap. cum capella. de priuil. pro cuius tex. diſpoſitione, & obſeruatione, multa paſſi ſunt plurimi Prælati de quo non
13 modo. † Ampliantur autem omnia prædicta ad Eremitas, qui ſubſunt epiſcopo loci, vbi commorātur, a quo cognoſcuntur, & delinquentes puniūtur per tex. in cap. 2. de foro compet. Foller. vbi ſupra. nu. 61. tex. eſt in cap. qui vere. 16. quæſt. 1. in cap. nulla, vbi glo. id expreſſe adnot. 93. diſt. & notat Boer. in ſuo tract. de ſtat. & vit. eremi. nu. 13. & 14. quāuis Abb. in eod. c. 2. nu. 10. de for. compet. aliter ſentiat per ſuas rationes, ſed tene gloſ. & eo argumento, cogita de mulieribus in propriis domibus ſtantibus, cum certo habitu religioſo (quas vulgus Vizocas appellat, vt in terra maiori diœceſis Amalph. copia eſt.) quòd debent eſſe ſub iuriſditione eccleſiaſtica, & gaudēt priuilegio eccleſiæ, vidi tamen dubitatum in eo loco maritimo per Archiepiſcopum Amalphitanum, & non erat determinatum apud Dominos, cum laici iudices negabant poſſe procedi, quia nullus ſtatus, nullus locus, nulla aderat profeſſio. &c.

DE MONIALIBUS, EARUM VISItatione, & reformatione.

CAP. DECIMVMOCTAVVM.

SVMMARIVM.

1 *VITA virginalis dicitur uita Angelica.*
2 *Status virginitatis præfertur alijs ſtatibus.*
3 *Chriſtus dilexit virginitatem.*
4 *Chriſtus quare voluit naſci de Virgine.*
5 *Maria Virgo, quare decuit, quod fuiſſet matrimonio coniuncta.*
6 *Maria Virgo veraciter dicitur Mater Dei.*
7 *Virginitas, & Maternitas in Maria Virgine.*
8 *Chriſti conceptio ex parte matris fuit miraculoſa.*
9 *Chriſtus ex inſtanti ſuæ conceptionis fuit perfectus homo.*
10 *Maria Virgo non habuit niſi Chriſtū filium.*
11 *Monialium vita qualis eſſe debet.*
12 *Monialis dicitur eſſe ortus concluſus.*

Moniales

13 *Moniales non debent vagare extra monaſteria.*

14 *Clauſura debet placere monialibus.*

15 *Clauſura quantum proficiat monialibus. nu. 16.*

17 *Pœna contra moniales exeuntes clauſuram, licentiam dantes, receptantes, & aſſociantes, ex l. Pij V.*

18 *Moniales ex quibus cauſis poſſint exire extra monaſteria.*

19 *Breue Apoſtolicum ſolitum concedi monialibus exeuntibus.*

20 *Moniales nõ debent eſſe plures, quàm viuere poſſunt.*

21 *Opinio Ioan. Andr. diſcutitur.*

22 *Monialium paupertati, & neceſſitati, quomodo ſuccurrendum.*

23 *Monaſterium ob ſuam paupertatem recipere poteſt pecuniam ab ingredientibus monialibus.*

24 *Seculares non debent ingredi clauſtra monaſteriorum monialium.*

25 *Pius Quintus, & Gregorius XIII. Pontif. Max. legem ſtatuerunt prohibendo ſimilem ingreſſum.*

26 *Cauſa ingrediendi monaſteria debet eſſe legitima.*

27 *Puellæ ſeculares an educandæ in monaſterijs monialium, & cum quibus conditionibus. nu. 28.*

29 *Profeſſio in quo anno, à monialibus eſt facienda.*

30 *Profeſſio eſt duplex.*

31 *Velum monialium quotuplex eſt.*

32 *Corrupta an poſſit velari, & conſecrari monialis.*

33 *Abbatiſſa cuius ætatis eſſe debet.*

34 *Abbatiſſa de quibus eſt inſtruenda.*

35 *Abbatiſſa qualiter ſe preferre debet.*

36 *Proprium moniales habere non debent.*

37 *Renuntiationes faciẽdæ à monialibus quando ſint valida.*

38 *Monialis non debet aliqua effici inuita.*

39 *Excommunicatio infertur moniales effici inuitas cogentibus.*

40 *Epiſcopus pro exploranda voluntate monialium non debet ingredi clauſuram.*

41 *Moniales per quos eligantur.*

42 *Inquirenda quæ ſint in viſitatione monialium.*

43 *Corpus Chriſti nõ tenendum intra ſepta monaſterij.*

44 *Moniales debent confiteri quolibet menſe.*

45 *Confeſſor monialiũ examinandus eſt ab epiſcopo.*

46 *Confeſſor monialiũ quando debet eſſe extraordinarius.*

47 *Moniales a quo accipere debent alia ſacramenta.*

48 *Vinum non debet dari monialibus.*

49 *Monaſteria exiſtentia extra vrbem ſunt reducenda intra.*

50 *Feneſtræ habentes reſpectum ad monaſterium debent claudi.*

51 *Monialis ob fornicationem grauiter eſt punienda.*

52 *Fornicationem committens cum monialibus, quot peccata incurrit.*

53 *Ocium fugiendum eſt a monialibus.*

54 *Moniales debẽt eſſe ſuperioribus obedientes.*

55 *Monaſterium vnum poteſt eſſe alteri ſubditum, & quomodo regendũ.*

56 *Epiſcopus poteſt viſitare monaſteria exempta circa clauſuram.*

57 *Moniales Sanctæ Claræ Conuent. ex l. Pij V. ſubſunt ordinarijs.*

58 *Impediens epiſcopum vel alium in viſitatione moniliũ eſt excommunicatus excommunicatione maiori.*

Epiſcopus

59 *Episcopus visitando moniales non debet eas grauare superfluis expenſis.*

60 *Moniales debēt eſſe promptæ ſemper in communi ſtare.*

61 *Confabulationes non ſunt frequentandæ cum monialibus, nec cum eis ſine licentia eſt loquendum.*

62 *Argumentum de monachis ad moniales quando teneat.*

CIRCA viſitationem monialium (a quarum reformatione vbique paſſi ſunt multas anguſtias p̄lati, poſt Concil. Triden. & nos ipſi primum experti ſumus dolorem, & laborem,) multa ſunt dicēda ex antiquis Canonibus, & Concil. Trident. atque nouiſſime, ex conſtitutionibus ſummorum Roman. Pontificum latius inſiſtēdo, vt vbi maius eſt periculum, cautius agatur, c. 3. de elec. lib. 6. namq́ue de ſponſis Deo ſacratis tractatur, quæ mundi vanitates relinquentes, ſe virgines caſtas exhibere
1 profeſſæ ſunt. † Eſt enim Virginalis vita Angelica, cum viuere in carne, & præter carnem, non ſit quidem terrenum, quia ſicut Angeli ſine carne viuunt, ita Virgines in carne triūphant. Et per ipſam Virginitatē Eccleſia triūphans deſignatur. dicit gl. admodum celebris. in cap. acutius. 26. diſtin. per quam cœlum impletur, vt terra per nuptias. 22. q. 1. cap. nuptiæ, hinc dicimus Heliam, Heliſeum, Ioannem Baptiſtam, quid ab Angelis differre? cū fuerint veri amatores virginitatis, niſi natura mortali, vt Chryſoſtom. de virginitate loquens, latiſſime tractat, Et ſicut Angeli mæruerunt ſuam Beatitudinem, priuſquàm reciperēt eam S. Tho. in 2. diſt. 5. q. 2. & Landulph. q. 1. concl. 3. quòd neceſſe fuit, quòd ſi Angeli voluerūt eam aſſequi, quòd prius mœruerint, faciendo aliquas operationes dignas remuneratione, per S. Gregor. lib. 5. Moral. cap. 27. Quia actus intrinſecus eſt meritorius, circūſcripto actu exteriori, ex quo potuerunt mereri abſque exhibitione obſequiorum. Virgines item ſuperant carnem, vincunt mundū, debellant dæmonem. Ideo Gregor. Nyſſen. in alio ſimili tract. numquàm ceſſat extollere, & prædicare tam excellens, & admirabile donum, & bonum virginita-
2 tis. † Ex quo ſanctiſſime ab Eccleſia diffinitum eſt, virginitatis ſtatum aliis anteponendum. Cum beatius ſit ſic ſtare. Matth. cap. 19. ex decreto Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 24 de ſacr. matr. can. 10. per hæc verba. *Si quis dixerit ſtatum coniugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis, vel cælibatus, & non eſſe melius, ac beatius manere in virginitate, ac cælibatu, quàm iungi matrimonio, anathema ſit*. Et Dom. Cardin. Hoſ. de trad. lib. 4. & Hieronym. plus amat Virgines Chriſtus, quia ſpōte tribuunt, quod ſibi non fuerat imperatum, maiorisq. gratiæ eſt offerre, quod non debeas, quàm redere, quod exigaris, vt de alio dicit S. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 6. Ideo Virgines principalē locum tenēt in regno cęlorum. Dom. Cardin. Aracæl. de differ. peccat. in fi-
3 ne. † Hinc eſt quòd ipſe Chriſtus Dominus Noſter Virginitatem comendādo de alia naſci non voluit, quàm de Virgine, ſemper virgo fuit, Matrem habuit Virginem, Præcurſorem Ioannem

nem Baptiſtam virginem, Ioſeph virginem, Matri virgini in virũ deſignauit, eamque in cruce virgini diſcipulo commendauit, dicens. *Mulier ecce filius tuus*, & alteri. *Ecce mater tua, & ex illa hora accepit diſcipulus in ſuam.* Ioan. cap. 19. de Ioanne Baptiſta canit eccleſia in feſto ſuæ Natiuitatis. *Non fuit vaſti ſpatium per orbis, ſanctior quiſq́, genitus Ioanne.* de quo Dominus. Matth. 18. *Non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta inter natos mulierum.* Ideo Ioãnes Baptiſta dicitur Angelus licet non natura, ſed officio. Propheta, & pluſquã Propheta. Matth. c. 11. de virginibus dicit Ambr. ſupergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines Angelis

4 aſſimilantur. † *Sed quare Chriſtus* magis de virgine naſci voluerit, quàm de alia, rationẽ adducit S. Doctor, lib. 4. contr. gent. cap. 45. & gloſ. noſtra in clemẽ. 1. de ſum. Trini. dicit propter tria. Primo quia ſicut ex ſuperbiſſima natus eſt morbus, ſic e contra ex humillima inchoari debuit medicina, dixit ipſa. *Ecce Ancilla Domini.* Luc. c. 2. Secundo ſicut ad ſummam humilitatẽ Dei filius voluit incarnari, ſic ſumme eligere humilem voluit, in qua, & a qua tanta deberet humilitas inchoari. reſpexit dominus humilitatem ancillæ ſuæ. Luc. eo. cap. Tertio, quia ipſa fuit prima, quæ Deo virginitatem obtulit, vnde quia nouum genus doni exportauit, nouo, & inaudito dono debuit honorari. Item, vt quartam generationem cõpleret, nam primus creatus fuit ſine homine, & ſine muliere. Eua de homine ſine muliere, homines de homine, & muliere. Gen. 1. 2. & 4. Chriſtus dominus noſter de

5 Virgine muliere ſine homine. † Vnde conuenientius fuit de Virgine aſſumere carnem, quàm de alia. Decuit tamen ipſam Virginem Mariam de qua naſci voluit Chriſtus, eſſe matrimonio coniunctam. S. Thom. 3. part. qõ. 29. artic. primo. Gul. Pep. de aduent. Dom. ſerm. 29. vt myſterium cęlaretur diabolo. Inde ipſa conſenſit in coniugium Ioſeph Spiritus ſancti inſtinctu. Eua corrupta ſequuta eſt corruptorem, hæc integra peperit Saluatorem, illa poculum a ſerpente propinatum libenter accepit, & viro tradidit, ex quo ſimul meruerunt occidi, hæc gratia cęleſti deſuper infuſa, uitam protulit, per quam caro mortua poſſit reſuſcitari. Auguſt. in ſymb. ad

6 Catechum. † Et dicitur Virgo Maria veraciter Mater Dei, per hoc, quòd in ſuo vtero concepit Ieſum Chriſtum filium Dei. Sanctus Doctor ead. part. quæſtion. trigeſimaquinta, art. quarto. Quæ ex abundanti ſibi gratia data, meruit illum puritatis, & ſanctitatis gradũ, vt congrue eſſet mater Dei, & Chriſtus in ſuo vtero conciperetur, quia dicit Domin. Cardinal. Aracęl. de Symbol. Apoſtol. capit. duodecimo. Chriſtus non aſſumpſit naturam Beatæ Virginis, quæ eſt eius vera mater, ſed aſſumpſit præciſe naturam ſingularem humanam in eadẽ Virgine Spiritus ſancti virtute formatam. Spiritus ſanctus (dixit Angelus Luc. cap. primo,) ſuperueniet in te, & virtus

7 Altiſſimi obumbrabit tibi. † Nec obſtant ſimul Mater, & Virgo, nam Maternitas, quæ fuit miraculoſe ſine commixtione viri, & mulieris, & virginitas poſſunt ſtare ſimul, de quo ſunt verſus.

Partus,& integritas diſcordes tem
pore longo,
Virginis in gremio fœdera pacis ha-
bent.

Vnde ſine aliquo dolore partus, ip-
ſa virgo peperit.idem ſanct.Doct.ead.
q.35.ar.1. illeſa eius virginitate, ac pu
dore permanente. *Ne timeas Maria,*
inueniſti enim gratiam apud Deum.
Luc. c. eod. Eua enim fuit in maledi-
ctione, cui dixit Deus.Geneſ.c.3.*Mul*
tiplicabo ærumnas tuas, & conceptus
tuos, in dolore paries filios. Mariæ
autem. *Benedicta tu inter mulieres, &*
benedictus fructus ventris tui. Luc. c.
8 all.†Namq. etiam,& Conceptio Chri
ſti ex parte matris non fuit naturalis,
ſed miraculoſa, ſubita,& gratioſa. Idẽ
Thom. in 3. diſt.3. q. 2.ar.2. *Spiritus*
ſanctus ſuperueniet in te,& virtus, Al
tiſſimi obumbrabit tibi. Credidit, *Ec-*
ce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum
verbum tuum. Nec ipſa deſponſatio
cum Ioſeph nocuit voto virginitatis.
Quod enim fiebat, per diuinam reue-
lationem erat,immo ipſam decuit vo-
uere virginitatem propter tria. Sanct.
Bonauent. in.3.q.cum qua ſanctus Io
ſeph continentiam vouit. Dom.Card.
Aracœl. de ſacra.matrim. cap. 62. qui
erat vir iuſtus. Matth.c.1. & magnum
ſacrificium cognoſcebat in Maria, cui
appropinquare ſe indignum exiſtima-
9 bat. † Ideo,& Chriſtus ex inſtanti ſuę
conceptionis fuit perfectus homo, &
fuit anima rationalis infuſa gl. noſtra
in alleg.clem.1. in verb. ſimul vnitas,
de ſum.Trin.& in §. adhoc baptiſma.
& ex tũc,vt homo habuit plenũ uſum
liberi arbitrij. S. Thom. ea.par.q.34.
ar. 2.& in ipſo primo inſtanti meruit,
ar.9. & in 3.diſt.18.ar.3.& qõ.15.ar.
10. ſimul viator, & compræhenſor.
Hierem. cap. 14. *Quaſi colonus futu-*
rus es in terra, & quaſi viator decli-
nans ad manendum. qui tanto amore
in nos fuit, vt dilectam animam ſuã,
in noſtræ ſalutis prætium poſuerit, &
carnem ſuam nobis dederit ad mãdu-
candum. Ioan.6.cap.8. ſeſſ.13.Conc.
Trid. de ſanct. Euch. ſacram. *In hoc*
apparuit charitas Dei in nobis, quoniã
filium ſuum vnigenitum miſit Deus in
mundum, vt viuamus per eum. In hoc
eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus
Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit
nos, & miſit filium ſuum propitiatorẽ
pro peccatis noſtris. Ioan.c.3.& in epi.
1.cap.4.ad tit.cap.2. *Apparuit gratia*
Dei Saluatoris noſtri omnibus homini-
10 *bus erudiens nos,* &c. † Et hæreticum
eſt, quod multi detrahentes puritati
Virginis Mariæ dixerũt,ꝙ poſt Chri
ſtum, ipſa Virgo alios habuerit filios,
vel Ioſeph habuiſſe aliam vxorẽ, pro-
pter illud Euang. ab eis. Male intelle-
ctum. Ioã.cap.2.Matth.cap.12.*Mater*
*tua,& fratres tui.*ideo ad hunc errorẽ
reiiciẽdum, cum eccleſia profitemur,
virginem ſemper permanſiſſe. Hiero.
ſuper Ezech. proph.Frat.Thom.Elyſi.
Dominic. in lib. Arch.chri. religio.de
attic. fid. ar.3. in fi. Vide cap. Ioſeph.
de verbor. ſignific. & qui dicuntur in
Euangelio fratres Domini, erant filij
ſororum Beatiſſimæ Virginis Mariæ.
Domin. Cardi. Aracœl.eod.cap.62.de
ſacr.matri. circa finem, & Apoſto. ad
Gal.cap.1.*Alium autem Apoſtolorum*
vidi neminem niſi Iacobum fratrẽ Do-
mini. Ex ipſa igitur virginitate,quæ li-
lium prætioſum dicitur, fructus Glo-
11 rioſi conſequuntur.† Vnde ad propo
ſitum vita monialium (de quibus hic
tracta-

tractamus) adaptari debet ad ipſum Chriſtum Virginem, vt ſit candida, & pura, ſic eis a ſponſo dicitur. Veni ſponſa mea. Beatus Cypr. in libr. de hab. virg. ne in illius, cui ſuam integritatem, voluntate ſpontanea deuouerunt, grauem offenſam, & Religionis opprobrium, & plurimorũ ſcandalum incurrant. cap. periculoſo, de ſtat. regul. lib. 6. viuendo humiliter, quia virginitatem, cũ humilitate admiramur. dicit tex. in cap. hæc autẽ ſcripſimus. 30. diſtinct. ſi enim vouerunt, adimpleant, ex hoc etiam plus placẽt Deo, ex gñali regula. Quòd opus bonũ factũ ex voto, plus placet, quàm cũ fit ſine uoto. Anſelm. in libr. de ſimil. S. Thom. 2.2. quæſt. 88 art. 8. Dom. Card. Aracęl. eod. cap. 62. folio 392. in fine. dixi etiam ſupra lib. 1. c. 20. poſt nu. 17. & præſtandum eſt, quod voto Deo fuit emiſſum. num. c 30. pſal. 75. & in c. per tuas deuot. & uot. redemp.

12 † Et cum ipſa monialis religioſa plus placeat Deo, & dicatur ortus cõcluſus. cant. cap. 4. *Ortus concluſus, fons ſignatus, ſoror mea, ſponſa mea*, quia concluſus cõtra carnalia vitia, propter vitæ auſteritatem, ſignatus contra ſpiritualia peccata, propter humilitatem, tunc ipſa cum Deo eſt, & Deus cum ipſa, vt dicit S. Bernard. in epiſt. ipſæ moniales propter Deum, ſe à mundo abſconderunt, ex ipſo Pſal. 30. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ, a conturbatione hominum*, & dum totæ in amore Dei tenduntur, in aliqua inutili perturbatione non laxentur. *Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe te enutriet, & non dabit in ęternum fluctuationem iuſto.* pſal. 54.

13 † Moniales itaque cum ſint ad cultum diuinum perpetuo adictæ, indecens eſt extra monaſterium vagare. Vnde exire clauſuram illo tempore non debent? quod ſtricte cautum eſt in eod. cap. periculoſo, cuius tex. diſpoſitio innouata eſt ex lege Sacr. Conc. Trident. ſeſſ. 25. de regul. cap. 7. ubi quamuis arbitrio epiſcopi relinquatur in caſu neceſſitatis, cum poſſit per ſe epiſcopus iudicare, nũ expediat ſaluti monialis alicuius, non autem ad libitum ipſarum, & ex qualibet inſtantia, tamẽ ex aliquibus occurrentibus non debent eſſe pronio-

14 res ad concedendum. † Cum clauſura ipſis monialibus placere debeat, quia iam iure Diuino, nõ ſolum naturali, & canonico eam ſeruare tenent? ex voto facto. Concludit Marti. Naua. in cap. ſtatutum. num. 29. 19. q. 3. ſequendo illud pſal. 26. *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine*. Vt ſic euitẽt ruinam, quæ poteſt ſuccedere, & quæ peſtis certiſſima eis eſſet, vt in alio ſimili caſu dicit Valer. Maxim. lib. 4. de

15 abſtin. & contin. c. 3. † Quę manentes deuote in ipſa clauſura iuxta ſententiam Beati Antonij, a tribus bellis eripiũtur, ſicuti in memoriis antiquorum patrum legitur, a bello inquam auditus, viſus, & loquutionis, ſecundũ quòd Beatus Arſenius meruit audire vocem dicentem ei. Arſeni fuge homines, tace, quieſce, ſaluus eris, namq. in penetrabilibus manet a ſagittis inimici, qui amat quietem, qui vero miſcetur multitudini (in qua confuſio eſt,) ſagittas frequenter ſuſcipit, cum viſus ſpiritualis impediatur p tenebras peccati, & erroris, qui facit peccatum in tenebris eſt. 1. Ioan. 2. per falſam lucẽ,

cum

cum quis metitur æterna ſecundum
temporalia,per auerſionem a re viſibi
li Dom.Card.Aracęl.de Symb. Apoſt.
16 cap.5. quæ magis foris eueniũt.†Sed
cum prædicta vera ſint, tamen tem-
poribus noſtris admodũ clauſura du-
ra viſa fuit eis, eamq. triſti animo ac-
cipientibus, & in multis peſſimo exi-
tu, & in aliquibus auxilij brachij ſe-
cularis inuocatio neceſſaria fuit. Te-
ſtor inter alios maximum defenſorem
caſtitatis monialium, & virginalis vi-
tæ Ampliſſimum Dominum Iulium
Antonium Sanctorium.S. R. E. Preſ-
byterum Cardinalem Sanctæ Seueri-
næ, tituli ſancti Bartholomæi in Inſu-
la, Dominum meum obſeruandiſſi-
mum,qui in ampliandis operibus piis
non ceſſat, renouando ſtudia in omni
natione, vt ſanctitate vitæ, morum
ſplendore, zelo eccleſiæ ornatus, cun
ctis ſit venerabilis, & admirabilis, &
in hoſtes chriſtiani nominis,præcipuè
hęreticos acerrimus propugnator, &
fidei defenſor, maxima doctrina,ma-
xima authoritate, maximaq. iterum
ſanctitate Princeps munitus, & qui eã
clauſuram maximo conatu commen-
dare ſemper nixus fuit, & in qua an-
guſtias animi ob zelũ Religionis Chri
ſtianæ tulit, cuius ſtudio cuncti mo-
17 nendi ſunt. † Et exinde neceſſe fuit
duriorem apponere legem, vt pęnarũ
timore clauſura ab ipſis obſeruaretur,
ut exeuntes moniales, eas recepẽtes,
ſiue comitantes, vel etiam licentiam
dantes, incidant in excommunicatio-
nem maiorem, eius abſolutione San-
ctiſſimo Dño noſtro reſeruata, præter
mortis articulum, ex lege Pij Quinti
Pont. Max. incip. Decori, & honeſta-
ti 1569. Vt cum graue ſit delictũ clau
ſuram frangere, grauis etiam pęna im
ponatur. cap. non afferamus.24.q. 1.
vbi pœna imponatur ſecundum deli-
ctum, vt maiora delicta, maioribus
pœnis puniantur gl. ibidem. in fin. &
vbi alię pœnę ſunt impoſitæ,non dicũ
tur per ipſam legem ſublatæ,quia poſ
ſunt plures pœnę imponi pro uno de-
licto a diuerſis legibus, in vna pœna
temporalis, in alia ſpiritualis. not.be-
18 ne Fel.in cap.quod olim. de Iudęis. †
Sed per ipſam nouam conſtitutionem
reſtringitur diſpoſitio ipſius Concilii.
alleg.c.5.vbi epiſcopus licentiam exeũ
di dare poterat. in. §. nemini autem.
Declarauit tamen ipſe Pius, in cauſa
neceſſitatis approbandæ ab omnibus
ſuperioribus monaſteriorum, etiam
epiſcopis,ſi illa exempta fuerint,in ca-
ſu ſcilicet magni incendii,& infirmita
tis lepræ, ſeu epidimę, & tunc non
niſi ad neceſſarium tempus,& ſic epi-
ſcopus etiam requiritur,quia licet exẽ
ptio ſit vniuerſalis, per ſe tamen, qui
conceſſit,poteſt conditionem impone
re,vel modum limitare, nec præiudi-
cium dicitur facere argum.tex. & glo.
notab. in capit. conſtitutus in præſen-
19 tia noſtra. de Relig.dom. † Et quam-
uis primum, per Breue Apoſtolicum
concedebatur aliquando monialem
exire monaſterium ex cauſa, & intra-
re in aliud, & in domo parentum, &
fratrum morari. Rebuff. in prax. be-
nef.de Bre.Apoſt.nu.51. fuit tamẽ po
ſtea omnibus denegatum, licet ſupe-
rioribus annis Neapoli aliquę nobiles
moniales exierint ad breue tẽpus, ex
cauſa vrgenti infirmitatis,ex gratia ob
tenta per breue Apoſtolicum Sanctiſs.
D.N.D.Gregor XIII.Pont.Max.quẽ
iterum audiui, ex poſt non amplius
conce-

concedere, forſan ex importunitate
petentium, quæ occupabat mentem
Principis. arg.c.ſi quando, de reſcript.
cap. ſi aliquando, de ſent. excommu.
20 † Ne autẽ occaſio multitudinis quan
dam generet confuſionem, cum, &
multitudo ſit canonibus inimica, cap.
quia in tantum de præb. gloſ.23. diſt.
cap. tales, & ne tempore ſpiritus, &
deuotionis ſit illud.

Expectata ſeges vanis eluſit ari-
ſtis.

Et propterea exeundi materia mo-
nialibus præſtaretur, numerus ipſarũ
monialium non adeo creſcere debet,
vt non poſſent commode viuere, ſed
tantum, ꝙ ex redditibus propriis ip-
ſius monaſterij, vel conſuetis eleemo-
ſynis ſubſtentari poſſint. eod. tit. de re-
gul. Conc. Trident. cap. 3. optime ſta-
tutum eſt, & per aliam legem Pij V.
incip. cura paſtoralis, an. 1566. con
firmatum eſt, & in c.1.§. ſanè vt hoc,
de ſtat. regul. lib.6. ſi tamen dotem cõ
petentem, & ex qua ſubſtentari poſſet,
aliqua portet, ceſſat proculdubio præ-
dictum, vt dicit etiam Martin. Naua.
in ſua apolog. de reddit. ben. mon. 84.
21 q.1. nu.2. fol. 415. † Et eſt notandũ,
ꝙ in.§. ſane. alleg. cap. primo, ponitur
verbum, *abſq. penuria*, & in capit. 3.
citat. Concil. Trid. extat verbum, *com-*
mode, vt per hoc dicatur ſublata quæ-
ſtio, quam mouet Ioan. Andr. in glo.
eiuſd. §. ſane, ut poterat numerus mo
nialium creſcere, dummodo abſq. pe-
nuria ſubſtineri potuiſſent, quia tunc
tenet articulus intendens probare, ꝙ
ex facultatibus monaſterij nõ poſſunt
tot commode ſubſtineri, & nota hoc
dictum ad declarationem ipſius gloſſ.
licet large loquendo poſſit ſaluari, de
penuria ad commoditatem, ſed non
facit: & uide tex. in c. cum teneamur,
de præb. de quo valeat commode ſub-
22 ſtentari. † Vt autem officium pietatis
in eis exerceatur, ex Conſtitutione no
uiſſima Beatiſſimi Dom. noſtri Dom.
Gregor. XIII. Pont. Maxim. quandò
in monialibus imminet neceſſitas vi-
uendi, prouiſum eſt de medietate elee
moſynarum, quæ per quaſcumq. per-
ſonas eccleſiaſticas, & ſeculares, ac alia
quęcumq. pia loca, pauperibus eſſent
diſtribuendæ, etiam ſi à laicis in teſta-
mento, vel inter viuos eſſent relictæ,
inc. Deo ſacris. §. nos qui illas, de quà
lege meminit etiam Martin. Nauar.
in cap. ſtatuimus. nu. 54. 19. queſt. 3.
Magna lex tãto principe digna. Ad ip
ſum enim de ſeruis Dei prouidere ſpe
ctat, maxime circa pauperes, dicitur
namq. Papa pater patrum. Bal. in c. 1.
in princ. qui feud. dar. poſſ. quia ſub
ipſo omnes animæ fideles quieſcunt.
23 Innoc. de ſecr. nõ iter. c. presbyter. † Et
vt melius poſſint ipſe moniales Deo
ſeruire, & in ſtatu religionis permanè
re, licet non permittatur pro ingreſſu
monaſterij aliquid accipere, ex s. Tho.
2.2. tamen propter paupertatem mo-
naſterij, cum non habeat tantum ad
nutriẽdum omnes, poteſt quid accipi
a volente intrare. iux. not. per bonã gl.
& Abb. in c. non ſatis, de ſymo. vbi ha-
bentur modi de ingreſſu moniali ũ, vt
ſymoniæ ſuſpitio euitetur, & in c. quõ-
num. 5. eod. tit. vt non ſit per viam pa-
cti, & cõditionis, ſed proteſtationis, &
propter loci commoditatem, & quali-
tatem dantis, & accipiẽtis, in modum
voluntariæ oblationis, & hanc. q. diſpu
tant Moderni in tract. ſymon. part. 2.
capit. 29. moderando tamen iocalia,

& paſtus contra quaſdam moniales
intrantes cum ſuperfluis expenſis. vi-
de in ſynod. Neapol. Magni Card. Al-
24 phõſi. fol. 63. vbi adnotatũ eſt † Nec
minorem perturbationem cauſat ipſis
monaſteriis ingreſſus ſecularium per-
ſonarum, ideo expreſſe cauendum eſt,
neminem ingredi debere intra ſepta
monaſteriorum ipſorum, ſub excom-
municationis pœna ipſo facto incur-
renda ex decreto eiuſd. ſeſs. cap. 5. ſine
licentia in ſcriptis obtenta a ſuperiori-
bus; & idem habetur in canone anti-
quo Concil. Matiſcon. cap. 1. quod eſt
Concilium Prouintiale tempore Pela
gij Papę ſecundi, qui fuit anno domi-
ni. 580. dum dicitur in cap. *Vt nullus
epiſcopus, presbyter, diaconus, cleri-
cus, vel quicumq. ſecularis in monaſte
riis puellarum, niſi probatę vitę, & ata-
tis prouectæ præter vtilitatem, aut pro
quacumq. earum neceſſitate habitare,
aut ſecretas colloquutiones habere præ
ſumant, neq. intra ſalutatorium, aut
25 oratorium ingredi permittantur.* †
Quod fortius confirmauit Dom. Gre
gorius N. XIII. Pont. Max. in ſua
conſtit. incip. vbi gratia; & indulta.
1575. anno quarto, reuocando quaſ-
cumque licentias primitus conceſſas,
a quibuſcumq. Romanis Pontificibus
ſicuti etiam Pius V. ſimiliter ſtatuerat
in breu. incip. regularium. perſonarũ.
1566. ann. 1. & Concilium procedit
determinando in omnibus, dum dicit
Cuiuſcumq. ętatis, & ſexus, eod. cap.
5. & ſtricta videtur interpetratio Do.
Nauarr. dum limitat poſſe attentari
non procedere in infantibus ratione
carentibus in cap. ſtatuimus. nu. 59.
19. quæſt. 3. & dicuntur infantes qui
ſunt minores ſeptem annorum l. ſi in-
fanti. C. de iur. delib.) quod poteſt eſ-
ſe, quia non datur eſſe doli capaces; vt
ſecus in pueris per c. 1. & 2. de delict.
26 pueror. cap. fin. de ſent. excom. † Sed
tamen iuxta dictum decretum Conc.
licentia ingrediendi monaſteria debet
eſſe rationabilis, & manifeſta, vel per
vtilitatem, aut neceſſitatem, non tamẽ
voluntaria, cum tex. eiuſd. c. 5. Conc.
dicat in caſibus neceſſariis, vnde ſi ſu-
perior ad libitum, & extra caſum ne-
ceſſitatis alicui daret licentiam ingre-
diendi monaſterium, Abbatiſſa ſeu
alia præfecta, non tenetur obedire. iux
ta deciſionem alleg. Conſtit. Domini
Noſtri D. Grego. verſ. *Neue moniales*;
ſub eiſdem pęnis, nec repugnare vidẽ-
tur voto obedientię, ſi recuſant, quia
Papa, qui eſt ſuperior omnium, ſic di-
ſponit, & determinando legem appo-
nit, vt ſic ne a diuinis ꝓpter actiones
ſeculares abſtrahantur, & impedian-
27 tur. † Idemq. dicimus paſſim non eſ-
ſe permittendũ puellas educari, quã-
uis eas tenere uſque ad ętatem. 25. an-
norum, non ſit contra diſpoſitionem
Conc. Trident. nam in regula melius
perficiuntur, ſi ſtare volunt, cogno-
ſcuntque ipſius normam, & obedien-
tiam diſcunt, cum alias obedientiſſi-
mas vident: humilitatem ſeruant, cũ
maiores ſe eam cuſtodire ſtudent, &
quam habere debent omnes Deo ſer-
uientes, adhibitis tamen quibuſdam
conditionibus, quas, vt neceſſarias hic
28 inſerere viſum eſt. † Et primo quòd
tale ſit monaſterium, quòd primum
cõſueuerit tenere puellas educationis
cauſa. Secundo quòd ſuperior ſcriptã
licentiam dederit. Tertio de conſen-
ſus Abbatiſſæ, & reliquarum monia-
lium. Quarto quòd tales puellæ ex ſi-

mili

mihi cauſa introductæ, eo veſtitu in monaſterio vtantur, qui virginali modeſtiæ, & pudori conueniat. Quinto nullam famulam ſecum adducere, aut retinere permiſſum. Seſto quòd ibi ſtare vltra 25. annum nõ liceat. Septimo ad eandem legem clauſuræ teneri, ad quam omnes reliquæ moniales obligantur. Octauo ſi ſemel aliqua ipſarũ exierit monaſterium, numquam amplius eo intromittatur, niſi exierit cauſa infirmitatis curandæ, & cum licen-
29 tia. † Vlterius etiam procedendo, cõſiderandum eſt circa profeſſionem faciendam a monialibus, licet in 15. anno, & 14. primum fieri poterat cap. primo, & ſecundo. de regul. lib. 6. hodie autem nequaquã, niſi expleto. 16. anno, & ſic per annum poſt habitum ſuſceptum ſteterit in probatione. cap. 15. eiuſd. alleg. ſeſſ. 25. quo non obſeruato, nulla inducitur obligatio ad obſeruantiam regulę, iuxta ibidem diſpoſita. Cum ipſe annus dicatur eſſe inſtitutus in ſubſidium fragilitatis humanę eod. c. 2. & ſupra de monachis eſt dictũ, quia cum feminæ fragiles ſunt, & inualidũ eorum conſilium Phil. 1. Polit. ideo dilatio datur & dicit tex. in l. ſi pater. C. de deſponſ. q plerũq. etiam ipſius feminæ aduerſus cõmoda propria inueniatur laborare conſilium, & ex illo Eccle. cap. 7. (*Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni.* Ioann. Neuiz. in ſua
30 Sylu. lib. 1. † Quæ igitur profeſſio eſt duplex, tacita per delationem habitus per ipſum tempus capit. 2. cap. 4. de regul. Expræſſa non eſt ſublata per canonem, ſi fiat ſupra annum. 16. vt in facto dicebamus: niſi verba tex. reducerentur ad ſtrictum intellectum, vt velit, q omnino per annum portet habitum, & ſtet poſt ipſum ſuſceptũ in probatione, per dictionem negatiuam præcedentem, ibi. *Nec qui minori tempore.*) Prout de ſimili dictione, nec, loquuntur Doct. in l. ſi ſotius. ff. de ſocio, vt ſit non minori tempore iuxta notata per Bud. ſequendo verba ipſius
31 capituli. 15. Conc. Trid. alleg. † Sic etiam dicimus de variis velis ſolitis aſſignari ipſis monialibus, ſeu denominari. Nam datur velum religionis, & dicitur veſtis religioſa, quam Vidua accipit a Sacerdote, vel alio miniſtro, aut velũ ordinationis, quod olim dabatur diaconiſſæ, aut velum profeſſionis, ſic velum conſecrationis, quod a ſolis epiſcopis datur virginibus tantum, & in ſollemnibus feſtis, & dominicis, eſt etiam, & velum prælationis, quod hodie Abbatiſſis, & pręfectis conceditur, hæc habentur per Innocen. in cap. primo, de tempor. ordin. dicit tamen Dom. Flóren. in ſum. 3. part. titu. ſecundo, cap. ſecundo. §. 2. ex multis addi velum probationis, quod eſt in receptione alicuius ad habitum monachalem. Conſiderando autem circa ſuſceptionem veli conſecrationis, à ſolis virginibus, vt ab eis abſit omnis fornicatio etiam voluntariæ pollutionis: vnde ſapienter multi Prælati concedere abſtinent, cum uix raro ex hoc conſecrari poſſent. aduertit Martin. Nauar. in ſuo Man. c. 16. nume. 3. verſ. Interrogatus. fol. 168.
32 † Ex quibus item aduertitur, mulierem corruptam, ſiue viduam poſſe effici monialem, & velum poſſe accipere profeſſionis, non autem conſecrationis, cum præter conſecrationem, & benedictionem, omnia alia perci-

piat. ponit Gomeſ. in tract. Breu.nume. 51. & quòd poſſit profiteri, colligitur ex ipſo text. Concil. Tridentin. eodem tit.cap.18.Inde in Concil.Aurelian. tertio. *Viduas, quę ſpontanea voluntate ab altari conuerſionis ſacræ, velamen ſuſcipiunt, decreuit ſancta ſynodus in eodem propoſito permanere*, cap. viduas. 27. quæſtio. prima, & cap. vidua, & in cap.fin.20.quæſtio.1. refert Gratia. modum profeſſionis viduæ, quòd in ſcriptis profeſſionem faciat, a ſe; aut ſigno, aut ſubſcriptione notatam; continentem ſe religionis propoſitum velle, & hoc perenniter inuiolatè ſeruare. ex Conc. Tolet. 10. vtendo poſtea veſte religioſa; non diuerſi coloris, aut diuerſæ partis no-
33 tabili, ſeu ſuſpecta. † De Abbatiſſa vero diſpoſuit Gregor. lib. 3.epiſt.11. non eſſe ipſam eligendam, niſi ſexagenariam; cuius ætas, & mores hoc exegerint, ſed ex determinatione eiuſd. Concil. Triden.cap.7.eodem titu. ſeſſio. 25. quocumque nomine appelletur Abbatiſſa, Prioriſſa, & Præfecta, eligatur non minus annis quadraginta, & quæ octo annis poſt profeſſionē laudabiliter vixerit in monaſterio, & vbi his qualitatibus non inueniatur, ex alio monaſterio ſuſcipiatur, aut ſaltem quando aliter fieri nequit, quòd ſit ann. triginta, & quinq; annis poſt profeſſionem laudabiliter ſimiliter vixerit, in cuius benedictione dati, ſeu danda prætium non eſt exigēdum. gl. in clem. Attendentes; de ſtat.mon.al-
34 legat cap. ſicut lo 3.de ſimon.† Cum vero confirmata fuerit, aduertenda eſt, ne excommunicet, aut abſoluat, neve interdicat, ſeu alicuius ordinis officium exerceat, quod expræſſe prohibitum eſt iuxta notata per Doctor. in cap. dilecta. de maior. & obed. & in cap.de monialibus, de ſent.excom. nec velum alicui dare præſumat, ſiue aliam velare. ex decreto Eutychiani Papæ, in cap. ſtatuimus.20. quæſt.1. nec confeſſionem audiat, aut aquam benedicat, ſeu pęnitentiam imponat. cap. noua. de pęnit. & remiſs.Inno.in alleg. cap. dilecta, ſed vbi eſt de cōſuetudine alijs committere, obſeruandū eſt.14. diſtinct.cap.multorum, & 24.
35 q.5.eod.cap. † Sed talem ſe exhibeat reliquis monialibus, in victu, veſtitu, colloquio, ac cęteris actionibus, ut ſimul omnibus ad cæleſtia regna ducatum præſtet, & gaudeant ipſam in matrem accepiſse, vt fœlix etiam ſit, ſi ſemel Deus infixerit timorem, & amorem. *Quia oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius.* Pſal. 32. eo fortius, cum videatur habere dignitatē. Abb. in cap. quia propter. num. 8. de elec. debet oculos ſuos vertere ad eam dignitatem, humilitatis ſcilicet, qua vſa fuit Glorioſa, & ſemper Benedicta Virgo Maria, quę electa ſponſa ſummi Patris, profunde inclinata, dixit. *Ecce*
36 *ancilla Domini*. Luc.c.1. † Et ſicut de Monachis diximus ſupra cap. 15.nu. 31. quòd proprium pęnitus eis interdictum eſt, ſic de monialibus.cap.cum ad monaſterium. de ſtat.regul.& ead. ſeſs. c.2. licet mobiliū vſus, ſic permitti poteſt, vt earum ſuppellex ſtatui paupertatis, quam profeſſæ ſunt, conueniant, nec quod ſit eis neceſsarium denegetur, nec ſuperfluum ſit. §.mobilium, eodem capit. ſecundo, ut hoc modo dicātur habere proprium, quo ad vſum, detentionem, & adminiſtrationem

ſtrationem. Marti.Nauarr.12. quæſt.
1.cap.non dicatis num.10. & nu. 21.
qualis debeat eſſe earũ expropriatio.
Quia abdicatio paupertatis, & cuſto-
dia caſtitatis ſunt annexa regulæ mo-
nialium, quamuis Papa poſſit diſpen-
ſare, Alua. Pelag. de planct.eccl.lib.1.
37 cap. 46.caſu.12.† Ne autem liberæ
voluntati ipſarum præiudicium, ſeu
violentia inferatur, prouidendum eſt,
vt ipſæ moniales renuntiationes bono
rum,& hæreditatum ante ipſum tem
pus præfinitum profeſſioni, per duos
menſes primum,non faciant, & tunc
de licentia epiſcopi, ſeu alterius ſupe-
rioris,prout ex decreto eiuſ. Cõc.hoc
tit. cap. 16. ſtatutum eſt, alias nulla
erit facta renuntiatio, nec ius mona-
ſterio acquiſitum tollit,quod eſt notã-
dum,cum aliqui parentes, & fratres,
antequã ex domo diſcedãt,faciant eas
renuntiare, nec ipſi Concilio poteſt
præiudicari, ex quo loquitur annullã-
do neq. ipſę moniales poſſunt in actu
prohibito renunciare fauori ipſarum,
proper ius competens monaſterio,ar
gum. cap. mulieres. & ibi not. de iu-
38 dic. lib.6.† Exhinde ſimiliter exten-
dimus,cum voluntas ſit illa, quæ pri-
mum ſeruum obedientem facit, ſtri-
cte eſſe cauendum,ne aliqua monialis
inuita intrare religionem compella-
tur, ſeu compulſa fuerit, cum Deus
hominem in manu conſilij ſui appo-
ſuerit. & Apoſtolus votum virginita-
tis non præcipit, ſed commendat. ad
Corin.1.cap.7.& ſi inuita intrat,dici-
mus dare voluntatem,non ſpontaneã.
glo. in cap. notificaſti. 23. quæſtio.5.
Abb. in cap. de regular. Sic de matri-
monio, in quo coacta voluntas, non
eſt voluntas, dixi in famil. ſingul. in
littera V. nume. 49. pſal.144. *Volun-
tatem timentium ſe faciet, & depræ-
cationem eorum exaudiet, & ſaluos*
39 *faciet eos*.† Ex quo optime proui-
ſum eſt, reſcripto præfati Conc. eod.
tit. cap.18. (quod omnibus eſt decla-
randum) quòd Anathemati ſubiician
tur, qui cauſa fuerint,vt puellæ inuitæ
fiant moniales, vel e cõtrario,ſi intra-
re religionem abſq. ulla iuſta cauſa im
pedimentum præſtiterint. in.§.ſimili
quoque. Sed ò vtinam, & hodie non
eſſent multi tali graui ſententia inno-
dati, qui filias, ſorores, velint, nolint,
monaſterium ingredi faciunt, cupidi-
tatis, & auaritiæ cauſa inducti, vnde
vidimus plerumq. cum maximo ani-
mi dolore ipſas moniales ſic coactas
factas præuaricaſſe, & ipſos propin-
quos talia perpetrantes,etiam malum
duxiſſe exitum, vt ferè ſemper bona,
quorum occaſione hoc fecerunt, fiſco
dederint, & ſic nec gauiſi fuerint: ò
Altitudo diuitiarum, & ſcientiarum
Dei, exclamat Apoſtol. ad Roman.
cap. vndecimo, quis fuit conſiliarius
40 eius.† Ante verò profeſſionis emiſ-
ſionem non aliter monialis veletur,
niſi primum eius voluntas exploretur
ab epiſcopo, ſiue eius vicario,vt vide-
ri poſſit, ſi libere, an coacte hoc facit,
& conditiones requiſitas monaſterij,
& regulæ habuerit,eadem ſeſſ. c.deci-
moſeptimo (& in loco libero, & tuto,
& cum accipit habitum, & iterũ cum
emittit profeſſionem) quòd niſi Ab-
batiſſa, ſeu præfecta nunciauerit,arbi-
trio ipſius epiſcopi ſuſpendi põt, verſ.
quòd ſi præfecta, etiam quòd mona-
ſterium immediate non ſubſit epo.In
qua voluntatis exploratione, ſeu alio
ſimili actu,cum ſit in ipſo monaſterio

epiſcopus non ingrediatur clauſurã, ſed ſtet ante feneſtellam cancellorum, examinando mentẽ ipſius puellæ, ex alio decreto. eiuſd.ſeſs.cap.7.§.is vero quod,& aduertẽdum eſt a multis, qui ingrediuntur propterea portam,& ante pedes poſitam examinant. peccant
41 enim,& contra Concilium faciunt. † Quę receptio monialium fit per electionem Abbatiſſę,& reliquarum monialium per tex. in cap.fi.de regul.lib. 6.non autem ipſis inuitis per ſuperiorem,prout firmat Lapus,per eundem tex. allegat 31. pri. concluſ. ampliando ad mendicantes, & in alleg.4. quæ dicantur religioſæ mendicantes, licet habeant poſſeſſiones, & redditus ad congruam ſubſtentationem, non tamen omnes, vt in omnibus procedat diſpoſitio Decretalis. Non ſolum. de regul. lib.6.& ampliatio facta per Bonifacium octauum in cap.Conſtitutio
42 nem eod.tit.† Vnde ex diligenti præſcrutatione in hac monialium viſitatione inquirendum eſt,ne quid ſit inductum in earum diſciplinam, quod non pium, dicatur, & ſanctum, cum Deo,non hominibus deſponſatæ ſint, ideo nihil, niſi quomodo Deo placere poſſunt,ſtudere debent, & quot ſunt profeſſę examinentur,quot nouitiæ,ſi tempore præſcripto fiat profeſſio, ſi habitus profeſſarum, & nouitiarum ſit diſtinctus,cap.ſuper eo. de regular. ſi obſeruant regulam, quam profeſſæ ſunt,maxime circa ſubſtantialia, paupertatem, obedientiam, & continentiam,ſilẽtia,ieiunia, carnis abſtinentiã (extra tamen caſum neceſſitatis.) ſi veſtes debitas, ſi tempore debito celebrent officia,omnes conueniant,ne ſit aliqua recepta per ſimoniam, ſi habẽt debitam clauſuram, ſi portę claudantur tempore congruo, & hora conuenienti, D.Paui.de uiſit.1.par. quæſt.6. nu.19.in quibus ſe exercent,ſi habent conuerſationes ſuſpectas,qualiter abbatiſſa,vicaria,& aliæ præfectę officiũ ſuum cõpleant, qualiter ſe gerat Confeſſor, præcipue in nouitiis Florent. in ſum.3.part.tit.20. cap.6.§.2. vt ſit intentus, & modeſtus in honeſtate loquutionis,& conuerſationis, habeant libros honeſtos, non recipiant litteras ſecretas,niſi primũ a præfecta reuideãtur,regulã cuſtodiant,& in menſa ſem per legant, non nutriant canes, aues, non dormiant ſimul plures moniales, & cellæ poſſint ſemper ab Abbatiſſa viſitari, & melius in communi dormitorio,ſit infirmaria,& de nocte ſint luminaria:nulla vtatur pannis ſumptuoſis, aut foderatis,clem. attendentes de ſtat. regular. prohibeantur colores, ſpecula,neque figmento uti liceat,cap. fucare de conſecr. diſt. 5. quia Chriſtus eſt eorum ſponſus: fugiant tripudia, in feſtis, & in ipſarum benedictionibus: in quibus ceſſet ſuperfluus modus expenſas faciendi, tam circa epiſcopum conſecrantem, quam circa alios, dum habitum regularem præſtant, vel profeſſionem emittunt, in Synod.Neapolit.fol.63.comedant omnes in communi refectorio,nec aliqua extra ſine licentia ſuperioris, & vbi Magnantes,& generoſæ ſunt,ſic vt ceteræ in obedientia perſiſtant, ne ſcandala,diſcordias,rixas, diſſentiones ſeminent, & ſi incorrigibiles exiſtunt, in arctius monaſterium detrudantur. vigeſimaſeptima quæſt. 1. cap. ſi qua monacharum, in quibus attendendũ eſt, dum eis neceſſaria ſubminiſtrantur,

tur,ne ſuperfluis cibis deditæ ſint,mu
ſicis, inſtrumentis non utantur, nec
colloquijs prophanis ſe maculent, ora
tioni ſtudeant, & alias ad id facien-
43 dum excitent. † Et vbi in ipſis mona-
ſteriis eccleſia non eſt publica, ſed in-
tra ſepta, & clauſtra,ſeu chorum, ſan-
ctiſſimum corpus Chriſti non retinea
tur,non obſtante quocumque priuile
gio,iuxta diſpoſitionem prefati Con-
cil.ead.ſeſs.cap.10.§.quòd vero. Et ſi
eccleſia eſt extra clauſuram, caueatur,
ne porta aliqua ſit,ex qua aditus pa-
teat intro ad ipſum monaſterium. ex
lege Do. N. D. Grego. XIII. Pont.
Max. ſupra alleg.inc. Deo ſacris.§.de-
claramus, vt omnino clauſura ſerue-
tur, nec occaſio ſit eam violandi, &
eſt lex noua extẽſiua ad ipſam materiã
44 quam omnino ſeruare decet.† Simili-
ter. attenta diſpoſitione Clem. V. in
clem.Ne in agro.§.ſane.de ſtat.mona.
ſtatuendum eſt ipſas moniales ſingu-
lis menſibus debere confiteri ſua pec-
cata,& ſacram Euchariſtiam accipere,
ſublata quacumque occaſione, ſicut
omnes fideles ſingulis annis.cap. om-
nis vtriuſque,de pænit.& remiſs. vt
propter penſum religionis,ſecundum
glo.ibidem. plus debeant. quod eodẽ
Concil. Trid. confirmatum eſt,citato
cap. 10.in princ. ex qua frequentatio-
ne aſſueſcunt diuinæ participationi,
& ſecurius tentationibus reſiſtunt,
quia incorporatæ dominicæ menſæ.
(vt ſic antiquitus ter in anno omnes
confiterentur. de conſecr. diſt. 2.cap.
& ſi non frequentius,poſt modum ſe-
mel in anno,dict.c. omnis vtriuſque:
Hodie vero monachi per clem. ne in
agro,& moniales per decretum Con-
cil. ſemel in menſe, & ſic duodecim
vicibus in anno: Si vero peccator ha-
beat propoſitum confitendi ſecundũ
mandatum eccleſiæ, & in tempore
ſtatuto: ſed moriatur antequam con-
fiteatur,ſi contritus,non eſt damnatus
quia ea non contẽpta, ſed morte pre-
uentus, de pænit. diſtinc. 1.in 2. par-
te: & doct. in ead. clem. & in 4. diſt.
17.quæſt.2.ar.5.cap.4. ſeſs. 14.Conc.
Trid. de contrit. quem tex. Do. Mar-
tin. Nauar. pro concluſione aducit,de
pænit. diſt.5. in præfat. num.2. & in
Man. cap. 1. cum diffinitione contri-
tionis,ſit propoſitum confitendi, &
ſatisfaciendi per doct. ibidem & infra
45 de ſacramentis.) † Inde confeſſor ip-
ſis monialibus preponendus,primum
ab epiſcopo examinetur, de vita,mori
bus,ſcientia,legalitate, ſingulari iudi
cio. Conc.Prou.col.de vit. mona.cap.
8.& ſit eius intentionis, vt obſeruet
contenta,quæ in ſacramento pæniten
tiæ obſeruari debent, & in primis, ſit
cautus non rememorare crimina non
confeſſa,ne virgines diſcant,quę prius
ignorarunt, vt patientiſſime corrigat,
pientiſſimeque conſoletur, qui vbi ſe
non idoneum præbuerit, auferatur,
aliuſque ſubrogetur, quia ſi bonum
eſt in corporis infirmitate idoneũ ha-
bere medicum, pręſtantius & multo
magis neceſſarium pro ſalute animæ.
46 † Hoc addito vt pręter ordinarium
confeſſorem ipſarum, bis aut ter in
anno, alius extraordinarius confeſſor
adhibeatur,qui ſingulorũ cõfeſſiones
audiat,& ſalutari pænitentia impoſita
abſoluat.eod. cap.10.§. præter ordina
rium. quod optime ſancitum eſt, ne
ex longa frequentatione vnius confeſ-
ſoris, abſtineant moniales aliquando
conſcientiam ſuam examinare,de ſin-

gulisque commisſis confiteri, ſiue ex pudore, aut confuſione vereantur, ſed in multis locis, vix habuimus, vt vnũ ordinarium poneremus, & in noſtra Rauellenſi, ex carentia ſacerdotum, & locorum paupertate, ſecundum quorum diſpoſitionem iura accomodanda ſunt, quia non poſſunt omnes articuli, & omnia dubia vno decreto determinari arg. l. non poſſunt. ff. de le-
47 † ga. Circa vero aliorum ſacramentorum ſuſceptionem, extremæ vnctionis, vbi quid expræſſius ordinatum non eſt, ſubiiciuntur presbytero parochiali, intra cuius parochiam ipſarum ſituatum eſt monaſterium, quia in hoc iure communi fundatur opinio, ꝙ parochus ſit adminiſtrator. Abb. in cap. dilectus. num. 17. verſ. ſed poſſet. de cap. mon. vbi dicit epiſcopum prouidere de certo presbytero, nec cõſentiendum eſt opinioni aliquorum monachorum volentium, parochum portare ſacramentum extremæ vnctionis vſq. ad portas monaſterij, & demum monachus Capellanus vbi eſt, accipiet, & adminiſtret, quod ſatis dutum videtur, & de parochi fide, & diligentia multum detrahitur. & ſimile dicitur de aliis monachis, vt a curatis accipiant ſacramenta, de quo tractant doc. in ead. clem. ne in agro. §. ſane. de
48 ſtat. mon. † Neve materia lapſus præbeatur ipſis monialibus, bonum eſt cauere (extra tamen neceſſitatis caſum) ſi fieri poteſt, abſtinere eas a vino, ſicuti apud Romanos, mulieribus denegabatur. Valer. Maxi. lib. 2. de inſtit. antiqu. idque clarius ex authoritate Hierony. recitante Gratiano in cap. vinolẽtum in fine. 35. diſt. vinum, fornicatio, & ebrietas auferunt cor. Eſdr. 4. cap. luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas. Prou. c. 20. & Propertius dixit.

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.
Vino ſæpe ſuum neſcit amica virum.

Et ex eod. Hieron. Noe antiquus Patriarcha ad vnius horæ ebrietatem nudat femora ſua, quæ per ſexcentos annos ſobrietate contexerat. Aluar. Pelag. de planct. eccleſ. lib. 1. c. 36. col. 5. & in regula Benedicti legitur, licet ex infęlicitate temporum, non in totum prohibeatur, cum moderamine ſaltẽ, quia vinum facit apoſtatare hominẽ,
49 & in multis obſeruatur. † Id etiam curãdum eſt, cum Ciuitates aliquę, propter bella, peſtes, aliaſve cauſas collapſæ ſunt, nec in ea frequenti appellatione ſunt, vt primum. ſi monaſteria monialium ſint, & nũc extra vrbem ſunt, quòd propter ſcandala, & occaſiones peccatorum, in maxima verſantur ſuſpitione, vt epiſcopi, ſi ita expedire videbitur, inuocato cum opus fuerit auxilio bracchij ſecularis, intra ciuitatẽ redducere conentur, ex ſalubri decreto eiuſdem Concil. Tridentin. eadem ſeſſione vigeſimaquinta. capitu. quin-
50 to. §. & quia. † Sic etiam vbi in vicinia ipſorum monaſteriorum aliquę domus ſint contiguæ, habentes aſpectũ ad ipſa monaſteria, per feneſtras, cancellas, parietes, aut aliunde, ex quibus ſuſpitio multa inſurgit ipſas videndi, ſuperior faciat remoueri, & claudi, quantumcumque per diſtantiam ſint, maxime in hoc Regno Neapolitano, per nouiſſimam legem Inuictiſſimi, & Potentiſſimi Regis noſtri Philippi, exiſtente Præfecto Regni Illuſtriſſimo Do. meo D. Antonio Perenoto.

noto. S R. E. Maximo Cardinale de Gran vela, ipſius Regis primo & famiarliſſimo Conſiliario, Italiæ Conſilio Præſidente, & optimo Principe, et equidē magna fuit lex, & tanto Rege digna, licet multi eam iuri communi non concordauerint, ſed fauorabilis eſt cauſa, quæ pro Religione facit. ff. de relig. & ſumpt. fun. l. ſunt perſonæ.

51 † Et vbi (quod abſit) monialem præuaricantem in fornicationem ſuperior inuenerit, grauiter in eā inuehat, iuxta alleg. cap. ſi qua monacharum: graue enim ſcelus committit, fidem datam Chriſto ſponſo frangere, cum ipſe dixerit, *Veni ſponſa mea, dilecta mea*: quid namque boni in ipſa remanet, ſi pręmium virginitatis Deo dicatæ perdiderit, & ex ſponſa Chriſti, effecta ſit filia diaboli, quia, ex ſe fornicari maximum peccatum eſt, propter uiolationem templi Dei, 32. quæſt. 3. cap. in eodem & eſt contra legem naturæ, vt etiam ſimpliciſſimā fornicationem dicere, non eſſe peccatum, hæreticum eſt, clem. ad noſtrum. de hæret. Mart. Nauarr. de pęnitent. diſtinctio. quinta, in princip. nume. 119. fol. 54. deciſio. cap. Tholoſ. 347. Iulius Clarus lib. quinto. recep. ſentent. §. fornicatio. in princ. & §. hæreſis. Aff. de hær. &

52 pat. leg. 1. nu. 23. † Is enim qui cum monialibus tale dirum facinus committere auſus eſt, in quattuor grauiſſima incidit peccata, inceſtum ſcilicet, quia monialis dicitur conſanguinea, adulterium, quia cum ſponſa Chriſti, ſtuprum quia cum Virgine, & ſacrilegium violando rem Sacrā. Mar. Socc. in cap. cum dilectis num. 3. de purg. can. in cap. ea. quæ. num. 67. de pæn. et in rubr. de adult. nu. 10. & leges ciuiles pænam capitis adiderunt. vt communiter videmus. l. ſi quis non dicam. C. de epiſc. & cler Doct. in cap. monaſteria. de vit. & hon. cler. meminit Iulius Clarus. lib. 5. §. fornicatio verſ. 11. quē caſum epiſcopi iudicio relaxandum in foro conſcientię relinquimus, vt etiam in Concil. Med. Prou. 1. part.

53 fol. 44. † Illudque multum prodeſt, & eis valde eſt commendandum, vt moniales ipſæ fugiant ocium, ſemper enim legant, orent, diuinaque meditentur, aut alicui honeſto, & conducenti exercitio vacent, quod niſi faciant, in deſiderijs erit omnis earum voluntas, vel in vagatione pernitioſarum cogitationum, ad inſtar fornicantis Hieruſalem, vt ſcribit S. Hieron. ad ruſticum monachum, relatus a Gratia. cap. numquàm de conſecra. diſtinct. 5. ſed Domino debitum virtutum famulatum impendant. clem. attendentes. de ſtat. mona. cum ſim. vnde Eccleſi. 33. *Ocioſitas multam docuit malitiam*. Et dicitur in cap. niſi cum pridem. §. ego ſum. de renunt. quòd ocioſitas, & uoluptas arma ſunt antiqui hoſtis ad captiuandas miſeras animas. Cum, & de omni verbo ocioſo redēda ſit ratio in die Iudicij dixit Dom. Matth. cap. 12. & cum vacatur ocio, vociferatur. Exo. cap. 5. & Ouid. inquit.

Ocia, ſi tolles, periere Cupidinis arcus;
Quæritur Aegyſtus, quare ſit factus adulter,
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Refert. gl. eo. cap. niſi cum pridem, & diximus in famil. ſing. in littera O.

54 num. 5. Et ex hac ratione ipſe moniales,

les, ſicut de monachis ſupra dictum eſt, in co ntinua obediētia ſuis ſuperioribus eſſe, admonendæ ſunt, nec de facili reſiſtere, cum velle non dicantur habere, ſed eorum uoluntas in obediētia eſt. 12. q. 1. c. non dicatis. gloſſ. in c. raptores. 26. quæſt. 2. Quia obediētia ſola fidei meritum poſſidet, ſine qua, quiſque infidelis conuincitur. c. ſciendum, in fine. 8. quæſtio. 1. niſi enim obedientes fuerint omne bonum in malum conuertunt, cum ſit de principalibus pręceptis ſubſtantialiū regulę, quam profeſſæ ſunt, ſupra, c. 15. nu-
55 me. 98. cum ſeq. † Itē quia poteſt eſſe, quòd vnum monaſterium monialiū, habeat aliud ſimile monaſterium ſubiectum, videndum eſt; ſi primò ſubeſt epiſcopo, vel iure ordinario, uel delegato, ipſe viſitabit, aliàs ipſius ſuperior, vel ſit dare caſum, vt Abbatiſſa, vel præfecta alteri committat vices viſitandi, cum per ſe non poſſit, iux. glo. ſingularem. in ead. clem. attendentes. in verbo alia, de ſtat. monach. prout ſuperius. lib. 1. cap. 2. num. 15. etiam eſt dictum, poteſt tamen conferre eccleſias, & beneficia, & clericos in ſuo monaſterio ſubditos ponere ex cap. no-
56 ſtri. de elec. † Nec obſtat, ꝙ moniales ſint alteri, quàm epiſcopo ſubiectæ, quin ipſe circa clauſuram omnes viſitare poteſt, cognoſcere, & prouidere, authoritate Apoſtolica, iuxta decretū ſupra citatum eiuſd Conc. c. 5. ad hoc vt reſtituatur, ubi violata fuerit, & vbi inuiolata eſt, conſeruetur: eod. cap. periculoſo. ex ipſius enim obſeruatione cognoſcerunt Summi Pontifices eccleſiaſticum ſtatum ipſarum monialiūm in viam ſalutis diſponi, & quæ ad honeſtatem pertinent, ſectari, quod niſi epiſcopus curet perfici, grauibus impræcationibus ſubiicitur, vt ſupra alleg. tex. continetur, & præſertim dic. cap. periculoſo. §. fin. ibi. *Diſtricte in virtute ſancta obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudicij, & in terminatione maledictionis æternæ præcipiendo*, &c. de quibus verbis optime dictum eſt ſupra lib. 1. cap. 31. nume. 4. 8. 12.
57 † Ampliando ad moniales ſanctę claræ conuentuales, quas ſimiliter hodie viſitabit; & gubernabit epiſcopus authoritate ordinaria, cum primum Generali miniſtro Ordinis conuentualiū ſuberant. ex Conſtitutione Pij Quinti Sum. Pont. incip. Ad perpetuam, die 3. Iunij. 1568. anno 3. ſui Pont. licet in aliquibus id non proceſſerit, ꝙ non in ordinarium venerint, ſub ea cauſa, quòd Rex habet protectionē, vt Neapoli in monaſterijs ſanctę Claræ, Magdalenæ, Aegyptiacæ, per diſpoſitionē Regis, fratribus de obſeruantia reformatis præpoſitis, quia ſic Robertus Rex fundator ea adminiſtrari per fra-
58 tres Sancti Franciſci mandauerat. † In qua monialium viſitatione, ſi acciderit epiſcopum, vel alium ſuperiorē impediri, monitione præcedente, ſi non deſiſtatur, excommunicatio incurritur ab impediente. ead. clem. attendentes. §. fin. de qua meminit. Martin. Nau. in cap. 27. num. 140. Sed hodie dicimus maiorem excommunicationem incurri ipſo facto, per Bullā Do. noſtri Dom. Greg. XIII. Pont. Max. quia tales impedientes, dicuntur turbare iuriſdictionem ordinariam ſuperiorum eccleſiaſticorum. in. §. nec non excommunicamus eos. verſ. 15. quod eſt notandum in materia contingēti, de qua etiam excommunicatione idē

Nauar.

59 Nauar. nu. 69. † Aduertat tamen epiſcopus viſitās ipſa monaſteria monialium, ne grauet moniales ſuperfluis expenſis, ſed tamen contentus ſit paucis, & probis viris in comitatu, ex clē. fin. de ſtat. mona. non equos multos, ferrerios, ſeruos, ſocios, & velit portare tot, ut pauperes moniales deficiant in proprio victu, nec ſatisfaciant iuxta illud pſalm. 58. ſi vero non fuerint ſaturati, & murmurabunt, ideo attendatur, quod ſupra eſt dictum, ꝙ tantummodo neceſſaria ſubminiſtrētur, remotis ſumptibus ſuperfluis, & text. eiuſd. clemen. non excedit octo perſonas, quin etiam in aliquibus pauperta-
60 te oppræſſis, adhuc ſatis ſunt. † Maxime ſi in communi in ipſo monaſterio propter paupertatem non viuitur, & tunc aduertere debet non ad procurationes, ſed ad animas, vt tales in com muni non viuentes, ne contrarientur regulæ in pernitiem animarum. Inſtruendæ igitur ſunt, ut ſemper promptę ſint, & paratæ, omnia in communi ponere, cum fieri poteſt, & omnes cō ſentiunt, & in manibus ſuperioris in omnem euentum. Item quòd de omnibus rebus nihil detur extra monaſterium ſine licentia, & quòd in ipſis nō quæratur quid ſuperfluum, vt a voto obedientię exinde ſeparentur ſecundū
61 Dom. Floren. † Quod tamen melius obſeruatur, ſi frequentationes laicorum cum ipſis monialibus prohibentur, nec vmquàm aliqua ſola ad Crates cum ipſis loquatur. c. diffinimus. 18. q. 2. & 81. diſt. cap. in omnibus, & vbiq. particulares ſuperiorum reperiūtur ordinationes, etiā ſub grauiſſimis cenſuris, ſic oportuit hodie prælatos procedere, ex malitia multorum tentātium mentes virginum corrumpere, ſub licentia loquēdi ad vnam. l. ſi quis non dicam. l. raptores. C. de epiſcop. & cler. & hoc extende ad omnes ibi commorantes, etiam, quòd non ſint profeſſæ, licet non dicantur moniales, vt dixi in famil. ſingul. in l. M. nume. 38.
62 † Et denique in argumentū pro ipſarum reformatione, accipi poſſunt multa dicta de monachis, cum generaliter teneat, per not. per Abb. in cap. ea, quę de ſtat. mon. quo ad ea, quæ ſunt proportionabilia tantum, nam multa ordinātur in monachis, quæ reſpectu habito non conueniunt monialibus, & ultimo videbit epiſcopus ſtatū ipſius monaſterij, inquirēdo ſingula ipſius, ac eius partes, prout Spiritus ſanctus dabit ei, & ex facti apparentia viderit expedire, vt vnumquodq. monaſteriū ſeruet ſuam regulam, Benedicti, Auguſtini, ſiue etiam Franciſci, vel aliorum, maxime circa illa tria ſubſtantialia totius regulæ, vel ſi aliqua eccleſia ipſius habeat curam animarum, quis eam exerceat? monachus, an ſacerdos? quomodo ſe gerat, & ſi ſcit, quæ conueniunt, ac demum recognoſcat redditus, poſſeſſiones, bona ſtabilia, & mobilia, quomodo gubernentur, & in quibus expendātur, ſi ſuperſunt: quis eſt procurator; ſi approbatus exiſtat, vita, & moribus, atque legalitate, & rationem adminiſtrationis diligenter examinet, cum alijs, quæ ſapienti uiro uidebuntur eſſe neceſſaria, iuxta tritū prouerbium. Mitte ſapientem, & nihil dicas, &c.

DE

DE HOSTIIS MONASTERIORVM *ſi claudantur epiſcopo viſitanti, an poſsint per vim frangi.*

CAP. DECIMVMNONVM.

SVMMARIVM.

1 *EPiſcopus viſitans monaſteria, ſi hoſtia ei claudãtur quomodo procedet.*
2 *Excommunicatio, quando incurratur ex fractione hoſtiorum monaſteriorum.*
3 *Defendere res ſuas vnicuiq; licet.*
4 *Superior poteſt iuriſdictionem ſuam defendere cum armis.*
5 *Vis poteſt inferri rebus, & perſonis.*

IN viſitatione ipſorum monaſteriorum, de quibus ſupra ſatis diximus, maxime his temporibus clauſura omnibus viſa dura.
1 † Euenire poteſt, ſicut, & multis Prælatis contigit, vt ſuperiori volenti viſitare, hoſtia claudantur, & uis inferatur, recuſando obedientiam præſtare, nec iugum Chriſti patienter velle ferre, ideo cum Do. Petro lib. 1. cap. 23. opportune quærendum videtur, ſi ipſa hoſtia poſſint per ſuperiorem frãgi, etiam violenter, vel ſit procedendũ contra ipſos monachos, & moniales per cenſuras eccleſiaſticas, & multi uidentur tenere, quòd non per vim, neq. per fractionem, ſed per ipſa remedia eccleſiaſtica, ex clem. ad noſtrum, de cenſib. vbi Papa narrat exceſſus in violenter frangendis valuis monaſteriorum, & demum in fine prohibet, & gloſſ. in cap. 1. de immuni. eccleſ. poſt Innoc. & in cap. cum venerabilis, de cenſib. ſed attenta cauſa iuſtiſſima nõ inconuenit ad aliam opinionem, & veriorem accedere, quòd ſuperior impeditus procuret hoſtia frangi, etiam inuocato auxilio bracchij ſecularis. Monteleon. 4. part. ſuæ pra. num. 84. Id. n. lege permittente ſit. Abb. in cap. cum Victonenſis in fine de elect. & in Prælato viſitante loquitur ipſe Innocen. in cap. cum venerabilis de cenſib. Abb. eo. cap. 1. num. 5. in ſolut. ad ſecundũ dub. de immuni. eccl.
2 † Dictum autẽ Cardin. in clem. ad noſtrum ſupra alleg. in 13. notab. dum vult incurri excommunicationem, ſi hoſtia fragãtur, non procedit in epiſcopo viſitante, qui venit ad corrigendum, & procurandũ obedientiam, eccleſiæ, & eius Prælato præſtari, ſed de aliis exfractoribus, vel iuriſdictionem non habentibus, & extra caſum viſitationis tam priuilegiatæ. prout etiam ſic intelligit ipſe Monteleon. ead. part. num. 858. & ſic eſt viſum pluries obſeruari in multis locis; vbi non ſolum hoſtia fuerunt clauſa verum etiam vltra monachos plerumq., moniales ipſe ad modum

belli

belli ſe defenderũt, vt verum fuerit di
ctum Tragici Poetę.

Mulierum furorem, nec ratio ipſa,
Niſi timor, et pęna mitigare poſſũt.

Inde legimus in ſyn. Neapol. Ma-
gni illius Dom. Card. Alphonſi, pro
ingreſſu cuiuſdam ſororis Benedictæ
Marthæ in monaſterium ſanctæ Ma-
riæ de Ieſu, aliquibus monialibus re-
cuſantibus, portas per vim fractas, cũ
auxilio bracchii ſecularis. fol.96. & in
vnione Monialium S. Mar. de Aluino
& ſancti Anelli, in vna Amalphitana,
& in alijs, vbi id reformari opus fuit.
3 † Idque etiam in rebus prophanis li-
cere videtur, vt vnicuique ſui, ſuorum-
que iurium, & rerum, viſa ſit natura-
lis, & iuſta defenſio, authoritate tamẽ
iudicis, ſeu iuris ſibi fauẽtis: per doct.
in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nou.
nunt. Aret. conſ. 2 l. ſi diligenter. Affl.
in l. pacis cultum. nu. 50.6. notab. la-
tiſſime Moderni in. l. vt vim. ff. de iu-
ſtit. & iur. 1 parte, cap. dilecto filio, de
ſent. excom. lib.6. cum defenſione gla-
dii ſpiritualis, vbi etiam defenſio tem-
poralis non eſt ſufficiens, vtendo ar-
mis ſpiritualibus, quæ propria ſunt ec-
cleſię. eod. cap. Doct. in cap. ſignificaſti
4 lo 2. de homicid. † Et quàmuis ſupe-
rior habens iuriſdictionem non de-
beat violenter intrare argu. cap. olim.
lo 1. de reſtit. ſpol. poteſt tamen ſuã
iuriſdictionem defendere, etiam cum
armis, & vtendo verbis doct. cum enſe
& bello: Alphonſ. Aluar. in ſuo Spe-
cul. Sum. Rom. Pont. cap. 26. vt pro
poſſe defendat ſe, iuraq. ſuæ eccleſiæ,
de quibus loquitur tex. in c. breui, vbi
doct. de iurãiur. & ſatis dicitur offen-
ſus, cum reſiſtitur, immo violata eſt
tota eccleſiaſtica iuriſdictio, cum Præ-
latus procurans ſalutem animarũ iniu
5 ria afficitur. Propterea † poteſt, & ip-
ſe ſic procedere, dando exemplum, vt
vis inferatur rebus, frangendo violen-
ter hoſtia & fabricas, ac in perſonis,
eas caſtigando de exceſſu inobedien-
tiæ, reſiſtẽdo ſalubribus mandatis ec
cleſiæ prælati, cum reatu animæ. Nam
qui epiſcopum ſpernit, Chriſtum ſper
nit, qui epiſcopum recipit, Chriſtum
recipit, dicente ipſo Domino Luc. cap.
10. & repulſio nequàm iudicatur, etiã
in momento, quanto fortius cum in-
teruallo temporis, licet ſecus genera-
liter. in aliis. gloſs. eſt duplicata. 23.
quæſt. 1. in ſum. in cap. ſignificaſti al-
leg. de homic. bonum tamen eſt ſi epi
ſcopus cognoſcat poſſe ſuperare reſi-
ſtentiam per cenſuras eccleſiaſticas. ne
ad actum violentiæ perueniatur, pro-
pter ſcandalum, quod aliis infertur,
quando tamen non ſperatur, princi-
pijs eſt obſtandum, quia ſero medici-
na paratur, examinando diligenter re-
ſiſtentes, & ubi ex vna illud procede-
re viderit, ad aliarum exemplum gra-
uiter in eam inuehat, per priuationem
& carcerationem, & publicas pænitẽ-
tias, & fortius ſi inuenerit campanas
pulſaſſe all'arme, vt nobis euenit in
prima Rauellenſi, qui experti fuimus,
quã maximi fuerit momenti iſtis pro-
uidere, aliis compatiendo aliqualiter,
licet etiam puniantur ex delicto vnius
arg. tex. in cap. ſed illud non ocioſe.
45. diſt. generaliter poſtea parcendo.
ſupra cap. 15. nu. 53. &c.

DE PERSONIS EXEMPTIS, & Priuilegiatis.

CAP. VIGESIMVM.

SVMMARIVM.

1 PAPA ſolus concedit generales exemptiones.
2 Inferior nõ poteſt infringere exemptionem datam a ſuperiore.
3 Exẽptio data a Papa latiſſime interpretatur.
4 Locus exemptus eſt in diœceſi.
5 Epiſcopus an poſſit eximere eccleſiã a ſua iuriſdictione.
6 Exempti tenentur oſtendere priuilegia ſua exemptionis.
7 Exempti ex quibus conueniantur.
8 Priuilegium ne quis conueniatur niſi coram certo iudice, quando procedat.
9 Epiſcopus quando procedat contra exemptos.
10 Exemptio nõ liberat a viſitatione epiſcoporum circa ſacramenta.
11 Iuriſdictio tribuitur propter delictũ commiſſum.
12 Exemptus conueniri poteſt in omni loco ratione rei ſita.
13 Priuilegia non debent extendi extra caſum conceſſum.
Clericus ratione clericatus ſortitur forum epiſcopi ordinantis. ibid.
14 Reipublicæ intereſt delicta puniri.
15 Epiſcopus qualiter procedat contra exemptum delinquentem in ſua diœceſi.
16 Text. capit. vndeci. ſeſſio. 24. Concil. Tridentin. ornatur in ſua diſpoſitione.
17 Remiſſio in delictis an ꝓcedat de vnó iudice ad alium.
18 Excõmunicatio an incurratur, extra territorium.
19 Remiſſio non fit in foro conſcientiæ ratione delicti commiſſi.
20 Exemptis delinquentibus, ſcribendum eſt ſuperioribus.
21 Priuilegiatus quãdo poſſit renunciare ſuo priuilegio.
22 Ius reuerentiale non remittitur.
23 Epiſcopus poteſt vbiq; prædicare.
24 Exempti poſſunt declarari delinquentes ab ordinario.
25 Suſpitio de fuga delinquentis facit eũ capi de perſona.
26 Negligentia in exemptos ſuppletur per ordinarios.
27 Mandans delictum, etiam exemptus punitur per ordinarium.
28 Exemptiones operantes ſcandala tollenda ſunt.
29 Exemptio eſt ſtricti iuris. Et quando amplianda. ibid.
30 Exemptio quæcumq; data non operatur, vt delicta non puniantur.
31 Pontifices non debent eſſe liberales ad dandas exemptiones.

Epiſcopis

EPiſcopis eorum diœceſim viſitantibus, & exceſſus, delictaq. omnia corrigere volẽtib us, occurrunt ſæpius quæſtiones, & locorum, & perſonarum ſe viſitari nequaquàm poſſe prętendentium, aut cognoſci, propter priuilegia, aut generalia, vel particularia eis conceſſa, ex quibus exemptio datur a iuriſdictione ipſorum ordinariorum, vnde fit, vt epiſcoporum iuriſdictio impediatur, delicta non corrigantur, ſcandalum alijs inferatur, ex facilitate, & aſſiduitate delinquendi, cum ſtatim obijciãt, ſe nihil cũ ordinariis habere, propter priuilegia, & exẽptiones, quibus gaudent. Ideo, an in omnibus ſit verum, & quid ex facto Concil. Triden. nouiſſime ſtatutum ſit, videdum eſt: quàmuis in ſuperioribus dixerimus multa
1 ſparſim, maxime, cap. 8. hoc libr. † Et primo, quòd iſtas generales exemptiones ſolus Papa cõcedere poteſt, qui eſt ſupremus ſuper omnes. cap. ſolitæ, de maio. & obed. & quomodo vult extendit, & in quibus voluntati ſuæ placuerit, nec vnã habet formam concedendi exemptionem, ſed varias, per not. in cap. ſi Papa. de priui. libro 6. vbi nec minimum verbum eſt ſine effectu, quia ipſe caput, & fons omnis iuriſdictionis, quam in alios iuxta arbitrium impartitur. capit. luminoſo, cum præced. 18. q. 2. cum omnes animæ ſint in ſua iuriſdictione, ex not. per Innoc. in cap. presbyter. de ſacra. non iterand. Ideo Iudices dando, quã metam imponere vult, eam præbet, & quos eximere ab eis vult, vel aliis reſeruando, ad libitum facit, quia cum ſit vnicus fons Iuſtitiæ, remouet omnes tenebras. Socci. conſil. 164. vol. 2. exiſtens ſuper omnes iuriſdictiones, ſicut Sol ſuprà Lunam, & Stellas, glo. in cap. ſi Imperator. 79. diſt. Innocen. in capit. nouit. de iudic. & cuius omnes ſanctiones, ſic accipiendæ ſunt, tamquàm ipſius diuina uoce Petri firmatæ. cap. ſic omnes 19. diſtin. Et qui habet omnia iura in ſcrinio pectoris, cap. 1. de conſtit. lib. 6. ſicut de Imperatore dicimus. l. omniũ. C. de teſtam.
2 † Nec has exemptiones a Papa cõceſſas alicui perſonæ, vel eccleſiæ vllus epiſcopus ĩfringere poteſt, ſed eas obſeruare omnes tenentur, immo ſi aliquis eas irritas facere attentauerit, ſacra communione priuandus eſt, vſque ad finem vitæ, nec ante ſine licentia. c. frater. §. quod ſi. 16. quæſtio. 1. & ibi glo. ampliat ad latiſſimam interpetrationem, ex l. beneficium. ff. de conſtit. Princ. Non enim permittit ius inferiorem de facto ſuperioris uelle iudicare, ſed obſeruare cogit ab ipſo datum, & promulgatum, cum ſit de corpore ipſius iuriſdictionis, imponendo legem ordinarijs, vt videant, & ſciant ſuper quos procedere poſſunt, vel nequeunt: diſputat Andr. in vſib. feud. & Modern. in tracta. inueſtit. & cum non videtur eſſe rationabile exequi, reſcribendum eſt ſummo Pontifici, apponendo cauſas, ex quibus priuilegium conceſſum, ſeu mandatum datum debet reſtringi, & non exequendum. Patienter enim Papa ſuſtinebit, ſi non fit, quod ei praua ſuggeſtũ fuerit inſinuatione. tex. notab. in c. ſi quãdo, de reſcript. vel impetratum fuerit per ignorantiam, negligentiam, aut nimiam occupationem, vel etiam ſubreptionem, alius optimus tex. in cap. ſi aliquando, de ſenten. excom. cap. ex

parte in fine de capell. moni. & ſupra hoc lib. cap. 4. nu. 10. in fine & Imperator in l. 1. C. de pet. bon. ſubl. lib. 10. *Sed quoniam plerumq. ita in nõ nullis cauſis inuerecunda petentium inhiatione conſtringimur, vt etiam non concedenda tribuamus, nec reſcripto quidem noſtro aduerſus formã lata legis loci aliquid relinquatur.* in cap. cum in iuuentute. §. ceterum de purgat. can. ibi. *Compulſi fuimus, non iuris neceſſitate, ſed importunitate petentis.* Innoc. in cap. inquiſitioni. de ſent. excom. quòd ſi ex mandato Papæ aliqua mala ventura ſint, ſubditus non debet parere ſed reſcribere: iſtis tamen qualitatibus obſeruatis. Primo quòd recepit litteras, inſpexit mandatum, priuilegium, aut exemptionem conceſſam, benigne, & reuerenter, vt decet. Secundo, quòd ſemper ſtuduit, & ſtudet ſuis mãdatis, vt debet obedire, & voluntatẽ ſuam ad plenum exequi. Tertio, quòd in mandato præſentato, ſeu priuilegio, reſcripto, exemptione, & ſimil. inuenit aliqua, quę videntur dura in exequendo, & ſatis præiuditialia, narrando, quæ, & quomodò, cum omni humilitate, & reuerentia. Quarto quòd ſuper his mãdatis exequendis, & occurrentibus, habuit iuriſperitorum conſilium, quibus omnibus ſic ſimiliter viſum fuit. Quinto, quòd propterea iudicauit ſuper exequtione ſuperſedere, & ſuę Beatitudini reſcribere, cum proteſtatione, quòd in omnibus parebit ſuis mandatis. Sexto ſupplex orando ſuam Sanctitatem, vt ſibi parcat, ſi ſtatim non obtemperauit, & ſi uidebitur dignetur reuocare, quod praue fuerat ei ſuggeſtum, & quòd per ſubreptionem, & nimiam occupationem conceſſit: per eadem iura, redens litteras ſigillatas ne aperiantur, aliter ſi non reſcripſerit vel reſcribere non putauerit, obediat, & obſeruet, quod Papa alicui conceſſerit, hæc colliguntur ex practica ipſorũ iurium, & per Petr. Rebuff. de reſcr. ar. 1. glo. 4. 5. 6. 7. 8. ſuper conſtit. Franc. libr. 2. & ex alio tex. not. in auct. de mand. Princ. §. de inde cõpetens verſ. ſi quis autem ibi, *Secundam pręceptionem noſtram ſuſcipias*, & glo. not. his verbis & hoc eſt contra miſeros Prælatos, qui timent in tantum litteras Domini Papæ, vt non audeant reclamare, quòd facere non debent, quem tex. cũ glo. multa adendo referr. Do. Arnal. Alber. in tract. de agnoſc. aſſert. cath.
3 & hęret. quęſt. 22. col. 1 & 2. † Et de exemptione loquendo cum eſt facta a Papa, qui eſt ſuper omnes, ne quis ſubſit ordinario, ampliatur etiam, vt dicatur facta a ſuo legato, propter generalitatem priuilegij, & fauorem impetrãtis, vt ſic declaretur, & interpetretur mens concedentis, dummodo non ſit legatus de latere, cui etiã ſubeſſet per Ioan. Andr. in c. 1. de verb. ſigni. Doct. in cap. 1. de offic. legat. poſuit Roman. ſingul. 13. an exemptus: vel etiam ſi exemptio fuiſſet conceſſa reſpectu ordinarij, ex cauſa forſan allegata per ſuſpitionem, aut tantummodo loci quia tunc, & legato ſubeſſe dicimus, ex ipſa ratione legem præferente, per argumentum, & narratiuam ipſius priuilegij, doct. eod. cap. 1. & dixi in tract. de dignit. eccleſia. 2. parte c. 6.
4 † Cum autem exemptio datur eccleſiæ, aut alteri loco, is locus exemptus non indicatur eſſe extra diœceſim, & territoriũ, ſecundum vnam opinionem, quæ magis placet, vt diſputat Fel. in cap. graue. de offic.

de offic. ordin. colum. ſecunda, ſupra cap. octauo, nume. decimo, maxime in materia correctionis, ex diſpoſitione nouiſſima, quia licet locus non ſit in iuriſdictione, quòd cognoſcatur, eſt tamen de diœceſi, & territorio, qđ eſt vtile, & ad multa, præcipue ad illud de epiſcopo: quòd in ſua diœceſi, & territorio vtatur Pontificalibus, ꝙ etiam poterit in loco exempto, nõ obſtante exemptione, ex ratione prædicta, quia is locus eſt de diœceſi, & pertinet ad ſuum territorium, ſic etiam de Archiepiſcopo deferente crucem, quòd poteſt etiam in loco exempto, per clem. 2. de priuil. remoto conſilio illius, qui prætendebat Dom. Archiepiſcopũ Neapolitanum deponere crucem, propter loci exemptionem, nec etiam placet ex prædictis opinio alterius epiſcopi, dum volebat Archiepiſcopum, vel item epiſcopum authoritate delegata viſitantem locum exemptum, (ſicuti in multis fieri poteſt ex diſpoſitione Concil. Trident. vt ſupra eſt dictum, & infra dicemus) nõ poſſe uti cruce, & illum nec paſtorali, ex quibus ordinaria iuriſdictio fulcitur, quia concurrit diſpoſitio iuris cõmunis, omnes eccleſias, & loca diœceſis ſubeſſe epiſcopo loci. c. omnes baſilicę. 16. q. 1. Vnde data exemptione fit receſſio a terminis iuris communis, & nunc ex poteſtate conceſſa, ſiue particulariter, ſiue etiam generaliter, concurrit vtraq. poteſtas, & res de facili redit ad primeuam naturam ſuam. l. vnius.
5 §. quod in ſpecie. ff. de pactis. † Epiſcopus etiam poteſt quo ad certa aliquã eccleſiam eximere, ne ſuæ maiori ſubſit, non tamen pleniſſime, iuxta gloſ. reputatam notab. in cap. viſis litteris.

16. quæſtio. 2. vbi ſemper retinebit viſitationem, correctionem, procurationem, & cathedraticum, & tractant Doct. in cap. paſtoralis, de donat. dũmodo à Papa non ſit facta confirmatio, per c. conſtitutus, de uerb. ſignifi quia confirmans, is videtur concedere, lex ſingularis in l. obuenire, de uerbor. ſignif. & Andreas ſæpe hoc dicto vtitur, nec alia, quæ ſunt ordinis epiſcopalis. Ioan. Andr. in cap. venerabilis, de cenſib. Boer. deciſ. 132. nume. 7. (Sed quæſtio propria fuit facti cum eccleſiæ Rauellenſi præeramus, quando vnio cum generalibus verbis fuit reperta facta religioni Fráciſcanæ, & Auguſtinianæ ex ſe exẽptæ, de duabus parochialibus eccleſiis, quæ erant 7
de corpore epiſcopatus, & eius iuriſdictionis, nec apparebat confirmatio ſummi Pontificis: aduxi fortiſſimas rationes, quibus competere debebãt, iura epiſcopalia, vt per vnionem non fuerit derogatum, licet fortiter nobis obſtabat præſcriptio longiſſimi temporis, per quam ipſæ religiones videntur iuuari; allegationes ſunt in cõmuni, & per manus amicorum, & cauſa non deducta in iudicium per tranſla-
6 tionem noſtram.) † Ad id tamen omnes exempti prætendẽtes ab epiſcopis cognoſci non poſſe, tenentur ipſis requirẽtibus ſua priuilegia exemptionis oſtendere, & cogi poſſunt congruo aſſignato termino, nam cum priuilegiũ ſit contra ius, ſeu aliquando præter ius, probare debent, quod eis conceſſum eſt, cap. cum perſonæ. de priuil. 8
lib. 6. vel ex præſcriptione canonica quadraginta annorum. in §. quod ſi, & probatur, in l. et qui. de probat. Doctio. in cap. cum venerabilis, de excep-

Aa & in

& in practica hoc primum videre debet epiſcopus, aliàs ad cenſuras accedat, ſi is oſtendere negat, & per conſequens iuriſdictioni ſuæ ſubiacere, præſeruando priuilegium, cauſam ipſius, tẽpus conceſſionis, & qualitates, ne falſum fuerit expoſitum, vel ſi concedẽs ex motu proprio, non ad ſupplicationem priuilegiati fuerit motus, cũ tunc fortior iudicetur conceſſio. argu. not. in cap. ſi motu proprio. lib. 6. vbi Moderni id aduertunt, ſupra cap. 8. num. 9. Aut etiam modo priuilegium conceſſum incipiat alios enormiter lędere iur. optimum tex. in cap. ſuggeſtũ, de deci. vbi glo. narrat cauſam reuocationis priuilegiorum.
7 † Sed quàmuis exẽptio a ſuperiore data, ſiue a Papa, ſiuè a Principe, etiã particulari priuilegio ſit ampla, nõ tamen operatur, quin ratione delicti, aut reſpectu rei ſitæ conueniri poſſint ipſi exempti, & cognoſci ab ordinario, & ratione ipſorũ contra eos procedi, ex generali Conſtitutione Concil. Lugdun. Innocen. IIII. Pont. Max. in cap. *volentes*, de Priuil. lib. 6. non enim voluerunt ſuperiores concedentes hoc intendere, vt exinde delicta committerentur: nec talis fuit intentio, dicebat ſæpe Maximus ille Papa zelator eccleſię Paulus Quartus, dum delinquentes, & familiares perſequebatur: quibus item verbis in perſona cuiuſdã Capitanei vſus fuit Dux de Alcala Regni Præfectus, dum eum morti tradidit, & ille ſe exemptum ex priuilegio Cæſaris dicebat, & oſtendebat.
8 † Nec refragatur priuilegium, ſi eſſet cõceſſum, vt ſub certo, & deſtinato iudice conueniri quis poſſit, vt tamen delinquendo, in loco tamen non exempto, etiã ab ordinario uiſitetur, & corrigatur, in ead. Decretal. volentes. §. & id ipſum, niſi in illis priuilegiatis caſibus, & expreſsè nominatis, prout in. §. ſeq. in eos autem, ex multis rationibus prædictis, & forſan etiam in ipſo particulari caſu priuilegiato militãtibus, reſpectu exceſſus commiſſi, ut in ſimili in cauſa illius capitanei prò fiſco fuit ductum, & exequutum, nulla habita ratione priuilegij, vt non niſi
9 coram Cęſare cõueniretur. † Qui tex. §. in eos autem, extenditur per nouam deciſionem Sacr. Conc. Triden. ſeſſ. 7. de reform. cap. 14. & ſeſſ. 14. eod. titu. cap. 5. ꝙ in cauſis ciuilibus mercedũ, & miſerabilium perſonarum, poſſunt epiſcopi procedere, quod priuilegium intelligitur, & declaratur, quando eſt conceſſum ordini, ſin autem eſt datũ particulari perſonæ, a contrar. arg. minus operatur, quia ſubiicitur cenſuris ordinarij, per declarationẽ Clem. IIII. in cap. ne aliqui eod. tit. de priui. lib. 6. & fuit neceſſaria puiſio, vt legislator, ſeu priuilegium concedẽs intelligatur quanto minus poteſt reſtringere authoritatem ſuperiorum ordinariorũ, & ad correctionẽ delinquentiũ, aliorumq. exemplũ, vt non præſtetur authoritas delinquendi ex facilitate veniæ, dixi in famil. ſing. in l. F. num. 1. & vide per Martin. Nauar. optime, in cap. non dicatis. nu. 95. 12. q. 1. vbi dicit per noua priuilegia raro diſpoſitionẽ ipſius c. volentes, procedere in Re-
10 ligioſis. † Nec obſtat quælibet generalis exemptio conceſſa a ſum. Põt. vel loco, vel perſonæ data, vt dum tractamus de cura animarũ, (vbi eſt) & adminiſtratione ſacramentorum, quin epiſcopus, & locum, & perſonã, circa ipſam curam animarum, & ſacramẽ-

torum

torum adminiſtrationem viſitare poſſit, ex conſtitutione cap. per exemptionem, eod. tit. in 6. & iux. reſcriptum eiuſdem Conc. Trid. ſeſſ. 7. de reform. cap. 8. ſeſſ. 21. eo. tit. c. etiam 8. & optima ratione. Cum habeat regimen omnium animarum ſuæ diœceſis, ut exinde ipſe dicatur caput totius: ex not. per Doct. in c. cum non liceat, de præſcript. propterea dixit tex. c. 8. *Excluſis appellationibus priuilegijs, & con-*
11 *ſuetudinibus*. † Illud autem dictum ſupra nu. 7. de ratione delicti, non obſtante exceptionis priuilegio, ꝙ cognoſcat ordinarius, eſt ex miniſterio legis, quæ ſtatim dat iuriſdictionem. arg. c. cum dilecti. de foro compet. Doct. in cap. fin. eod. tit. vbi ad plenum. Abb. in cap. ſi diligenti, ex congruenti ordine Iuſtitiæ, ne ex tarditate adeundi primum ſuperiorem, & ex defectu iudicis, animi delinquentiũ ingrauescant, & eueniat ſecus, quàm a concedente exemptionem, cogitatum fuerat, cum exemptionẽ ab ordinario dederit propter honorem, & quandam præeminentiam, nõ ad delicta committenda, (etſi Archiepiſcopus ſit, q delinquat, adhuc epiſcopus contra ipſum procedit, ex quo in ſua diœceſi, dummodo non ſit ſuus Archiepiſcopus, not. in d. c. cum inferior. arg. l. apud eum. ff. de
12 manumiſſ.) † Inde ad propoſitũ notanter dixit Fel. in c. inſinuante. col. 2. de for. comp. ſequutus Abb. in c. ſane, eod. tit. nu. 1. ꝙ ratione rei ſitæ in loco, conuenitur quis coram eo iudice, non obſtante, ꝙ in ſua exemptione fuerit dictum, vt non poſſit conueniri niſi coram Rege, & ſequitur Iulius Clar. lib. 5. recep. ſent. §. fi. q. 38. quod dictũ ampliaui in fami. ſing. in l. A. nu. 114.

ſed iudex regius in facto diſtulit iudicare, attendens ſolum generalem litteram priuilegij, veritus errorem committere, & ſtare in ſyndicatu, ut fuerit neceſſe ſuperiores adire, & ſic incidit in id, de quo dubitauerat, ſed alia ratione. *Spiritus enim viuificat, ſed littera occidit.* 2. ad Cor. cap. 3. & vide in iiſdem famil. in l. P. nu. 101. vbi diuerſimode allegantur loca doctorum ſu-
13 pra adducta. † Nec eſt mirum ſic procedere, quia multum attendũt legum latores, vt priuilegia non extendantur extra caſum conceſſum, licet quãdoq. procedant: ſicuti dixit in uno caſu Innoc. in c. ex ore, de priuil. ꝙ clericus ratione clericatus ſortitur forũ eius epiſcopi, qui eum ordinauit, quod obſeruari numq̃ vidi, nec crederẽ poſſe attẽtari, quáuis magna ſit authoritas Innoc. & eum imitatur Abb. in eod. cap. nu. 6. nam cum tex. ille Conc. Trident. ſeſſ. 23. de refor. c. 3. velit, ꝙ epiſcopus ſuis ſubditis conferat ordines, & ex cauſis ibidem adductis, & ex aliis, ut puta quia epiſcopi iuſte non reſident, per ſpatium temporis, & vadunt clerici ordinari ab alijs, infinitus eſſet numerus ſuperiorum, præter ordinarios.
14 † Quòd autem ſic interpetranda ſint omnia, & ex fauore publico, cũ interſit Reipublicæ delicta puniri. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & ſecundũ morem prouintiarum, vbi committũtur. ff. de extraordin. crimi. l. fi. Alph. Alua. in ſuo Specul. c. 75. fol. 419. verſ. 8. vnde tali reſpectu nulla exemptio operatur, vt delicta non corrigantur, ex allegato decreto Conc. Trid. ſeſs. 7. de reform. c. 3. ſeſs. 14. eo. tit. c. 4. etiã extra actum viſitationis derogando oĩbus, prout ſingula verba dicti c. ponderan-

da ſunt. Et priuilegiũ meretur ammittere, qui commiſſa ſibi abutitur poteſtate cap. tuarum. verſ. verum de priuil. vbi optima glo. in verb. priuilegii, cap. priuil. 11. quæſt. 3. notando, cum Conc. Trid. expræſſe mandet delicta, & exceſſus puniri, non obſtantibus quibuſcumque, ſi de nouo impetretur priuilegium exemptionis nõ facta derogatione exprçſſa Concilij, adhuc exemptio data nõ liberat, vbi delinquitur, quia debet de Concilio fieri mentio, ex notab. deciſione Honorij III. in cap. ex parte. de capel. mon.
15 † Sed dubium eſt in practica, ſi exempto delinquente, fugienteque a loco delicti, quomodo procedet epiſcopus contra ipſum, aut quo pacto poterit illum citare, & contra eum exequi, & Gemin. notat in c. Romana. §. contrahẽtes, de for. cõpet. lib. 6. diſcurrens, ꝙ poteſt citare, et contumacem facere, ſed in exequutione auxiliũ inuocabit, non tamẽ excõmunicabit, cũ ſit extra territoriũ ſuum, ſed bene quando inuenitur in territorio, & tutius eſt in requirendo iudicem loci, etiam, incitando, vt ibidẽ col. 4. Cum nec verbalem citationem extra territorium facere poſſit, vnde de modo docet Couarr. in pract. qq. c. 11. nu. 7. vbi vide, quia bene diſcurrit more ſuo: dirigendo litteras ad Iudicem loci, vt ibi illum citare permictat. Alber. in l. I. ff. de requir. reis, omnino. Cagnol. in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. not. Iulius Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fi. quçſt. 31. verſ. ſed hæc quidem. appellans has litteras ſubſidiales, ſiue in ſubſidium iuris, & ſi Iudex requiſitus noluerit permittere, auxiliumq. præſtare ad ſuperiorem recurrendum eſt, dicit Couar. qui coget Iudicem requiſitum ea exequi, & auxilium præſtare, licet poſſet dubitari, ſi cognitio ſpectet, de quo in capit 11. latius diſſerit, & facit bonus tex. quẽm allegat. in cap. nullus de iur. patron. & poſtea facta citatione, de conſenſu illius iudicis in diœceſi ſua excõmunicabit, cum in caſum excõmunicationis incurrerit Abb. ſingulariter in cap. 1. de raptor. & alius tex. cap. poſtulaſti de for. cõpet. Quòd epiſcopus loci, vbi clericus delinquit, fert ſententiam contra ipſum, etiam priuando eum beneficio, alibi exiſtente, & is epiſcopus, in cuius diœceſi eſt beneficium, exequetur ſententiam, & glo. adit vnum, quando crimen eſt graue, ꝙ etiam epiſcopus loci exequetur, & ſupra cap. 16. nu. 21. in qua materia difficile eſt admodum conſulere propter contentiones iuriſdictionum, vt non bene ſeruetur dictum gl. c. fi. 92. diſt. Quòd epi mutuum ſibi prçſtare debent auxiliũ, volentes, ꝙ quilibet in ſuis, & non in alienis procedat, quod eſt falſum per omnia ſupradicta.
16 † Et propterea accedatur ad deciſionẽ Conci. Tri. ſeſſ. 24. de refor. c. 11. qui tex. notabilis eſt, & frequens hodie in curiis, tam eccleſiaſticis, quàm Regiis ꝓpter conformitatẽ iuris cõis, ampliando ad omnes exẽptos delinquentes, prothonotarios, Acolitos, & alios maxime capellanos Regios, qui vtinã Regi proprio ſeruirẽt, ſed id obtinent ad deuiãdũ correctionẽ ordinariorũ, ex occaſione laxioris vitç, quã habitu cõceperũt quod, & Inno. III. ordinauerat in ſua Decretali. in c. cũ capella de priui. etiã ad familiares. DD. Card. vt nihilominus reſpectu beneficiorũ ſubſint ordinariis eod. c. 11. §. quç vero, qui tex. cũ capella nouiter cõfirmatus, anguſtias

omnibus

omnibus dedit in eius obſeruatione. ſup.c.17 num.12.cum alio ſimil. tex. eiuſd. Conc. ſeſs. 6 de reform. cap. 3. dum inquit. *Eccleſiarum Prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſus prudenter, ac diligenter intendant, & nemo ſecularis clericus cuiuſuis perſonalis, vel regularis extra monaſteriũ degẽs, etiam ſui ordinis priuilegii prætextu, tutus cenſeatur, quo minus ſi deliquerit ab ordinario loci, tamquam ſuper hoc a Sede Apoſtolica delegato, ſecundũ Canonicas ſanctiones, viſitari, puniri, & corrigi valeat.* Alias ſubdit tex. alterius Conc. Gen. *Sanguis eorũ de ſuis manibus requiretur.* c. inrefragabili de offi. ordin & pro dicto c cum capella multa adnotauit ipſe Couarru in eiſdem pract. qq.c.11.nu. 5. & pro cap. 1. de
17 priuil. lib. 6.† Nec reſpectu delicti fit remiſſio hoc caſu ad iudicem exẽptionis, quia lex nõ dat, nec nos tribuimus ſicuti etiam ratione contractus, per c. Romana.§.contrahentes de foro compet.lib.6.Specul.de remiſs. Bar.in l 1. ff de eo, quod cert. loc. de qua remiſſione multa diximus in auct. qua in prouincia.C.vbi de cri ag.oport in famil. ſingul. in l. A. nu.114.quia delinquens ſubijcitur iuriſdictioni iudicis loci, vbi deliquit, ex iuriſdictione accidentalis, dicit Imol in clem paſtoralis de ſen & re iud.vt ſic alij per exempla & terrorem arceantur a delictis. l facta.§. fi. ff de pœn.ne delinquentium quis adeo miſereatur, vt in exitum ruinæ cadant, & ſic iniuſta diceiur miſericordia cap.eſt iniuſta 23.quæſt.4.glo. in capit.pulchra 86 diſt (quia & ſi Deus eſt miſericors, eſt etiã & iuſtus, quem negare eſſe iuſtum, ſacrilegium eſt, Aug. de lib. arbitr. lib. 1 in princ.)

Iudex ergo non debet flecti ad lachrymas calamitoſorum. l.obſeruandũ .ff. de offic. præſid. vt denique ceteri tali timore viſę vltionis a ſimilibus reuocentur. cap.frater in vlti. verbis.17.q. 4.& ad prædicta de remiſſione, vide
18 Coua. in ſupercitato c.11.† In quibus caſibus, qui reſpectu ſui varia habent dicta, & quaſi exẽptionis vim ſignificãtia, attente eſt conſiderandum, maxime cum in excommunicatione proceditur, ne ſi fruſtra feratur, contemnatur cenſura, & de iniuſta fiat iuſta, vnde ſubditus delinquens extra territorium ordinarij ſui, in caſu ſuper quo, per ſuum iudicem excommunicationis ſententia eſt inflicta, ex cõmuni opinione nõ poterit excommunicari, cum non incurrerit, Henr. de Bott. de ſynod. epiſc. 3. part.ar. 2 nu. 21 Couarr. in cap.alma mater 1.part. §.10.nu.3.de ſent. excom lib. 6. exceptis aliquibus caſibus ibidem enumeratis Mart. Nauarr. in ſuo Manu cap. 27.nume. 6. nec omitti debet doctrina ipſius Couarru. qui ad. l. fin. ff de Iuriſd. omn. iudic præſtat meliorem intellectum, ideo fit citatio per ſuum iudicem, vt ipſum remittat, & ſi non remittit, non punit recuſantem, licet ſuperiorem adire poſſet, in quo vide gloſ. in ipſa clemen.paſtoralis in verb.
19 more de ſent. & re indic. † Sed reſpectu fori pœnitentialis quando nõ ſunt perſonæ, non datur iuriſdictio in exẽptos, vt quis ratione delicti, & peccati perpetrati teneatur confiteri eidem parocho. in cuius parochia peccatum commiſit. Abb. in cap 1.num.4.de ra pior in cap.quod autẽ nu.5.de pœnit. & remiſs. Coua in pract.qq.c 11.nu. 4. vbi de multis, Iuli. Cla.lib. 5. §.fi.q.38. uerſ. 3.

verſ. 3. Ripa de peſte. verſ. ſed quia, nu.47. Alciatus in cap. 1. nu. 70. de offic. ordin. Domin. Sot. in 4. diſt. 18. q. 4. ar. 2. quo iure communiter vtimur, vt ſic reſpectu pœnæ temporalis poſſit quis ſortiri forum ratione delicti, non reſpectu pœnæ ſpiritualis, firmat glo. in cap. placuit. 16 quæſt. 1. Vt exinde videri poteſt, quàm bonum fuerit reſpõſum transmiſſum cuidam magno viro, qui etiam voluit dubitare ex conſilio iuuenis conſultoris cogitantis cum Bar. velle decidere caſum fori ſpiritualis, vnde inſurrexit ſcandalũ cum murmure, ventilando caſum, perſonam, &

20 locum. † Verum mendicantes, & alij monachi exempti delinquentes capi per epiſcopum non poſſunt, alias incideret in excommunicationem. iuxta not. per Paul. de Leaz. in cap. ſi clericos. de ſent. excõ. lib. 6. & doc. in clem. frequens de exceſs. prælat. ſed cum delinquunt, ſcribendum eſt ſuperioribus cum affixione termini. ex not. in Conc. Trid. ſeſs. 25. de regul. cap. 14. de quo ſupra hoc libro cap. 17. nu. 11. habuit reſpectum Concilium ad ſuperiores religionum, ne ex publica punitione unius ab alio iudice, tota religio nominaretur, & ſic honeſte procedẽdo iuſtitia etiam miniſtretur, pro pur-

21 gatione exceſſum in diœceſi. † Nec ipſi exempti ſuo priuilegio, etiam quòd non recognoſcantur niſi coram Summo Pontifice renuntiare poſſunt, quia vertitur fauor ipſius Religionis, ſeu ſuperioris, ne ſubditus ab alio cognoſcatur arg. not. in c. nimis de iu. iur. c. ſi diligenti. de for. compet. quod de Generali exemptione conceſſa intelligo, non de particulari conceſſa certæ perſonæ ad ſui petitionem, qui poſſet ad ius primæuum, quo ordinario ſubeſt, redire: argum. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. vel quando ſunt Papæ tantum ſubiecti, ſecus ſi alteri. Fel. in in c. P. & Q. nu. 13. de offic. deleg. vel ſuo ordinario, cui primo ſuberat, iterum ſubmittere poteſt, reducendo rẽ ad ius commune: idem Fel. in c. cum acceſſiſſent. in princ. de conſtit. dummodo non ſit in abutendo exemptione conceſſa, per ea, quæ diximus in ſingul. in l. P. nu. 89. & 87. quandò ſumus in priuilegiato delinquente in alterũ priuilegiatum. per doct. in auct. quas actiones. C. de ſacr. ſanct. eccl. ponit Socci. in cap. cum cauſa nu. 6. cum ſeq. de ſent. excom. (ex illo uerbo Acc. in auct. de aliena. & emphit. in prin. verſ. ſancimus in verbo ad imperialem, quod priuilegiatus accipit a priuilegiato.) Quòd autem quis renuntiare poſſit priuilegio conceſſo ad ſui eſſe, probatur in cap. ſi de terra. in fine de priuil. ibi liberum ſit vnicuiq. ſuo iuri renũtiare: ſed non quãdo Papa eximit motu proprio, cum ſine eius licentia, quis priuilegiis, vel indulgẽtiis libertatis renuntiare non poteſt: bonus tex. in c. cũ pro tempore. §. cum, & ſi de Arbi. quia ad ipſum ſpectat ſuper priuilegiis a ſe conceſſis iudicare, de iudic. c. cum veniſſent: inde enim Interpetratio oriri debet, vnde ius prodiit. cap. inter alia. §. vt igitur de ſent. excom. in l. leges.

22 cum ſequ. C. de leg. & conſtit. Princ. † Si autem ab epiſcopo eſt facta exemptio, licet generalis, ſemper dicitur eſſe reſeruatum ius reuerentiale Abb. in cap. cum venerabilis de cenſib. Fel. in cap. cum inter. de re iudic. quod nẽpe ius epiſcopo ab omnibus ſuæ diœceſis, etiam exemptis debetur Boe. deciſ.

ciſ.133. & facit ad q. de liberto exempto, quòd cedat ius reuerentiale patrono l. fi. cum ſua glo. C. de bon. lib. de quo latiſſime dixi, in tract. de dignit. eccl cap. 7. in 2. parte. ad argum. contrariæ partis, & ius epiſcopale ſemper debeatur cap. pen. de priuil. & Mari.
23 Socci. in repet. ipſius tit. ad plenum. † Quia multa debentur epiſcopo, qui a ſe abdicare non poteſt, vnde vbique prædicat, in quolibet loco exempto, immo etiam extra diœceſim, cap. ſcriptum eſt. 6. quæſt. 3. niſi quid expræſſius ſit conceſſum, dicit glo. in clem. 2. in verb. etiam celebrare. de priuil. quæ cōmuniter ab omnibus tenetur, quod non admittitur, cum ſit particulare munus ipſius epiſcopi, cui eſt dictum ab eccleſia, *Vade, & pdica populo tuo*, & ſeſs. 24. Conc. Trid. de reform. cap. 4. ſupra lib. 1. cap. 18. nu. 2. niſi reſpondeatur ſubtiliter, quòd poteſtas eſt in proprio populo, non alieno. per ſupracitata verba, quæ dicuntur in conſecratione epiſcopi iuxta ritum Pontifica-
24 lis. † Sed quæſtio occurrit quotidie, vtrum ordinarius, non valens punire delicta exemptorum, poſſit tamen informationem capere, & illos declarare delinquentes, quod multum importaret. Gemi. notat quòd ſic, in cap. ſi Papa. 40. diſt. & ampliatur, vt etiam tales exemptos delinquēſes poſſit citare ad ipſam declarationem faciendam, prout ſingulariter, in materia aducit Fel. in cap. non poteſt. nu. 3. de re iudi. quē omnino vide. Quia ex tali declaratione poteſt inſurgere infamia: contra illud. *Omnes a natura ſunt boni*, licet quæ ſunt facti decipiant etiam ſapientiſſimos viros. C. de iur. & fact. ign. l. 1. & præualebit contra ipſos talis declaratio, vt eorum ſuperior, velit, nolit, uitet, & puniet, & Papa mandabit, nec dicitur pæna, ſed declaratio, ſeu denūtiatio. cap. paſtoralis. de appell. & ipſa ratione. Dux de Alcala Regni præfectus, quēdam equitem ſanctis Ioannis Hieroſolymitani, qui continuo erat ſeditioſus, & turbabat ciuitatem, conſtito de exceſſibus continuis, mandauit eici a territorio Regio, ſub prętextu ꝙ poterat, ut quem velit Rex, poſſit, vt maneat in domo ſua, ſic etiam quādo incurrerent in aliquam notoriam excommunicationem, poſſunt declarari ad finem, vt euitentur. Ioann. Andr. in c. 1. de priuil. lib. 6. & Marti. Nau. hoc
25 dicto ſepæ vtitur. † Et practicatum fuit veram eſſe opinionem multorum in aliquibus delictis maioribus commiſſis a perſonis exemptis, quas ordinarius non poteſt cognoſcere, vbi de fuga, cum maiori ſcandalo ab ipſo loco timetur, ꝙ poſſunt ab ipſo ordinario capi, & ligati remitti ad ſuum ſuperiorē, ex not. per Abb. quem cōiter ſequuntur Doct. in c. fi. de for. comp. tendentes oēs, vt qua meliori via conſuli poteſt, exceſſus corrigātur, & perſonæ ad bene viuēdū reducātur, ne boni eorū faſtidio laceſſentur, quod recēſui ſupra cap. 8. nu. 8. idq. etiam in clerico obſeruatur, ſi delinquat in vno loco, & adeſt ſuſpitio fugę, ꝙ capiatur, et conſignetur ſuo epiſcopo: Alciat. in c. cum non ab homine. nu. 36. de iudic. ſequitur Iulius Clarus lib. 5. §. fi. q. 28.
26 verſ. 7. † Illud autem Innoc. in cap. ex ore. de priuil. ꝙ negligentia exempti in beneficio non exempto, non poſſit puniri per ordinarium, non videtur omino commune, ſaltem iure nouiſſimo, & fauore eccleſiarum, etiam iure

delegato Sed. Apoſtol. ex pulchra deciſione Conci. Trid. ſæpius ſupr. alleg. ſeſſ. 7. de reform. cap. 8. maxime circa reſidentiam. ſeſſ. 6. eod. tit. cap. 2. quia aliter ſuperior negligens in puniendis delictis, videtur promittere impunitatem, clem. 1. de celebr. Miſſ. & negligentia vnius ſuperioris facit tranſire iuriſdictionem in epiſcopum, vt ſuppleat: per Abb. in cap. cum contigat. num. 25. de for. comper. & in cap. ex tranſmiſſa. nu. 7. de eod. tit. & negligẽtia eſt iuſta cauſa priuandi aliquẽ ſuo exercitio. Fel. in cap. irrefragabili. nu. 1. de offic. ordin. Doct. in c. 1. de ſup-
27 plend. negl. prælat. lib. 6. † Et adeo eſt verum, ꝙ exemptus ratione delicti puniatur ab epiſcopo, quòd ampliatur etiam ad illud fieri mandantẽ, quod, & doct. dicunt ſicte, puniendo tamen in loco, vbi eſt commiſſum, non vbi mandatum. iuxt. doctrinam Bar. in l. ſi vt proponitur. ff. de fideiuſ. per Fel. in cap. fin. nume. 6. & nu. 15. de foro compet. & debet puniri, quia in culpa eſt mandando illicitum, cap. ſi. cum gl. de homic. lib. 6. & mandans ipſe feciſſe videtur. ex l. diuus Claudius. §. item ſenatus. ff. ad l. Corn. de falſ. vt magis peccare videatur dicit Alphõſ. Aluar. in ſuo Specul. cap. 75. fol. 418. iter. 2. de qua. q. Iul. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fin. q. 89. in princ. Mart. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 233. & ꝙ mandãs fieri delictum acrius puniatur, quàm mandatarius, per Marian. Soccin. in cap. ad falſariorum. nu. 47. de crim. falſ. cum vere dicatur ipſe committere delictum. cap. mulieres, de ſent. ex-
28 comm. † Nec eſt habenda ratio tanta ipſius exemptionis, ſeu priuilegij conceſſi, cum exemptiones tendentes ad delicta, & ſcandalum, atq. ad aliorum offenſionẽ reſtringendæ ſint, potius ꝙ̃ admittendæ: dixit Card. in clem. præſenti, de cẽſib. quod dictum firmatur authoritate ſacr. Conc. Trid. alleg. cap. 11. in prin. dum dicitur, *Exemptiones occaſionem laxioris vitę præbere exẽptis, & turbationem in aliorum iuriſdictione*, nec concedi debet priuilegiũ in alterius iniuriam, & præiudicium, cap. paſtoralis, in fin. de priuil. ne qđ pietate conceditur, in aliorum redundet iniuriam, dicitur in Concil. Later. cap. 2. de eccleſ. edific. ne aliter procedendo, approbetur error, cui non reſiſtitur, nolendo contriſtari voluntatẽ peccantium, ſicuti plura aducit Dom. Archiep. Brachar. de morib. prælat. par. 2. c. 9. in conſiderando exemptio-
29 nem. † Quæ eſt ſtricti iuris, ſecundũ Innoc. in cap. dudum. de priuil. nec obſtat illud, fauores eſſe ampliandos. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthu. l. hoc modo. ff. de condit. & demo. nam procedit in firmanda voluntate concedentis, non in ſcandalum Reipub. cuius intereſt delicta puniri. l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. ſupra num. 14. non trãſgrediendo metas priuilegiorum. cap. porro. in fine, de priuil. & ſeruando intentionem cõcedentis priuilegium. c. ex multiplici. §. vnde, de deci. alias ammittatur priuilegium propter abuſum, & contra mentem priuilegiantis. c. ſi. de immuni. eccl. ne magnum inde
30 poſt oriatur ſcandalum. † Ad quod remouendum ſanctiſſima eſt lex, non dari exemptionẽ, aut priuilegium ad euitandum correctionem exceſſuum, criminum, ac delictorũ, qua ceſſante omnes ſubditi eſſent, tam in actu viſitationis, ꝙ̃ extra, epiſcopis etiã, vt Sed.

Apoſt.

Apoſt.de leg.iuxta decretũ eiuſd.Cõc. ſeſſ. 14.de reform.c.4.qui tex. practicatur hodie ab omnibus, non obſtantibus aliquibus priuilegiis, & conſtitutionibus reductis ad terminos iuris communis,& ipſius Conc.vt ſuperius diximus, & ceſſet priuilegium exemptionis,cũ inde ruina, peccata, & delicta procedunt.arg. not. cap. ſuggeſtũ. de deci. gl. in cap.quid per nouale, in glo. fin. de verb.ſignific.l.authoritatẽ. cum gl.C.vnde vi. & alia gl.in l.1. vbi eſt ratio.C. de interd. occaſionem delinquendi nemini dando,auc. ad hoc. §.ille autem. verſ.ſed ne furandi.C. de
31 lati.liber. tollen. in proh. ff §. illud. † Quare vera reditur antiquorũ patrũ ſententia Pontifices maximos, aliosq. Reges non debere eſſe faciles ad præſtandas ipſas exemptiones, maxime vbi qualitas perſonarum non eſt nota, nec ex virtutibus procedit,ſed ad aliorum petitionem, ex quo ſic ſubditorum paci, & quieti intenditur, iuxta extrauag. Mart. Quinti. de empt. & vend. cap. 1. Nec verbis aliorum ſtatim credendo, ſed potius primo probare, quàm ante experiri, dicit Sum. Pont. in extrauag. 1.de pęnis.verſ.nos mala, quia ſicut Natura humana eſt prona ad peccandum.12.quæſt.1.cap. omnis ætas: ſic per exemptiones videtur tribui maior facilitas peccandi, & vide optimam Conſti. Conc.Later. ſub Leone X. anno 1515.incip. ſacro approbante,in communi,fol.115.&c.

DE LAICIS AN POSSIT VISITARI *per epiſcopum, & ſuper quibus.*

CAP. VIGESIMVMPRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio eſt duplex.*
2 *Epiſcopus an poſſit viſitare laicos, & in quibus.*
3 *Laici generaliter coram laico conueniuntur.*
4 *Laici circa ſalutem animarum ſubduntur epiſcopo.*
5 *Prædicare prohibitum eſt laicis.*
6 *Laicus non poteſt, nec debet diſputare de fide.*
7 *Hæreſis delictum ſolũ ab eccleſiaſticis cognoſcitur.*
8 *Iudex laicus an teneatur ſtare proceſſui facto ab eccleſiaſtico.*
9 *Cauſę matrimoniales ſunt ſpirituales, & ſolum ad epiſcopos pertinent.*
10 *Laicus non poteſt eſſe Iudex in cauſa ſpirituali, nec arbitrer. Item nec Vicarius epiſcopi.*
12 *Laici non habent dominiũ ſepulturæ.*
13 *Laicus non poteſt habere beneficium eccleſiaſticum. Sed poteſt eſſe procurator in acceptando, aut reſignando nomine alieno.*
15 *Laicus delinquens in eccleſia à quo puniatur.*
16 *Laici frequentantes monaſteria monialium puniuntur ab epiſcopo.*
17 *Pœna contra laicos rapientes bona eccleſiarum.*
18 *Laici non debet ſtare prope altare.*

Adul-

19 *Adulterium poteſt puniri per iudicē ecclesiaſticum.*

20 *Iudex an poſſit iudicare ſecundum cō ſcientiam.*

21 *Laici viſitātur ab episcopo ſuper omni peccato notorio.*

22 *Notorium crimen quod dicatur.*

23 *Simonia eſt crimen eccleſiaſticum, & etiam laici puniuntur ab eccleſiaſticis.*

24 *Vſurarum crimen punitur ab eccleſia.*

25 *Quæſtio incidēs coram laico de inſtrumento vſurario à quo determinabit.*

26 *Concubinatus punitur per epiſcopū.*

27 *Epiſcopus an poſſit inquirere contra laicos de vitio nefando.*

28 *Sacrilegiū punitur ab vtroq; iudice.*

29 *Epiſcopus debet inſurgere contra ſacrilegos.*

30 *Laici blaſphemi poſſunt puniri ab eccleſiaſtico.*
Iudæus blaſphemus a quo puniatur. nu.eod.

31 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis in quibus caſibus procedunt contra Iudęos & alios infideles, ex l. nouiſſima. S.D.N. D. Gregorij XIII. Pōt. Max.*

32 *Inceſtus puniri poteſt per Iudicem eccleſiaſticum.*

33 *Laici deponentes falſum corā epiſcopo ab ipſo puniuntur.*

34 *Laici torquentes verba ſacræ ſcripturæ grauiter puniendi ſunt.*

36 *Pœna contra falſantes litteras Apoſtolicas.*

37 *Iniuria facta clericis a laico, a quo iudice puniatur.*

38 *Incendiarij excommunicati ſunt.*

39 *Opprimentes libertates eccleſiaſticas arguendi ſunt.*

40 *Decimæ debentur eccleſiæ de iure diuino.*

41 *Laici circa obſeruationē feſtorū ſubduntur epiſcopo.*

42 *Laici debent audire miſſas diebus feſtiuis in parochia.*

43 *Epiſcopus debet prohibere ludos noxios.*

44 *Laici vtentes veſtibus religioſis excōmunicari debent.*

45 *Duella ſunt prohibita, & de pœna cōmittentium. Idem de ludis agitationis taurorum.nu.46.*

47 *Epiſcopi elapſo anno ſunt exequutores teſtamentorum.*

48 *Laici coguntur ab epiſcopo ad obſeruantiam iuramentorum.*

49 *Epiſcopi in his criminibus quomodo procedant.*

50 *Laicus punitus ab eccleſiaſtico de uno crimine, an iterum puniatur à laico de eodem.*

51 *Laici non venientes ad viſitationes ipſorum, an poſſint per epiſcopos excommunicari.*

52 *Epiſcopus quæ attendere debet in uiſitatione laicorum, & magnatum.*

53 *Nathan Propheta, quomodo arguit Dauid Regem.*

54 *Dictum Apoſtoli explanatur.*

1 QVIA omnis iuriſdictio duplex eſt. † Spiritualis, & temporalis, ſicut duo magna luminaria in firmamento cœli: c. ſolitæ, de maior. & obed. c.duo ſunt. 96. diſt. ſuper animas tamen in omnibus præſtat ſpiritualis, cum Dominus dixerit, Petro. *Paſce oues meas.* Ioan.cap.10 & in cap.eod.ſolitæ.verſ. nobis. Sed in temporalibus vnaquæq. per

per ſe ſuum exercet officium, vt laici
ſubditi ſint Regibus, nec turbanda,
ſed adiuuanda venit a ſpirituali, quia
alia eſt ratio cauſarum diuinarũ, alia
ſecularium, de conſecr.diſt.3.cap. ce-
lebritatem. gloſſ. 10. diſt. cap.conſti-
tutiones; vt Chriſtiani Imperatores
pro æterna vita Pontificibus indigerẽt,
& Pontifices pro caſu temporaliũ re-
rum tantummodo, imperialibus le-
gibus vterentur. cap. quoniam. eadẽ
diſt. 10. Fel. in rubr. de maio.& obed.
& ſtatuta ſacrorum canonum Princi-
pum conſtitutionibus addiuuantur,
cap. 1. de no. oper. nunc. Ideo viden-
dum eſt, an epiſcopus viſitans ſuam
diœceſim, poſſit poſt clericos, laicos
item viſitare, & in quibus contra ip-
ſos cognoſcere, vt videri poſſit perfe-
ctius ſuum implere paſtorale officiũ,
ĩ quo plura videbimus; ſed ſuccincte,
& breuioribus verbis, cum de omni-
bus ferè in progreſſu operis particula-
res appoſuerimus titulos, vnde recen-
ſeimus aliqua notabilia, & alio modo,
2 & ſtylo, quàm fecerint alij.† Debent
enim epiſcopi viſitãtes conuocata ple-
be in eccleſia (hoc eis ſecularibus a pa
rochis per tempus nuntiato) docere,
& admonere, vt cuncti fugiant pec-
cata, per quæ ammittitur gratia Dei,
& in baratrũ inferni peruenitur, ideo
à peccatis ſtatim reſurgant, & quod
ſibi nolunt fieri, alteri ne faciant, pri
ma diſt. in prin.& quod eis nõ nocet,
& alteri prodeſt, facere. c. dilecto. in fi.
de ſent. excom. lib. 6. l. in creditore, in
fi. ff. de euict. ſint firmi in fide, credant
reſurrectionem omnium, & diem Iu
dici, in quo vnuſquiſq. reddet rationẽ
(etiam de omni verbo ocioſo, quod
loquutus fuerit. Matth. cap. 12.) rece-
pturus ſecundum opera ſua, ex tradi-
tis in Concil. brach. cap. 1. in 2. in cap.
placuit. 10. q. 1. ſacramenta frequenta-
re; decreta ſacrorum canonum maxi-
me Concil. Trid. diligenter obſerua-
re, maioribus obedire, & alia in gene-
re admonere. Verum creſcente mali-
tia inquiret particulariter ſuper infra-
ſcriptis, vel ad aliorum denuntiam di-
3 ligenter procedat. † Nam licet gene-
raliter laici non niſi coram iudice lai-
co conueniendi ſint, & ab ipſo puniẽ-
di, tamen in multis coram eccleſiaſti-
co etiam: dicit glo. 11. q. 1. in ſum. quæ
ad quinque reducit, & non extendit
vltra. nos enim vlterius, vltra ſpiritua-
lia, & alia, quæ mere eccleſiaſtica di-
cuntur, iuxta dicta per Fran. Vercell.
quem ſequitur Gemin. in c. Romana.
num. 7. de cenſib. ampliando ad caſus
mixtos, qui ab vtroq. iudice veniunt
puniendi, ſublata contradictione in
multis via directa non permittentiũ,
ſed alia ratione ipſis eccleſiaſticis vten
tibus, vt in ſubtilitate, & vigilãtia ſem
per ambulandum ſit. argum. l. pupil-
4 lus. in fin. ff. quæ in fraud. credit. † Pri-
mo igitur de concernentibus vtilitatẽ
animarum, ipſi laici examinari poſ-
ſunt, quia in ipſis epiſcopo ſubdun-
tur, cum ſimus in materia vitandi pec
catum: propterea in omnibus circa
animam iudicio ipſius ſtare debent,
capit. nouit. de iudic. alij in cap. 1. de
Conſtit. quod generaliter procedit cir
ca forum conſcientiæ ad remouendũ
argumenta contraria, ne iuriſdictio tẽ
poralis ſic indiſtincte impediatur. do
cto. in cap. 2. §. ſtatuto de conſtit. lib.
6. Vnde quodlibet ciuile ſtatutũ abo-
lemus, quod ſine peccato mortali ſer
uari nõ poteſt. arg. cap. fi. de præſcript.
vbi

vbi gl. omnis cauſa ratione peccati ſaltem indirecte pertinet ad eccleſiam. eod. cap. nouit. Papa enim tamquam Vicarius Chriſti habet omnes animas in ſua iuriſdictione. Inno. in cap. preſbiter. de ſacram. non iter. & finis canonum eſt dirigere omnes in Deum gl. in cap. cum contigat de iur. iur. Fel. in

5 c. quod ſuper. nu. 3. de maio. & obed. † Secundo laici prædicare non poſſunt, & aliter ab epiſcopo viſitantur, & prohibentur, & puniuntur, quia hoc officium prædicandi ſolum eccleſiaſticis, & approbatis viris reſeruatum eſt. c. cum ex iniuncto in princ. de hæret. & cuiuſcumq; ordinis fuerit laicus, per cap. ſicut, vbi expreſſe id cauetur. eod. tit. de hæret. in Conc. Trid. ſeſs. 5. de reforma. cap. 2. D. Simancas de cathol. Inſtit. de prædic. cap. 49. nu. 1. & 2. cũ ſit præcipuum epiſcoporum ſeſs. 24. eiuſd. Conc. de reform. cap. 4. (laicos intelligendo, non conſtitutos in ordine ſacro dicit D. Franc. Pegna ad Dir. lib. 2. Schol. 8. fol. 36. Marti. Nauar. in Man. capit. 11. nu. 26. & in quo diligẽtia opus eſt, propter conuenticulas viſas fieri.)

6 † Tertio excommunicandi ſunt, & ſi non deſtiterint, vlterius puniẽdi, ſi de fide noſtra chriſtiana diſputare publice, vel occulte præſumant c. 2. §. inhibemus de hæret. lib. 6. de quo Arnal. Albert. de agnoſc. aſſert. cath. et heret. quæſt. 13. D. Simanc. eod. libr. c. 20. nu. 6. Cald. de hæret. tit. de pæn. recept. nu. 11. nam ſcandalum inferunt populo, quia incauta loquutio in errorem pertrahit. cap ſit rector 43. diſt. inde dicit Albert. eod. tract. quæſt. 13. nume 7. in multis fere vniuerſitatibus ſtudiorum, laicos non admicti ad doctoratum theologiæ, niſi prius ſum-pto ordine ſacro, vt ſic poſt doctoratũ non liceat ad ordinem, ſeu ad ſtatum laicalem redire (& hoc quomodo, vere procedat, & an indiſtincte verum in omnibus idem. D. Franc Pegna. lib. 1. Schol 23. col. 4. cum ſeq. fol. 25. & Conrad. Brun. de hære. lib. 6. cap. 8.)

7 † Quarto de hæreſis crimine, & ſuſpitione, nõ ab alio, niſi ab ipſis iudicibus eccleſiaſticis cognoſcuntur, & puniuntur cap. ad abolendam de hæret. cap. vt inquiſitionis §. prohibemus eod. tit. in 6. Simanc. in ſuo Enchirid. tit. 6. vt, nec in eius exequutione, quam iudex laicus exequi tenetur, quouis modo laicus cognoſcere poſſit, de iuſta, ſiue iniuſta, excommuni opinione iure, & vſu approbata, & obſeruata, idem de iudic ſecul. cap. 36. poſt. Alber. q. 25. nu. 44. Iulius Clarus lib. 5 recept. ſent. §. hereſis verſ hoc crimen Eymer. in ſuo Direc. inquiſ. 2. part. queſt. 26. nu. 11. cum ſit crimẽ ab omnibus deteſtandum, & anathematizãdum ſeſs. 25. Conc. Trid. de reform. gen. cap. 2. *Quicumque enim vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat catholicam fidem, quam niſi quiſque integram, inuiolatamque ſeruauerit, abſque dubio in æternum peribit.* In ſymbolo Athanaſ. cap. firmiter, de ſumma Trini. & fid. cathol. Marti. Nauar. in Man cap.

8 11. nu 17 verſ. 2. † Tex autẽ in auct. de ſanctis epiſco. §. ſi uero crimen in princ quem doct communiter ſequũtur, vt iudex ſecularis traditum ſibi, & curiæ ſeculari puniendum, cognoſcat, videat proceſſum, & examinet cauſam an morte dignus ſit, vel non, procedit in aliis delictis, non in mere eccleſiaſticis, doct. in c. cum ſit generale de for. compet. Albert. ead. quæ. 1. nu. 43. 45.

quia

quia tunc is de foro ſuo cēſetur, & ſic quotieſcumq. auxiliū ſui bracchij imploratur. glo. & doct. regni in proœm. Conſtit. ſed in cauſa hæreſis, ſufficit ſciuiſſe tradi, ut hæreticum, vel auxiliū dari contra hæreticum aliquem, vel ſuſpectum de hæreſi, & ſic obſeruatur. Cum iudices ſeculares in hoc parere debeant. c. vt Inquiſitionis de hær. lib. 6. Conr. lib. 4. c. 6. de hæret. & melius, cap. 15. Do. Franc. Pegna ad Direct. lib. 3. ſchol. 99.) Cui proximum eſt, vt ab eccleſiaſticis puniatur aliquis laicus rebaptizans aliquem, ex regula tex. c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. quod delictum iure ciuili pœna vltimi ſupplitij punitur. C. ne ſanct. baptiſm. reit. l. ſi quis. grauiter enim prohibēt ſacri canones hoc fieri. c. 11. can. 13. ſeſſ. 7. Concil. Trid. de baptiſm. victoria, eod. titu. nu. 36.

9 Martin. Nauar. in Man. c. 22. nu. 6. † Quinto viſitantur ſi matrimonia contraxerint rite, & legitime: ſeruata forma ſacri Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reform. matrim. auocando ad ſe omnes cauſas matrimoniales, quas laici iudices non poſſunt tractare, vt can. 11. eiuſd. ſeſſ. eſt diffinitum, per hæc verba. *Si quis dixerit cauſas matrimoniales non ſpectare ad iudices eccleſiaſticos, anathema ſit:* Et vbi contractum matrimoniū aliter inuenerint, procedant epiſcopi ſecundum declarationē ibidem appoſitam, & clem. 1. de conſangui. & affinit. de quo latius inf. lib. de ſacr. c. 8. dicemus, aliqua Nauar.

10 in Man. c. 16. nu. 36. cum ſeq. † Sexto eſt inquirendum, vt nullus laicus, ſit iudex, vel arbiter in cauſa ſpirituali, quod ei aliquo modo non licet, ſed iudicibus eccleſiaſticis. Spec. de ſent. §. 4. verſ. pen. vnde Innoc. III. Sum. Pont. in Concil. Gener. *Ad hoc generaliter prohibemus, ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet, vt laicus in talibus arbitretur,* c. contigit, de arbitr. neq; incidēter, ſubdit gl. licet limitet in rebus mere ciuilibus, quibus nullum ſpirituale eſt annexum, ſic ēt nulla negotia eccleſiaſtica, vt principalis tractare, de iudic. cap. decernimus, cū ſeq. & optime in hoc caſu Couar. in prac. qq. c. 35. num. 1. verſ. 2. concluſio: refellens contrariam opinionē, quamuis ratione ſocietatis, aliquando poſſit eſſe laicus arbitrer de cauſa ſpirituali ſimul cum clerico, c. per tuas, de arbitr. quem tex. adducit ipſe Couar. eod. lib. c. 34. col. 2. Epiſcopus tamen numq̄ cōmittet laico cauſam ſpiritualem. Solus. n. Papa poteſt.

11 gl. in d. c. contigit. Septimo ſimile dicimus, vt nec laicus Vicarius epi eſſe poſſit, licet bene aſſeſſor, vt ſaltē hoc modo reddatur valida conſtitutio epi. Bal. in eod. c. decernimus. col. 3. & doct. per Arnon. Comenr. 45. in quibus eps ſollicitus eſſe debet: negantes doctores, ēt, non ſolum de vicariatu generali; ſed etiam de foraneo, qui idē eſt ſpiritualis, tractareq. dicitur ſpiritualia, prout infra de vicarijs eccleſiarum latius dicturi ſumus, nec indirecte, ꝑut aliqui faciunt, & male affictantes fructus epiſcopatuum, cum tacita iniūcta omni iuriſdictione, licet apparēter clericus conſtituatur vicarius, tñ ipſi laici affictantes oīa adminiſtrant, in quàm pluriū ſcandalū. quod nota.

12 † Octauo, quàmuis videamus laicos ſepulturas, quibus eorum cadauera inferātur accommodare, tamen dominium non habent ſepulturæ, quæ ſpi-

ſpiritualis dicitur.§.nullius. de ret.di-
ui.inſtit. ideo nihil exigendum. cap.
abolendę de ſepult. nec per quālibet
conſuetudinem,de ſimon.cap. non ſa-
tis.cap.audiuimus,cap.ad apoſtolicam
ſed bene poſſident ius funerādi, quod
non eſt mere ſpirituale,ſed annexum,
& hoc ex gratia eccleſiæ, vt cogitent,
vbi manere habeant, & quia laudabile
eſt apud maiores ſuos quēquàm ſepel
liri,ex conſuetudine patrum veteris te
ſtamenti, cap. fraternitatem de ſepult,
ideo epiſcopus viſitans examinet, quo
iure capellas teneant, & ſepulchra, &
per documenta, & antiquos libros vi-
deat,alias procedat ſecūdum iura, an-
nullando ſupra lib.1.cap.25.vbi de ſe-
pulturis diximus, non ſemper a ſcri-
ptis ſuper inde arguendo, quando nō
ſunt antiqua,nam ponuntur frequen-
tius dicta ad honorabilem memoriā
alicuius defuncti, vt in multis vide-
mus,etiā de hoſtibus in hoſtibus,Nea
poli in eccleſia ſanctæ Mariæ de Noua
ordinis ſancti Franciſci de obſeruan-
tia,in capella magna exempla viden-
tur,quod adeo laudabile iudicatur, vt
Summi Pontifices aliis benemeritis
fieri curarunt,ſicut ſuperioribus annis
Pius Quintus Sum. Pont., Speculum
omnis ſanctitatis, non ſolum in vrbe
in eccleſia ſanctæ Mar. ſupra Miner.
ad æternam famam Pauli Quarti Pon
tificis, ſed etiam Neapoli in eccleſia
Metropolitana prope altare maius.
Alphonſo Caraphę.S.R.E.Cardinali,
& Archiepiſcopo,ſumma pietate fieri
mandauit, vt ſi & ipſi immortalitatē
conſeruarunt exinde ? maiorem ip-
13 ſe adeptus eſt.† Nono inquiritur dili-
genter ne quis laicus purus habeat ali-
quod beneficium eccleſiaſticum,cuius
omnino incapax eſt, de reſcript. cap.
cum adeo per glo.& doct. in cap. 2.de
inſtit.reiecta opinione glo. ibidem vo-
lentis, quòd ſi incedit habitu,& tonſu-
ra erit eccleſiaſtica perſona,cum com-
muniter contrarium ſit verum, in cita
to cap. cum adeo Staphil. de grat. ex-
pect.nu.36.Gomeſ.eod.tract. nu. 89.
immo ſi habuit beneficium primo, &
poſt accepit primā tonſuram,non pro-
deſt ei,ſed beneficium vacat, nec con-
ualidatur ex poſt facto, quod inualido
principio proceſſit glo.fin.reputata no
tab.in cap ex litteris de tranſact.quod
expertus fuit amicus ille, qui tonſurā
poſt beneficium accepit, vnde ad fru-
ctuum reſtitutionē obligatus extitit,
& compoſitione cū Cammera ſe adiu
uit, obtinendo de nouo beneficium,
& quod dicitur de præbendato, non
intelligas de canonico.cap.cum M. de
conſtit.glo.in capi. ſi ſuper de offi. de-
14 leg.lib.6.† Secus autem in acceptādo
beneficium,ſeu in reſignādo pro alio,
quia bene pōt eſſe laicus procurator,
& pro illo inſtitui,ſcilicet principalis p
procuratorem per not.in c.1.de pro-
cur.lib.6.Ioan.Andr. in cap. accedens
de pręb. Ioan. Brunell. in repe. decre.
pri.de homic.1.part. nu.4. quo dicto
cōiter hodie vtimur,& in Curia obſer
uat.Et effectus renuntiationis ſeu reſi
gnationis reſpectu loci, vbi ſequitur,
conſideratur,nō conſtitutionis procu
ratoris.Archi.in c.2.de pręb.lib.6.vbi
per doct.in glo.in clem.1.in verb. col-
lato, vt lit. pend. & eſt dictum notan-
dum pro materia, vbi dicatur benefi-
cium vacare,& notat.Gomeſ.in regul.
Cancel.de infir.reſignant.quæſt.33.in
15 fine.† Decimo debet in laicos animad
uerti, ſi in eccleſia delinquant per epi-
ſcopos,

ſcopos,& puniantur, & excommunicentur,ſecundum vnam opinionem, alii vero dicunt contrarium,& fuit allegatum in cauſa Neapolitana, quòd laicus delinquens in eccleſia puniatur per iudicem ſecularem:adducendo Iulium Clar. lib. 5. receptar. ſent.§. fi.q. 38.verſ. vide etiam.Alphonſ.Aluar.in ſuo Specul.c.55.verſ.1.dummodò nō per viam ſacrilegii: cautius agendo propter rumores occurrentes, vt vidiſti,& opinio Cyni in l.preſenti verſ.2. quęro.C.de his quid ad eccl.conf.videtur æquior,& reſpectu offenſæ,cui fit, & loci,in quo fit,quia Deo,& in loco ſacro ad quæſtionem de ſacrilegio, vt

16 ſuo loco dicetur. † Vndecimo poteſt epiſcopus inquirere contra laicos, de frequentatione monaſteriorum, turbant enim perſonas deditas continuo cultui diuino,in quo caſu ipſi laici efficiuntur de foro eccleſiæ Abb. in cap.1 monaſteria.de vit.& honeſt.cler.& dictum eſt ſupra cap.18.nu. 61. & propter cauſam iuſtam Curia ſecularis ſe præbet fauorabilem ad carcerandum, etiam vltra excommunicationem,quã ipſo facto imponunt nunc ſuperiores eccleſiaſtici; quę eſſet mitiganda propter multitudinem incurrentium, & aliorum,qui nomine alieno accedunt, hæc dicta adiuuant proximiorem ca-

17 ſum. † Duodecimo ſi vſurpant bona eccleſiaſtica,vt ſacrilegi puniuntur, & ad reſtitutionem compelluntur Abb. de for.compet.cap.conquæſtus.immò excommunicationem incurrunt. vide ſupra hoc lib.cap. 10. nu.12.quod attente prouidendum eſt,ne incidendo, in hoc peccatum perſiſtant in perditionem animarum ſuarum: & infra. nu.34.ſed dicit Abb.generaliter loquēdo:Si quis uſurpauerit res eccleſię,ſed non frangerit hoſtia eccleſiæ, non eſt excommunicatus ipſo facto:ſed venit excommunicandus. in cap. ex litteris. de furt. ſed per decretum Concil. ibidem adductum,ſeſs.22.de refor. cap. 11.eſt ſecus,quia ſtatim,ibi *anathemati tamdiu ſubiaceat*, &c. vide Nauar.

18 in Man.cap.27. nu. 69. † Tertiodecimo dum celebratur in eccleſia,monendi ſunt ipſi laici, ne prope altare accedant, ſed retro ſtent cum deuotione, vt ipſi celebrantes non impediantur, aut diſturbentur cap. vt laici de vit. & hon.cler.ſed bene ratione communionis dicit tamen ibi Abb. quòd in loco conuenienti poſſunt ſtare,& cãtare deficientibus clericis cantoribus, prout continuo videmus, licet non ſtent cũ ea qua decet reuerentia,reſpectu ſacerdotum,& poſuimus hunc caſum,nam ex euentu temporis,& propter quæ occurrerunt,opportuit ſententiam excōmunicationis apponere vide ſupra lib.

19 1.cap. 21.nu.19.† Quartodecimo ſuper adulteriis ſtante maxime publica fama, poteſt epiſcopus laicos viſitare, inquirere,& corrigere,& iudicare ſecũdum canones in cap.1.de offic.ordin. cum ſit etiam crimen Eccleſiaſticum, ſcilicet mixti fori. Iulius Clar. lib. 5.§. fi.quæſt.57.verſ.3.& in §.adulterium. Alci. & alii in eod. cap. 1. fortius, ſi duas quis in ſimul habuerit vxores, q. citetur inſuper,quomodo ſentiat de ſacramento matrimonii, vt latius in libro de ſacram.cap. 8. dicemus,contra opinionem multorum negantiũ procedi hac forma,retuli ſupra hoc libro. c.53.nu.32. de adulteris inquit Apoſt. in prior.ad Cor. c.6.*Adulteri regnum*

20 *Dei non poſſidebunt.*† Et notandus eſt

tex.

tex ille in cap. 1. de offic. ordin ex glo. ibid. dum dicit, *Secundum, ꝙ canones cenſent*, vt iudex non iudicet, ex ſua conſcientia, ſed per allegata, & producta. doct. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid. alia gl. §. quando autẽ. 11 quæſt. 1. & exinde eſt argu. ad illam quæſtionem, Vtrum iudex, cui a parte in ſecreto eſt confeſſum verum, & ab actis non poteſt conſtare de veritate, debeat iudicare contra illam confeſſionem veram in ſecreto ſibi factam, poſt S. Tho. 2. 2. quæſt. 67. ar. 2. Fel. in cap. cum venerabilis, de except. ad quæ faciunt omnia dicta in famil. ſingul in l. I. nu. 60. concludendo, quòd debeat ſecundum allegata iuxta receptiorem ſententiam, & ad aliam quæſtionem ſimilem. Faciens ſecundum conſcientiam, licet contra iuſtitiam ſcriptam, non incidit in pœnas. cap. cum æterni de re iudi. lib. 6. Bal. in l. fi. poſt nu-
21 me. 3. C. de pæn. iud. qui mal. iudic. † Decimoquinto viſitabuntur, & corrigentur ſuper quocumq. crimine notorio, in quo ſic procedet epiſcopus, vt laicus. Fel. in cap. cum ſit generale de foro compet. Alphonſ. Aluar. in ſuo Specul. cap. 77. verſ. & eccleſia, aducit Abb. in cap. ſi de ſepult. Cagnol. in l. ſi qua illuſtris. C. ad offici, Montel. in pract. quati. litt. arbitr. 4. part. num. 114 & ex ea ratione, vt ſcandalũ aliorum remoueatur, quia Morbida facta pecus totum corrumpit ouile glo. in extrauag. vas electionis. Bened. 12. in prin. & alia in c. ſacroſan. Ioan. 22. de relig. domib. in verbo inceſſanter, ſupra lib 1. c. 3. poſt num. 13. congruam adhibendo medicinam peſtifero morbo. in alia extrauag. Vrbani Quarti. incip. ſane, ne in vinea domini. §. nos igitur. nam proterui non cognoſcentes mala ſua, & exaltantes bona ſua apertis rationibus confundantur. dicit D. Archiepiſ. Brachar. de morib. præl. 2.
22 part. cap. 9. col. 4. † Et dicitur ad propoſitum crimen notorium, quod fit coram populo, vel eius maiori parte, quod nullla tergiuerſatione celari poteſt. Innoc. & alii. in cap. veſtra, de cohabit. cler. & mul. Iulius Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 9. in princ. & alio modo notorium dicitur declaratum per ſententiã, vel confeſſionem in iure, aut euidentiam rei. Mart. Nauar. in Man. cap. 21. nu. 55. in fine, glo. ponit in cap. ex tenore de tempor. ordin. & in cap. licet Hely. de ſimo. quia aliter vindictæ ratio conquieſcit cap. chriſtiana 32. quæſt. 5. vnde epiſcopus in peccato notorio non faciliter requirit monitionẽ, ſed ad excommunicationẽ procedit. Abb. in cap. illud de cler. excom. & Vbi pœna imponitur a iure ipſo facto, & eſt notoriũ aliquem errare, non ſententiã requirimus, ſed exequutionem, licet cautius agitur declarando, de quo tractant doct. in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. & habetur in cap. cum ſecundũ de hæret. dixi vnum verbum in famil. ſingul. in l. R. nu. 52. (ſed in ipſa declaratione debet pars citari, & poteſt appellare. vide quomodo bene tractat Fel. in c. Rodulphus de reſcrip. nu 41. 42. 43. de quo eſto memor in factis notoriis pro declarando quem incidiſſe in excommunicationem) quando vero occultum, & quomodo. vltra Nauar. per Albert. de agnoſc. aſſer. hæret. quæſt. 33. nu. 2. & de notorio, & publico, dixi etiam ſupra hoc lib. cap 3. nu. 37. pro tex. Conc. Trid. ſeſs. 14. de reform. cap. 7. & ſeſs. 24. de reform. gener.

23 gener. cap.6. † xvj. item de ſimonia iudicantur laici ab eccleſia, cum ſit crimen mere eccleſiaſticum. gl. in alleg. c. 1. de offic. ordi. Clarus in. §. ſimonia, verſ.7. tam per ſe, quàm de confidentia, quod ſimile iudicamus, pœnas eaſdem irrogando, iuxta nouiſſimas Conſtitutiones Pij Quarti, & Pij V. Rom. Pont. diligenter præſcrutando factum, propter cenſuras appoſitas, et mediatores ipſo facto excommunicando. cap. fin. in extrauag. com. de ſimo. & vbi eſt inuentum per mediam perſonam a clerico obtentum beneficiū, etiam ignoráter excommunicatio incurritur a medio, & clericus renuntiet beneficium, licet poſſet poſtea obtinere, quando tamen ipſo ignorante. Et attendendum eſt, an ſimonia ſit contracta in ordine, vel beneficio, & vtroque modo celebrando contrahitur irregularitas. Couarr. in clem. ſi furioſus. prima part. §. 1. num. 5. de homic. & ponit Abb. in cap. accuſatum de ſim. Nam ſuſpenſus a iure, ſe ingerés diuinis, efficitur irregularis. doct. in cap. fin. de cler. excommu. min. Moder. in cap. 1. de ſent. & re iud. lib. 6. De mediatore ſimoniaco puniēdo eiſdem pęnis. Abb. in capit. cum ſuper num. 3. de confeſſ. & vide in dicta Cōſtitut. Pij Quinti incip. intolerabilis multorum. 1569. anno 4. & in alia incip. cum primum. §. & vt ſimoniacæ. 1566. ann. 1. in quibus iura antiqua

24 renouantur. † xvij. Poteſt inquirere viſitando ipſos laicos ſuper crimine vſurarum, criminaliter puniendo. Couarru. lib. 3. var. reſolut. cap. 3. Iulius Clarus. lib. 5. §. vſura. uer. 8. & qō. 37. verſ. 1. gloſ. in eod. cap. 1. quia cum ſit deteſtabile crimen, epiſcopus viſitando repræhendere debet, & prohibere eos ſepelire (ſi notorij ſunt) gl. in auc. dominum, de ſepulchr. viol. cap. quia in omnibus, de uſur. & cum text. in cap. præterea eod. tit. etiam per inquiſitionem. Soci. conſi. 209. nu. 3. volu. 2. Marant. 6. par. de Inquiſit. nu. 106. & in quinta diſputatione, dixi ī famil. ſing. in l. 5. num. 54. 56. Paul. in clem. 1. de vſur. & quòd in contractibus cēſualibus moneat oēs, & notarios ipſos ſeruare diſpoſita in Bulla Pij Quinti Pont. Maxim. incip. cum onus 1568. an. 4. quam verbatim refert, & gloſat optime Martin. Nauar. in ſuo trac. de uſur. ſuper cap. ſi fœneraueris. 14. 4. 3. fol. 28. not. per 50. qq. Vbi doctiſſime more ſuo omnia diſcurrit, ut exinde tanto optimo uiro, qui in vltima ſenectute plenus dierum poſitus continuo publicę vtilitati ſtudet prodeſſe, ab omnibus vita ſit optanda, & à Deo omne bonum animæ, & corpori, licet ſit inſtatum ſeruari Bullam Nicolai V. inci. ſolicitudo paſtoralis officij. an. 1452. maxime in Regnis Siciliç, & Aragon. ſed cum ſint res maximi momenti, & cum Principibus agatur, nōdum eſt quid aliud declaratū.

25 † Quòd adeo eſt in ſe verum primum dictum, ꝙ ſi quæſtio incideret coram laico de inſtrumento, ꝙ ſit vſurariū, ſtante vero, et coram eccleſiaſtico tractabitur. doct. in c. 1. de vſur. lib. 6. Alber. latiſſime de agnoſ. aſſert. cath. q. 25. nu. 52. licet puniatur ad pęnā poſt declarationem factā. Alci. de offic. ordi. c. pernicioſam. nu. 8. & nu. 77. & poſitum eſt hoc verbū, ꝙ hoc crimē dicitur peccatum quaſi contra naturā. eod. ſing. 56. Albert. in rub. de uſur. lib. 6. non tñ ab inquiſitoribus puniēdū, niſi aſſerēdo

non eſſe peccatum. Siman.de vſur. tit. 66. in cath. inſtit.& Nauar. in 5.not. nu 7.eod.c.fol.3.(licet poſſint compel lere ad reſtitutionem uſurarum. iuxta reſcriptum Vrbani IIII. incip. conſultus fęl. poſitum per Eym. in ſuo Dire
25 ćto.2 par.fo.85) † xviii.Deteſtando, puniendo,& excommunicando ſuper concubinatu ex nouiſſima cōſtitutione Conc. Trid.ſeſſ.24.de reform.matri.cap.8.in ſolutis, & fortius in uxoratis. Eſt.n. crimen eccleſiaſticū. Phil. Port. conſ.21.num.17. lib.1.denegando abſolutionem, quouſq concubina relaxetur, cum propoſito ad eam non redeundi amplius. Marti. Nauar. in Man.c.16.num.20.cum ſeq. (& ex cōmuni practica ſeruata,ꝙ citetur,& caueat non redire ſub pœna periurii, vel altera,) & cum Concilium præſtet iuriſdictionem, impediētes procedi, incurrunt excommunicationem Sanct. Dom. N. contentam in Bulla maiori, contra impedientes prælatos vti ſua iuriſdictione, vide Iul.Clar.§.fornicatio.verſ.& in primis, & in.§.fin. q.37. verſ. quęro etiam. corrigendo ius ciuile non prohibens. tot.tit.ff.de concub: quàmuis de iure Cod. in uxoratis tm̄ Imperator conſt. prohibuerit .l. 1. C.
27 eod. tit. † xix. Poteſt inquiri de vitio nefando, & corrigi, per quod venit ira Dei in mundum. in auct.vt nō luxur. contr.nat.& Ioſeph non pepercit fratribus ſuis, ſed accuſauit eos apud patrē de crimine peſſimo.Geneſ.c.37. & cognoſcēdum ab vtroq. iure. idem Clar.in §.ſodomia,verſ.3.ead.q.ver.5. Vnde laici excommunicandi ſunt,& a cętu fidelium fiant pęnitus alieni, ex reſcripto Alex.III. ſum. Pont. in Cōc. gen.de quo in c.4.de exceſſ. præla. & vbiq. ex communibus legibus inſurrexit pœna maior, ſicuti contra eccleſiaſticos ſanxit Pius V. Pont.Max. in ſua conſt. incip. horrendum,de qua multa ponit Mart.Nauar.in Man.cap.27. num.249. vbi vide,Et ex ipſo crimine infamia ipſo iure, & irregularitas ex communi omniū Doct. ſententia contrahitur.Couar. in clem.ſi furioſus.1. par.§. 1. nu.4.de homic.Archi.in cap. infames.3.q.7. (vnum verbum epiſcopus Vultu. de irre.& cano.impe.lib.5.
28 c. 43) † xx. de ſacrilegio ponunt Doćto. in ſæpius citato,c.1.de offic.ordi. licet Clarus ead.q.verſ.6.ponat dubitatiue,ſed determinat Abb.in c.cęterum de iudic.etiam ꝙ poſſit per laicum,cū ſit mixti fori. idē Abb. de ſpōſ. duor. cap. accepiſti, & excommunicatio imponitur contra ſacrilegos, per Clem. III. in ſua decretali. cap. conquæſti.de ſent.excom. vbi gl. quando ſit excommunicatio ipſo iure,vel venit imponēda,de quo tractat pleniſſime Mar. Nauar. in Man. c.17.nu 95.&c.27.poſt nu. 94. & ꝙ ſit eccleſiaſticum, etiā eſt glo.in c. Ad Apoſtolicæ,ī verb.ſacrilegium de re iudi.lib. 6. ponit Affl.in l. multæ leges de cri. ſacril. in cōſt.regn. cuius dicta ſunt plana, quàmuis a ſe-
29 quacibus calumnientur. † xxi. de ſortilegiis, inquirendo,quod admittitur in gl. citata, & Iul. Clar. in §.hæreſis. verſ. fin.Paul. Grill.de ſortileg.contra quos ſortilegos inſurgere debet epiſcopus viſitans.Paui.de uiſit.2.par.qō.2. nu.27. & aduerte, ne ſint tales ſortilegi, ꝙ mereantur contra ipſos procedi de hęreſi.Siman. in cath.Inſtit.tit.62. nu. 2.& in ſuo Enchirid.tit. 8. & talia ſortilegia ſequentes ab eccleſia debent haberi extranei. c. aliquanti. 26.q.5.&

ex

ex pæni. Theod. per quadraginta dies pæniteãt, c. 1. de ſortil. & de modis po nit multa Naua. in Man. c. 11. nu. 29.
30 cum plur. ſeq. † xxii. Viſitentur ſuper crimine blaſphemiæ, ſi fortè ſint procliues, corrigantur, & puniantur, cum etiam poſſint inquiri, Clarus in §. blaſ phemia. verſ. 5. Marant. 4. par. diſt. 11. nu. 10. & epiſcopus debet publicare indulgentiam decem annorum deferẽ ti puniendos blaſphemantes. In Conc. gen. Lateran. ſub Leon. X. deteſtando hoc peccatum, cum ſit ſacrilegiũ contra honorem debitum Deo, & ſanctis, nec excuſat aliqua cõſuetudo. Albert. de agnoſc. aſſert. cath. q. 6. nu. 26. licet aliud, & non bene Franc. Marc. q. 509. nu. 2. par. 1. dixerit: plura adducit ex variis legibus, & quid ex conſuetudine, Couarr. in repet. c. quamuis. §. 7. nu me. 8. vſq. ad fi. de pact. lib. 6. & Nau. in Man. c. 12. nu. 81. cum plur. ſeq. (qñ vero ſit in eis ſuſpitio de hæreſi, per Eymer. in Direc. par. 2. q. 41. & an con tra ipſos procedãt inquiſitores, & qñ. Affl. in l. 1. de hæret. nu. 53. in conſtit. regni.) Sed Iudæus blaſphemus remanet in terminis iuris cõmunis, vt a ſolo iudice laico puniatur. Franc. Marc. ead. q. nu. 3. Iuli. Clar. ĩ ipſo. §. verſ. ſed pone, cũ generaliter Iudæi non ligẽtur conſtitutionibus, & cenſuris eccleſiaſticis. not. in c. 1. per omnes doctor. de conſt. in c. poſtulaſti. de Iudæ. *Quia de his, quæ foris ſunt, nihil ad nos*. 1. ad Cor. c. 5. Marquad. de Suſ. in tract. de Iud. & infid. 2. par. c. 8. quia ius commune in eis regnat. dixi in famil. ſing.
31 in l. 1. nu. 55. † Sed tamen ad remouendum difficultatẽ, & propter cõtinuos exceſſus ipſorum iudæorum in noſtrã Religionem chriſtianã, ex nouiſſima lege S.D.N.D. Greg. XIII. Pont. Max. incip. Antiqua iudçorum. Cal. Iunij. 1581. ann. 10. Inquiſitores procedunt contra ipſos in infraſcriptis caſibus, ibi contentis per hæc verba. *Siquis Iudæus, aut infidelis, in ijs, quę circa fidem, cum illis nobis ſunt communia, veluti Deum vnum, ęternum, omnipotentem, Creatorem omnium viſibilium & inuiſibilium, & ſimilia, nõ eſſe aſſeruerit, prædicauerit, vel priuatim alicui inſinuauerit. Si Dæmones inuocauerit, conſulueritve, aut eorum reſpõſa acceperit, ad illosve ſacrificia, aut preces, ob diuinationem, aliamve cauſam direxerit, aut quid eis immolauerit, vel thuris, alteriusve rei fumigationes obtulerit, aut alia quauis impietatis obſequia pręſtiterit. Si Chriſtianos verbo, facto, vel exemplo, aut alio quouis modo, nefaria huiuſmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, aut perducere tentauerit. Si Saluatorem, & Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum purum hominem, vel etiam peccatorem fuiſſe, Matremve Dei non eſſe Virginem, & alias huiuſmodi blaſphemias, quæ per ſe hæreticæ dici ſolent, in Chriſtianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impie protulerit. Si cuiusvis eorum opera, auxilio conſilio, vel fauore aliquis chriſtianus à fide deſciuerit, quamq; ſemel ſuſceperat, abnegauerit, vel ad Iudęorum, ſeu aliorum infidelium ritus, cæremonias, ſuperſtitiones, vel impias ſectas tranſierit; vel redierit, ſeu in hęreſim aliquam inciderit, aut qui, vt Chriſti fidem abneget, ſeu in hæreſim incidat, opem, conſilium, auxilium, vel fauorem, quomodocumq; pręſtiterit. Si quis Cathecumenum, vel quemcunq; ex Iu-*

dæis, aut infidelibus Deo inſpirante ad
fidem Chriſtianam venire volentẽ, poſt
declaratam nutu, verbo, facto, aut quo-
cumq́, alio modo eius voluntatẽ a fide,
vel fidei, inſtructione, aut a ſacri Baptiſ
mi ſuſceptione retrahere, auertere, vel
debortari, aut ne ad fidem veniat, neve
regenerationis lauacro abluatur, quo-
uis modo impediuerit. Siquis apoſtatas,
hæreticosve ſcienter domi ſuæ accepta-
uerit, aluerit, cõmeatu iuuerit, ſeu quo-
uis modo eis cibaria vbicumq́, præbue-
rit, aut dona, vel munera dederit, vel
miſerit, aut de loco ad locũ deduxerit,
ſeu aſſociauerit, vel deducendos, ſeu aſ-
ſociandos curauerit, aut ſumptus mini-
ſtrauerit, duces, comitesve illis adiunxe
rit, vel ne ab eis perpetrata deprahẽdi,
aut inueſtigari queant, fecerit. Quiq́, di-
ctos apoſtatas, aut hæreticos ſciẽter ali
quo modo receptauerit, occultauerit, de
fenderit, aut eis opẽ, conſilium, auxiliũ,
vel fauorẽ quolibet præſtiterit. Si libros
hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios iu
daicos quolibet damnatos, aut alias pro
hibitos tenuerit, cuſtodierit, vel diuulga
uerit, vel in quæcũq́, loca detulerit, aut
ad eandẽ rẽ operã ſuã accomodauerit.
Si Chriſtianos deriſerit, redemptionisq́,
noſtræ Hoſtiam ſalutarẽ in ara Crucis
immolatã, Chriſtum Dominũ ludibrio,
& deſpectui habens, quãdocumq́, maxi
me verò in ſacro Paraſceues Die agnũ,
ſiue ouem, aut quid aliud cruci affixe-
rit, aut appenderit, in eamve cõſpuerit,
ſeu quodcumq́, contra ipſam fecerit: ſi
nutrices Chriſtianas contra ſacrorũ ca-
nonum ſtatuta, diuerſorumq́, Rom. Põt.
prædeceſſorum noſtrorũ ſanctiones ad-
huc retinuerit, aut eas retinens, die, qua
ſanctiſſimum Eucbariſtiæ Sacramentũ
ſumpſerint, lac uno, uel pluribus diebus
in latrinas, cloacas, vel alia loca effun-
dere coegerit. In his omnibus procedi-
tur cõtra eos, & alios infideles ex per-
petua delegatione per Inquiſitores,
put in alijs cauſis fidei, iuxta ſacrorũ
canonum formam, nec non officij in-
quiſitionis hmõi conſtitutiones. §. in
quibus caſibus, ipſisq. litteris publicã
dis per oẽs eccleſiaſticos ſuperiores in
oĩbus ciuitatibus, & locis ſuis. §. Nos
enim, cuius legis emanatio vtilis, & ne
ceſſaria fuit, ideo attẽte obſeruanda in
oĩbus p̃dictis vndecim caſibus enarrã
32 tis. † xxiij. Super crimine inceſtus p ip-
ſum iudicẽ eccleſiaſticũ cõcludit Bart.
de Capua doc. Regni. ĩ l. maieſtati nr̃æ.
de adul. coer. proponendo grauẽ pæ-
nitentiã iniunctam ex Conc. Aurel. q
inter fideles chriſtianos nõ habeãtur:
nec cibum, potum, ſalutationẽve acci-
piant. c. inceſtuoſi. 35. q. 9. & q poſſit
excõicatio inferri, habet in c. parochia
no tuo. de ſepult. vnde dicit Abb. in c.
litteris de præſcri. de iure inceſtuoſum
priuari ſpe cõtrahendi matrimoniũ, &
in c. trãſmiſſæ de eo, qui cogn. cõſang.
ponit aliqua Nauar. c. 22. Man. nu. 75.
ob deteſtationem huius criminis Ioã.
Baptiſta Chriſti præcurſor occiſus fuit
ab Herode. dicebat. n. non licet tibi ha-
bere vxorẽ fratris tui. dixi ſupra lib. 1.
33 c. 17. nu. 20. † xxiiij. Item viſitãtur lai-
ci, & puniuntur per epiſcopũ, ſi in cu-
ria ipſius falſum depoſuerint, tãquàm
offendẽtes aures epĩ. pro notab. ponit
Affl. deciſ. 219. & continuo practica-
mus, adiuuantibus ad hoc ẽt regijs mi
niſtris; immo fere oẽs regias exequuto
riales litteras habẽt: Sed ecõtra, ſi cleri
cus ĩ curia laici falſum depoſuerit, nõ
punieť per laicũ, qui penitus incapax
iuriſdictionis in ipſum eſt, nec ipſe
poteſt

poteſt conſentire,ex generali priuilegio eccleſiæ,vt latius dico in cap.ſi diligenti. de for. compet. pulchre Couarr. in pract.qq. cap.18.nu.8.vbi an idem ius in aliis delegatis Laici enim facilius poſſunt ſe epiſcopali iudicio ſubmittere,et quod fuerit iudicatũ debet exequi per Iudices laicos tex.eſt notab.in iure.in l. epiſcopale iudiciũ. C.de epiſc. audient.

34 † 25. Item grauius procedet epiſcopus contra laicos torquentes ſentẽtias, & verba ſacræ ſcripturæ ad ſcurrilia, & fabuloſa,ad adulationes, detractiones: ex nouiſſima deciſione ſacr. Conc.Tri. ſeſ.4.in fine.Qui tex. eſt ſingularis pro epiſcopis, vt contra ſimiles inuehant, & ex arbitrio eos ex facti qualitate punire debeãt: Nam hęretici ſunt,qui per verba legis,legem impugnant, propriũ ſenſum inſtruunt verbis, vt prauitatem mentis ſuæ, legis authoritate commendent.glo. ad tit. cap.4. quam refert Albert.in ſuo tract.quęſt. 11.nu.12.& tex. Conc. refert Nauarr.cap.19. Man. nu. 4.in princ. & facit caſus deciſus in ſancto officio, vt refert F. Vmber. Toc.in ſuo iudic. inquiſ.fol.417.caſ.1.Inde factũ eſt,& optime, vt ĩ profeſſione fidei facienda a Prælatis, Theologis,& aliis, inſeratur illa clauſula inter alias ſponſiones de admittenda ſacra ſcriptura, & quòd eam nũquam quiſq̃ accipiet, & interpetrabitur, niſi iuxta vnanimen conſenſum Patrum. In conſtit.Pij IIII. Põt.Max.incip.iniunctũ nobis.§. item

35 ſacram.ſup.lib.1.c.17.nu.18.† Itẽ 26. cõtra rapientes res eccleſiarum: Abb.in c.cũ ſit gñale de for. cõp,vel ſi eccleſias violauerint: iuxta caſum poſitum in all. cap.parochiano de ſepulr.quod,& menti tenendum eſt: notando,tex.in c. 1.de raptor. quòd raptores eccleſiarum excommunicentur ab illo epiſcopo,in cuius diœceſi delinquerunt (& poſſunt detineri ne exeant ex parochia illa donec cauerint) ſignificando excommunicationem proprio epiſcopo, qui aliter eos non recipiat, niſi ad locum rapinę redeant, & omnia plene emendent,& cap.2. eod. titu. quòd niſi ſatisfecerint careant eccleſiaſtica ſepultura, & preſbyteri contrauenientes, etiam beneficiis priuantur, & damnum ſui ordinis irrecuperabiliter patiũtur, & ſupra nume. 17. & hic eſt alius caſus, quo quis ratione rapinæ ſortitur forum, vel ſimule quia ratione delicti. ſupra cap.20.

36 † Sic 27. dicimus eſſe inquirendum contra falſantes littera Apoſtolicas. per cap. ad falſariorum nume.4. vbi Abb. de crimin. falſ. grauiſſima pœna imponitur, & anathematis, & contra defenſores,& fautores, & ſciendum compræhendi quaſcumque litteras, ſiue in bulla, ſiue in carta, ſiue in breuibus, etiam addendo, aut diminuendo vnã litteram tantum, aut vnum punctum. Gomeſ. de breuib. numer. 5. de quo Hiſpanus.practi. criminal. cap.108.Et cum eſt ſuſpitio contra aliquem de falſitate reſcripti, poteſt capi, & detineri, donec reperiatur verum ex doct. Abba. in cap. ſuper eod. de crimi. falſ. & vide glo. in cap. cum olim de offic. deleg.& hoc etiam de falſante ſigillum iudicis eod. cap. cum olim & ibi Abb. ampliat eandem pœnam ad aperientes litteras aliorum,& in cap. ſuper venerabilis de except. & dixi in famil. ſingul. in littera L.nume.32.licet Bar.in l. qui teſtamentum.ff. de falſ. dicat puniri extraordinarie, (ipſaque, & maior pœna adhibenda eſt contra falſantes libros catholicorum, nam ſanam do-

ctrinam corrumpunt, hæreticos errores addentes, & recenſet D. Franc. Pegña ad Director.2.par.2.lib. Schol.14. in fine, eſſe ſubiiciendos anathemati, & cum hæreticis anathemarizari ex
37 decreto.6.ſyno. Conſtantinopol. † Et vigeſimo octauo cum ſint inferentes iniurias clericis, ab ipſis epiſcopis puniencur. Guid.Pap.quæſt. 562 quod non obtinetur, niſi excommunicando eos. ſtante maxime violenta manuum iniectione cap.ſi quis ſuadente. 17. q. 4. & in citato tex. cap. parochiano, in vno ex caſibus ibidem poſitis, extimãdo iniuriam ex qualitate perſonæ, cui infertur, vel vt priuato, aut vt miniſtro eccleſiæ, & ex perſona inferentis, & loco, & ſic condendando, argu. not. per Abb.in cap.olim de iniur. ponit multa Conr.de duell.1.par. concluſ.17. Licet non debeamus meminiſſe iniuriæ factę a proximis, & clerico omnis chriſtianus eſt proximus, vt ibidem dicit præfatus doctor, quãuis grauiter peccent, tamquam agentes contra legem naturæ, arg.ff.de pæn. l. capitalium.§. omnia admiſſa, vel ſi facta eſt iniuria ipſis epiſcopis, vel eorũ familiaribus, etiam ſi non reſpectu impedimenti iuriſdictionis, ex generali diſpoſitione Innoc.IIII. in cap.1.de pæn.lib.6.& eſt not.deciſio, & practicatur, & citantur laici ad ſe ſubiiciendum examini epiſcopi, & reſponſuri ſuper violentia, &
38 multi duram dicunt practicam. † Excommunicando etiam. 29. & excommunicatos denuntiando omnes incendiarios eod. cap. parochiano, & clarius in cap. tua nos, de ſent. excom. vbi ad ſedem Apoſtolicam pro beneficio abſolutionis mictendi ſunt, & quando ſunt eccleſiarum, publicet ipſo facto, aliter excommunicet, quam differentiam ponit gl.ibid.cum & lege ciuili pęna mortis ſit impoſita.ff.de incend.ruin. nauf. l.qui ædes larius A'phon. Aluar. in ſuo Specul.cap 80 fol.407.cum duob. ſeq. Iulius Clar.lib.5.§.fi.q. 77. verſ. incendiarij & quæſt.68. quando diuerſimode pæna imponatur. Mart Nauar. cap. 17.Man. nu.100. cum iudicetur maximum delictum, propter periculũ mortis, & bonorum. dicit Affl.in l.ſuper inciſionibus nu. 8. de malef. cland. & in conſtit. qui doloſe de incend. Hiſpanus in practi.crim. cap.98. Monteleon. 4.part.nu.794.cum plur. ſeq. notando illud. Quòd in domo ſemper incendiũ pſumitur ex parte inferiori. Alex. conſ. 216.lib.2. (in quo cognoſcitur quàm merito duris puniatur pœnis crudelis ille Nero Imperator, qui ut cognoſceret quantus erat ignis Troia ardente, vrbem Romam ſeptem diebus, & ſeptem noctibus incendit, de quo dicit Boet.de conſ.lib.2. Metr.6.

Nouimus, quantas dederit ruinas,
Vrbe flammata, patribusq. cæſis.

De Hieruſalem ſuccẽſa igne, tam in domo D.quam Regis, & in aliis a Naburzadan Principe exercitus Nabuchodonoſor Regis Babylonis.4.Reg.c.25.
39 † Arguendo.30.ad opprimentes libertates eccleſiaſticas, quas ſeruari mandãt canones, & Conc.Tri.ſeſſ.25. de refor. gen.c.2c.declarãdo eos excõicatos maiori excõicatione ab ſolutione eius reſeruata, S.D.N.in ſua bulla. Naua.in Man. c.27.nu.61.Alph.Alua. in Spec. c.35. Abb. in cap. nouerint. de ſent. excom. vbi de ſtatutis contra libertatem eccleſiaſticã. Conſiſtentibus his libertatibus, in perſonis, rebus, & iuribus eccleſiaſticis. ex antiquiſſima l.Geneſ.cap.47.vbi Pharao-

Pharaonis tẽpore homines ſubditi terræ ſacerdotali, & ipſa terra nõ ſubiiciebantur conditionibus, & muneribus ſecularibus,& 23.quæſt.8. c.conuenior l.2.l.placet.C.de ſacr.ſanct.eccl.& extra de immun.eccl. Aegid.tom.in ſuo trac. de muner.& collect. Sed in multis abſtinendum ab ipſo,cum ſit durus,& rigidus in opinionibus pro libertate eccleſiaſtica,vti abſtinendum dicebat Coua. a Carolo Molineo in edicto ad Henr. Regem.2.in prac.qq.c.31.nu.2. a quo hodie in totum in omnibus ſcriptis merito abſtinemus, in indic. lib.prohi.l.c. 1.claſs.& vide ſupra lib.1.cap.10.num. 14.fol.7.per quot paſſus ſit immunitas circum circa & qui confinia dictorum paſſuum confingere tẽtauerit, aut perſonã hominis, vel bona eius inde ſubtraxerit,pro ſacrilego habetur,cap.ſicut & cap. quiſquis. 17. q. 4. ponit Conr. Brun.de hæret. lib.5. cap. 20. fol. 313.

40 cum ſeq. † Inſiſtendo. 31. circa integram ſolutionem decimarum (in quo eſt labor,& dolor laicorum) quæ debẽtur eccleſię de iure diuino. nu. cap. 18. Deutoron.14.Exod.22.16.quęſt.1.cap. decimæ,Couar.lib.1.variar.reſolut.cap. 17.Nauar.cap.17.Manual. nu.59.& ſi denegantes perſiſtunt, excommunicandi ſunt.nec aliter abſoluendi, niſi facta reſtitutione in Conc. Trid. ſeſs. 25. de refor.gen cap.12.& cum difficile ſit negocium in multis partibus, propter malam conſuetudinem,ſub prætextu ꝙ legitima præſcriptio interuenerit, quo verbo vtitur Couar. in pract. qq. c.35. nu.2.verſ. 4. remittendum eſt negociũ ad Dominum noſtrum. ex mente Diui Thom.2.2quęſt.7.Fel.in cap.nihil prodeſt.nu.33.de præſcription.admonendo omnes fideles, ꝙ ex ſolutione decimarum,conſequuntur fructuum vbertatem, corporis ſanitatem, remiſſionẽ peccatorum , & acquiſitionem regni cœlorum Ioan.Andr. in cap. primo.de deci.lib.6.vbi contra non ſoluentes, & tulit fiſcus, quod non datur Chriſto,c. maiores 16.quæſt.7.dabitur impio militi,qd[r] nõ vult dari ſacerdoti,ead.cauſ. quæſt.1.cap.decimæ verſ. cum enim & ſubdit Ioan. Andr. quòd Itali, ex quo non ſoluunt decimas eccleſiæ, experiũtur multa mala,vide not.per Rebuff.in tract.de deci. & eſt repetitũ ſupra hoc. libro,cap.2.nu.26.& non poſſunt amouere fructus a terra ſine interuentu parochi, ſic iudicatum in facto. vide Do. Vincentium de Franchis Illuſtrem Doctorem Regiũ conſiliarium in ſuis nouis Deciſ.Conc.Neapolit.Deciſ.117.et in multis locis eſt conſuetudo aſportandi vſque ad Domum , quę conſuetudo ſeruanda, idem Do. Deciſ.124. de quo plura D.Petr.Rebu.in ſuo amplo tract.

41 de Deci.† Monendo.32. vt omnes colant dies feſtos,in quo per ipſos epiſcopos viſitantur, & puniuntur laici non obſeruantes, ne fiant mercata,& nundinæ.cap.1.de fer. de conſecr.diſt.3. cap. 1.Couar.lib.4.var. reſolut.cap. 19. Anton.Honcol.de pia feſtor.obſeru.Marr. Naua.in Man.c.13.maxime dies dominicos, talis enim dies celebrari admodum,& venerari debet, mundus ſumpſit exordium,per reſurrectionẽ Chriſti, mors interitum, vita principiũ.75. diſt.cap.quotidie.in fine D.Card.Hoſt. in lib.confeſs.3.præcepto capi.79.Domi.Sot.lib. 2. de iuſtit. & iur. quæſt.4. ar.4.Do.Card. de Turr.Crem.76.diſt. cap.igitur & ea die Chriſtum dominũ natum dicit D.Flor.2.part. tit.9. c.7.§. 4.& ſic obſeruamus vbiq. arguendo lai

cos, quia obſeruatio dierum feſtorum ad dei cultum maxime pertinet, propterea ordinariorum arbitrio cenſuris, & etiam pœnis aliis inobſeruantes puniũtur. vide in Conſtit. Pii V. Pont. Max. cũ primum. §. cũ vero. 1566. anno primo.
42 † Exinde (33.) hortari debent, & pie induci, q; attenti ſint talibus diebus feſtiuis Miſſas audire, ſuaſq. parochias frequentare, in Conc. Trid. ſeſs. 22. tit. de obſer. & euit. in celebr. Miſſ. ex cap. Miſſas de conſecr. diſt. 1. Naua. in Man. c. 21. nu. 1. cap. 25. nu. 82. Ferdi. Paaez. in rep. eiuſ. cap. Miſſas: Audiendo cum attentione, quia ſi voluntarie diſtrahuntur non ſatisfaciunt, & peccant mortaliter Nauar. ibid. nu. 6. & 8. dicitq. Sotus & bene, ſufficere, q; ſit actus humanus, vt infra ſuo loco dicemus, illud tamen de propria parochia hortando; non tamen præcipiendo ſub pœna excõmunicationis ſeſs. 24. de ref. gen. c. 4. §. moneat epiſcopus. Cõcilium non procedit vltra. Nau. eo. c. 21. nu. 5. ſup. hoc lib. c. 2. nu. 30. niſi in aliis ſacramentis acci-
43 pẽdis. † Nec omictere debet (34) epus viſitans, omnibus deteſtari, & prohibere ludos noxios, & inhoneſtos, nã tranſgreſſio totius decalogi in ludo accidere poteſt Gul. Perald. epiſcopus Lugdu. in Sum. 6. tom. 2. de auarit. c. 15. Naua. in Man. c. 19. nu. 6. cum ſeq. vnde Bern. in perſona Chriſti, *Ego te, acquiſiui manibus crucifixis, tu te conſumis manibus ludo dicatis*, Ideo in talibus prohibeat epiſcopus ſub pœna excommunicationis. Roland. a Valle conſ. 33. vol. 2. conſ. 63. nu. 22. eod. vol. quod præcipue in aleis, & taxillis verſatur, de ludo mala producenre dicit ſatyricus Poeta.

Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram.

Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

Et ex hoc dubitatur, ſi acquiſita in ludo, bona conſcientia retineantur, dixi latius in famil. ſingul. in l. A. num. 7. & an clericus repetat, quod perdidit in ludo. glo. diſputat in cap. clerici. de vit. & hon. cle. Quia in pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis l. I. ff. de condit. ob turp. cauſ. ſed ſi pdita eſſent de rebus eccleſiæ. repetet eccleſia. 12. q. 2 c. Apoſtolicos: Sicut de patre uendicante, quod ammiſit filius. ff. de aleator l. 1. §. ſi ſeruus, Fiſcus tamẽ videtur, quòd poſſit repetere, quę ex turpi lucro acquirũtur l. Lutius. ff. de iur. ſiſ. notat Ioan. de Deo in d. cap. clerici. vide per doct. in cap. inter dilectos de exceſſ. præl. Affl. in conſti. mores diſs. de aleat. nume. vndecimo. lib. tertio, rubr. quinquageſimatertia. Monteleo. prima par. pract. ſuæ. quinto dubio Hiſpan. pract.
44 crim. capi. 84. † Puniuntur etiam (35.) ab epiſcopo viſitãte, & in aliis actibus, ſi ipſi laici in ſpectaculis, & in ludis maxime inhoneſtis vtantur veſtibus religioſis ad cultum diuinum deputatis, vel eas lacerantes, dum a clericis deferuntur per excommunicationem, & pœnam extraordinariam, ſecundum facti qualitatem Franc. Marc. quæſt. 123. part. 2. Monteleon. 4 part. num. 961. cũ ſeq. & eſt tex. in argum. in cap. cum ad decorem de vit. & hone. clerico. nec curamus de glo. in capit. mulieres. 27. q. 1. Quòd cũ qs laicus aliqua veſte religioſa vtitur, fraude, vel dolo, vel pro exactione eleemoſynarum, quòd ingredi religionẽ cogatur ad pænitentiam agendam per cap. interrogaſti. 27. diſtinct. quia pœna debita punitur, & non aliter. gl. in cap. tuarum. de priuil. cum ſimil.

45 mil. † Corriguntur item (36.) grauiſſima pęna ſpirituali exercẽtes duella, torneamenta, artem ſagittariorum Paui.2.part.quæſt.2.nu.53.cap. 1. de totneamen. & ex iure nouiſſimo Cõc. Trident. ſunt excommunicati omnes, locum ad duellum concedentes, pugnantes,patrini, conſultores, ſuadentesq., & ſpectatores, & ſi quis in ipſo duelli conflictu moriatur,perpetuo careat eccleſiaſtica ſepultura. ſeſſ. 25. de refor. gen.c.19. Mar. Nau. in Man.c. 11. nu.39. verſ.34. vltra legem ciuilẽ huius regni,puniendo pęna mortis naturalis,addendo prædicta ad Parid.de Puteo.de duell.lib.9.verſ.an qui.quòd etiam antequã pugnent,ex quo peccãt mortaliter, nõ debet dari ſacramentũ Euchariſtiæ.gl.in c.monomachiam.2. q.4.Et hoc ius canonicum vbiq. ſeruandum eſt,propter periculũ animarum.c.fin. de præſcr.doct.in c.1.& 2. de nou.oper.nunt.& in materia, uide Conſtit. Leo.X.incip.quam Deo.cum inſertione Conſtitu. Iulij II.& Clem. VII. conſueuit Rom.Pont. Pij IIII. ea,quę a prædeceſſoribus,Pij Quinti,

46 de ſalute gregis. † Ampliando (37.) per eandem legem Pij Quinti, de ludis agitationis taurorum. de quo ad plenum meminit. Martin.Nauar.eod. lib.c.15. num.18. vſque ad finem,vbi in conſtit. mandatur ipſas litteras publicari, & obſeruari, ſed Nauar. mitigat dictum ipſius legis, quando moderate fiunt,nec de periculis,& ruinis timetur. Sicut ſuperioribus proximis anuis fuit factum Neapoli a Magno illo Ioanne Auſtriaco, qui poſt obtentã glorioſam illã victoriam cõtra Turcas in nauali prælio,tamq̃ princeps claſſis chriſtianæ. ann.1571.die 7.Octobris. Belgicã prouinciã nomine inuictiſſ. Regis Philippi petiit cõtra rebelles ipſius Regis, immo Dei,ſuæq. eccleſiæ, vbi acerbiſſima morte præuentus admodum iuuenis etiam glorioſus (vt pie credendum eſt) ad cęleſtia regna migrauit,quod de feris tractari prohibuerat tex.in l.fi. C de fer.ibi, *Aut fe-*

47 *rarũ lachrymoſa ſpectacula.* † In exequutionibus teſtamentorũ (38.) eps ex communi lege,elapſo anno eſt exequutor,& cognoſcit, not.per oẽs in c. nos quidem.de teſtam. C.de epiſc. & cle.l nulli.& l.ſi quis ad declinandã.in auc. de eccl.tit.§.ſiquis edificationẽ,& præſtat,vt in viſitatione moneãtur omnes,ẽt particulares,quia alias ſine monitione non poſſet exequi. Couarr. de teſtam.c.3.nu.6 & ipſo epo negligẽte, vnicuiq. permittitur ſtudere,vt cauſæ piæ compleãtur,recenſet ampliſſimus D. meus D.Card.Albanus in tract.de pot.Pap.2.par.nu.232. Cũ nefas ſit perire voluntates piorum defunctorũ.In Conc.Trid.ſeſſ.25.de refor.gen. c.11. de quo latius infra dicemus.immo eſt curandũ,ne cõmittatur fraus per teſtamentarios exequutores, Bal.& doc.in l.altius.ff. ſi ſeru. uend. Bertr. de epiſ. 6.par. nu.244. lib. (ſed hodie cõmiſſarij Fabricæ S.Petri de vrbe ſe intromittunt ex multis conſtit. ſum.Rom. Pont. Pij IIII. & Pij V. & continuo ſunt in circuitu cum litteris exequuto-

49 rialibus Regiis.) † Item ẽt (39.) in materia iuramenti, ꝙ obſeruetur,ſubdũtur laici epiſcopo,immo,& iudices ſeculares poſſunt compelli per cenſuras eccleſiaſticas, vt faciant obſeruari iuramenta præſtita, text. eſt clarus, in cap. licet de iure iurãn. lib.6. periurare enim nomen Dei, videtur,quædam

diuini

diuini nominis denegatio, & poſt idolatriæ peccatum, eſt peccatum periurij. Archid. in c. ille 22. q. 5. & ex periurio infamia incurritur. l. ſi quis maior. C. de tranſact. & not. 6. q. 1. c. infames. Affl in conſt. clementiæ. poſt nu. 17. vt ban. liceat. lib. 2. rubr. 4. Et cum ſit periculum animæ, ita ſeruandũ eſt, etiam in foro ſeculari, etiã inter ipſos laicos. doct. in d. cap. licet, in c. decernimus, de ſen. excom. & fit hæc cohertio ad iudices ſeculares, nõ ſolum per epiſcopum, ſed per quemlibet ordinariũ, etiam epiſcopo inferiorem Ioan. And.
49 eo. c. licet. & Mod. ſupra nu. 44. † Sed dicit Iulius Clarus lib. 5. recept. ſent. §. fi. q. 37. ꝙ in his, quæ non ſunt mere eccleſiaſtica, ſed mixta, epiſcopus non procedat contra laicos per capturam perſonarum, ſed per cenſuras eccleſiaſticas, niſi quid expræſſius in aliquo ipſorum obſeruetur, quod eſt verum, vbi quæſtio eſt inter vtrumq. iudicẽ, ꝙ laicus cõtradicat, & prohibeat, aliàs ſecus de iure, quia præueniendo iudicat, immo ſi in aliqua parte iudicij ſecularis opponeretur exceptio de excõmunicatione, vel ſimonia, recurretur ad determinationem faciẽdam per iudicem eccleſiaſticum. per Abb. in cap. tuam. de ordin. cogni. Ceterũ, quãdo iudex eccleſiaſticus capiat propria authoritate, & carceret, & quid deniq. iuris, aut quomodo procedendũ, optime Couar. in pract. qq. c. 10. vbi peculiari-
50 ter hoc diſcurrit. † Verum in materia illa inſurgit maior quæſtio, an in iſtis non mere eccleſiaſticis, in quibus põt etiam in multis procedere iudex laicus, ſicut, & eccleſiaſticus, ſi vnus fuit punitus in curia eccleſiaſtica, pro uno delicto, poterit ne iterũ puniri, & inquiri pro eodem delicto, per iudicem laicũ. Affl. in ead. deciſ. 219. dicit per vnius pœnam appoſitam, non impediri quin laicus procedat, & ſequitur Aymo Crau. conſil. 232. & ipſe Affl. in conſt. multæ leges, & eſt glo. notab. in extrauag. 1. de pœn. in verbo ediderũt. Alciat. in c. 1. nu. 128. de offic. ordin. Iulius Clarus. §. fi. q. 57. concludendo ꝙ iudicium factũ ab eccleſiaſtico, non impedit iudicem laicum, ut nõ procedat: maxime augendo pœnam per ſe impoſitam, idq. particulariter in crimine blaſphemiæ, vbi ſi quis remiſſius punitus fuit ab vno, iterum puniatur ab alio. Simanc. in cath. inſtit. titu. 8. nu. 5. ampliando. nu. 18. etiam ꝙ fuerit abſolutus in foro cõſcientiæ, quod eſt verum, & melioribus probatur argumentis, de qua materia tractatur, in c. de his, de accuſa. quia pœna ſpiritualis non tollit temporalem, & e cõtra. Bal. in l. placet. C. de ſacr. ſanc. eccl. Felin. in d. c. de his nu. 13. Couar. per diſtinctio nem. vari. reſolut. c. 10. ſic per pœnam canonicam non tollitur pœna legalis, & in quæſtione eccleſiaſticus puniet ſe cũdum canones, & ſecularis ſecundũ leges. Affl. ead cõſt. multæ leges. nu. 8.
51 † Et cum dixerimus ſupra lib. 4. c. 4. nu. 16. diẽ viſitationis debere eſſe ſollemnem, vt omnes conuenire poſſent, ſi laici recuſant uenire, põt epiſcopus eos excõmunicare. arg. c. ſi quis uenerit, de maior. & obed. c. Romanam in fine, de pœn. lib. 6. quia debent reſpondere ad examen ſuper vita, & fama, & uirtute Sacerdotis, ſacramẽta eis præſtantis. Florent. in ſum. 3. part. tit. 8. cap. 5. vnde Chriſtus. *Qui vos recipit, me recipit, qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit me ſpernit, & ſpernit eum*.

qui

qui me miſit. Luc.c.10.cap. accuſatio. 2.q.7.quod verũ vbi viſitatio fit principaliter propter ſalutem animarũ, ad quod induƈta eſt. In Conc.Tridẽ.ſeſſ. 24.de reform.gen.c.3.§.viſitationum.
52 ſup.lib.1.c.4.nu.22.† Et in hac laicorum viſitatione attẽdere debet epiſcopus qualitatem regionum,& locorũ, prout differit Dom. Paui.de viſitat. 2. par.q.8. in princ.nam plerumq. ex uariatione locorũ, datur variatio hominum, etiam in moribus. Ex quo dicimus vnãquamq. prouintiam ſuo abũdare ſenſu. 12.diſt.c. illa. de ſepul.cap. certificari.in famil.ſingul.in l.V.num. 37.& ſecundùm perſonas,ſe gerat epiſcopus, non contemnendo virtuoſos pauperes, & ſtantes in fide.honorãdo diuites ſuperbos bene veſtitos.Quia honor dari debet in teſtimonium veritatis. Phil.in 4. Ethic. alijs verbis monendo Principes, & dominos temporales,ſuper cõcuſſionibus, rapinis,tallijs, ſpolijs,bellis iniuſtis. Dom.Paui. 2.par.q.7.nu.87. in geſtis, & viſu arguẽdo, de quibus dicit Boet. de cõſol. lib.4. metr.2.

Quos vides ſedere celſo,
Solij culmine Reges,
Purpura claros nitente,
Septos triſtibus armis,
Ore toruo comminantes,
Rabie cordis anhelos.

Et quæ ſequuntur, artificioſe tamẽ ipſos arguendo, ne irati ſe erigãt contra corripientem, & prælatum monentẽ.
53 † Exemplum præbet ſacra ſcriptura in Nathan Propheta, qua arte arguerit Dauid Regem,ſuper homicidio,& adulterio. 2.Reg.c.12.& de alia muliere Thecuite loquente ad ipſum Regẽ. eod.lib.c.14. accipiendo multa ex relatis ab Archie.Brachar.de morib.præl. 2.part.c.9. & facit tex.Conc.Trident. ſeſs.13. de reform.c.6.in princ.& bonum eſt habere notam conſcientiam dominorum,vt ſciatur in quibus excedant, & ſic arguere. Nau.in Manual. cap.25. nu.1. cum ſeq. vt quàm maxime conentur defendere eccleſiam, etſi nõ fecerint,reddituri ſunt rationem. ſeſs.25.eiuſ. Concil.de reform. cap.2. Alphon.Aluar.in ſuo Specul.cap.5.Iuſtitiam faciendo, per quam Deo multum placent. Paui. ead.q 7.nu.74.iuxta. pſalm. 105. *Beati, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt Iuſtitiam, in omni tempore*, Quia proprium Regũ eſt facere iudicium,& iuſtitiam.3.Reg.c. 10.23.q.5.c.Regum,& ſecundũ Apoſtol. ad Titum. cap. 2. *Sobrie, iuſte, & pie uiuatur in hoc ſeculo*. ſeſſ.6.Cõ
54 ci. Trid.de iuſtifi.c.11.† Sobrie quãtum ad carnem,iuſte,quantum ad ſenſualitatem, pie quantum ad hoſpitalitatem.Sobrie,ne caro inebrietur,& iuſte,ne ſenſualitas ſpiritui dominetur. Pie,ne in cõtemplatione aliud, quàm Deus, quæratur.Vnde in Leuitico.maƈtabantur boues pro ſacrificio carnis. Turtures in ſacrificium ſenſualitatis, columbæ in ſacrificium ſpiritus,ſecũdo veritatem,& ęquitatem,duos lapides angulares Iuſtitiæ.Bal.in c.quoniã contra falſam, de probat.&c.

DE

DE PEREGRINIS, ET VAGABVNDIS à quo poſſint viſitari.

CAP. VIGESIMVMSECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 PEregrinatio poteſt eſſe in bonum, & in malum.
2 Peregrini per quæ ſigna cognoſcantur.
3 Peregrini ſunt ſub protectione eccleſiæ.
4 Peregrini in qua eccleſia debent accipere ſacramenta. Et an poſſint ſepeliri in eccleſia interdicta. nu. 5.
6 Peregrini ſunt immunes ab impenſis bellorum.
7 Peregrini tenentur ſtatutis locorum, vbi inueniuntur.
8 Peregrini habent priuilegium reuocandi domum.
9 Bona peregrinorum ad quem vadant.
10 Peregrini non debent de facili admitti ad ſacramenta adminiſtranda.
11 Vagatio eſt periculoſa animę, & corpori.
12 Vagatio inducit ſiniſtram ſuſpitionē.
13 Vagatio prębet cauſam Apoſtatādi.
14 Vagabundus quis dicatur.
15 Religioſus ſi vagat, dicitur non poſſe viuere.
16 Clericus vagabundus, quando perdat beneficium.
17 Clericus quando dicatur vagabundus.
18 Clerici vagabundi non admittuntur ad ordines, ſine litteris proprij epiſcopi.
19 Conſcientię propriæ, quando quis relinquatur.
20 Immemor ſalutis æternę nemo pręſumitur.
21 Vagabundi delinquentes an remittendi ſint.
22 Peregrini, & vagabundi quomodo citentur.
23 Vagabundus vbiq; conuenitur.
24 Vagantes in curijs ſunt odibiles.
25 Clerici Ciuitatenſes pręferuntur extraneis.

IPSAM vero viſitationem laicorum in prædictis (vt dictum eſt) non impedit multorum obiectio, dum de aliena diocęſi ſe eſſe afferunt, vt exinde nullius epiſcopi correctioni reddantur: namque contra omnes in dię ceſi exiſtentes, ciues, peregrinos, aduenas, exteros, & vagabundos epiſcopus dicitur ſuper intendens, & ad ſalutem ipſorū inuigilare tenetur. † Poteſt eſſe autem peregrinatio in bonū, & in malum: de prima loquitur Apoſtol. in ſua poſter. ad Corin. c. 5. *Dum ſumus in corpore peregrinamur à Domino*: & iterum, *Magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad dominū*. & Petr. Apoſtol. in pri. 2. *Obſecro vos tam-*

tamquàm aduenas, & peregrinos abſti
nere uos a carnalibus deſiderijs. Dili-
git enim Deus, tales peregrinos, tri-
buens eis victum, & veſtitum. Deute-
ron. 10. cap. & loquens Moyſi. cap. 23.
Peregrino moleſtus non eris, & Ieſus
dominus noſter, vt peregrinus ſanauit
incredulitatem diſcipulorum. Luc. c.
24. In malum vero frequentius ob in-
fælicitatem noſtrorum temporũ, qui-
bus malitia abũdauit. arg. l. I. C. de hęr.
2 inſtit. † Nec eſt admittenda concluſio
dicentium ex caretia domicilij cognõ
ſci peregrinos, quod in materia eſt fre
quentius, ſed eſſet ex eorũ actionibus,
& geſtis, & vita otioſa, & libera, quam
ducũt, licet Marc. Ant. Bau. de hæred.
inſtit. §. his. quos. Inſtit. dicat peregri-
nos cognoſci ad bordonum, & eum re
fert Ioan. Neuiz. in ſua Sylu. lib. 2. adu
cens illud vulgare. *Al ſignale ſi cogno-*
ſcano le balle: Ponitur. C. vt nem. lic.
ſin. Iud. author, l. 1. cum ſeq. aut item
per varia loca tranſeuntes, vt multos
decipiant, ſe ciues demonſtrantes, de
quibus non modo circa vitam, & ge-
3 ſta, ſed alio loco dicimus. † Cum tamẽ
vere peregrini vadunt ad Vrbem, ſeu
ad aliam eccleſiam, vt ſancti Iacobi, ca
uendum eſt, & procurandum ab epi-
ſcopis, vt a nemine offendantur, cum
ſint ſub protectione eccleſiæ, & Sedis
Apoſtolicæ inſimul cum ſuis rebus. c.
1. de cler. pereg. & eos offendentes ex-
communicati ſunt maiori excommu-
nicatione, eius abſolutione reſeruata
in litteris Sanctiſſimi D. Noſtri. §. 9. &
cap. ſi quis romipetas. 24. quæſt. 3. vbi
quòd ſunt immunes a talleis, & impo-
ſitionibus cap. innouamus. de treug. &
pace. immo ſub protectione Regis. di-
cit Affl. in conſt. in pœnas de fid. mer-
cat. vbi puniuntur ad duplum pere-
grinos fraudantes, quod nullibi obſer-
4 uatur: ſed fraudẽ fraudi addunt. † Et
animabus ipſorum prouidendum eſt,
ne cœleſti fraudentur cibo: ſacramen-
ta adminiſtrari debent in ea eccleſia
parrochiali, ad quã declinauerint, ſeu
in qua reperiũtur: & ſi ad mortem ve
nerint, non facta electione ſepulturæ,
ad eam ducuntur, vt ſepelliantur. cap.
presbyter per Abb. de celebr. Miſs. nu.
1. cum ſeq. vbi de quęſtione continuo
occurrente cum eccleſia cathedrali, &
parochiali, de qua ſe remittit ad dicta
in cap. 1. de ſepult. & eſt notandum,
quia euenit in facto, & fuit magna cõ-
tentio, in multis tamen eccleſiis ſolet
eſſe varia obſeruatio, & per pacta, &
conuentiones ad inuicem, quę omnia
ad euitandum ſcandalum tolerati poſ
ſunt, id tamen præualet (vt in hac no-
ſtra Sarnenſi eccleſia eſt) vt cathedra-
lis, & ipſis omnibus, & in alis præfera
5 tur. † Quod itidem fauore ipſorum
ampliatur, vt ſi ad locum aliquem in-
terdictum peruenerint, & ibi deceſſe-
rint, quod ſepelliãtur in eccleſia, & habeãt
beneficium eccleſiaſticæ ſepulturę, dã-
do eis ſacramentum pęnitentiæ, & ex-
tremæ vnctionis: ſeruata forma decre-
talis Innoc. III. ſum. Pont. in cap. quod
in te. de pænit. & remiſs. qua recitata
ſubdit tex. in fin. *Et alijs peregrinis po-*
teſt miſericorditer indulgeri: conſide-
ratur enim ipſorum deuotio, & fides
in eorũ peregrinatione. Vnde ſi ante-
quàm ad locum Iubilei, & eccleſię de-
ſtinatæ peruenerint, ſint morte præuẽ-
ti, vel poſt inceptam indulgentiã, ſed
non completam, ad hunc gaudent, ac
ſi opere compleuiſſent, quòd de æqui
tate (& optima rõne) dicit conceſsũ, et
declara-

declaratum a Papa,gl.in extraua.com. Bonif. VIII. antiquorum habet. in gl.magna,prope finē,de pœnitē. & remiſ.Mart.Nau.de indulg. in c. ſi quis .§. in Leuitico de pœni.diſt. 1.not.19.
6 vbi materiam tract.† Alio item fulciūtur peregrini priuilegio, in quo epiſcopus eis fauere debet, quòd tempore belli excuſētur ab operibus ſeruilibus, & perſonalibus, vt nec ad expenſas, & alia occurrentia aſtringi poſſint, ſicut multæ aliç perſonç,de treug.& pac.eo. cap.innouamus.Alphonſ.Alua.in ſuo Spec.cap.47.car.2.in eundo, & redeundo, cum ſic intelligatur ſecuritas data per eumdem tex.cap.innouamus vbi late Fel.poſt Abb. argum. eorum, quæ contra uiolatores ſecuritatis, & ſalui conductus conceſſi,not. in Cóc. Trid.ſeſs.15.in fine,& ſeſ. 18.§.quod
7 ſi.† Id tamē obſeruandum eſt ab ipſis peregrinis, vt ſe conforment conſuetudinibus,& ſtatutis eiuſdem loci, vbi reperiuntur,ne aliorum ſint ſcandalū. Vnde dicit Abb. in cap. conſilium. de obſeru. ieiun.ꝙ licet Cathelani,id eſt, Maioricenſes in partibus ſuis ex permiſſione, poſſint in die ſabbati veſci carnibus,non tamen in noſtris,& poſſunt compelli per epiſcopum,iuxta illud. *Dum fueris Romæ, Romano viuito more.* c.illa cum glo.12. diſt. & alia glo.cum tex.in cap.quæ contra 8.diſt. Mart.Nauar. in Man. cap.13.nu.5. c. 23.nu.120.nā ea, quç longa conſuetudine obſeruata ſunt,non minus, q̃ ea, q̃ inre ſcripta ſunt, habentur l.ſed ea. ff.de legib.& de ieuniis ponit Sanctus Doctor.2.2.quæſt.147.ar. 4.& Boer. deciſ.260.præſuppono. 1.nu.3. adducit tex.Leuit.24.in illis verbis,*Siue ille ciuis, ſiue peregrinus fueris.*† Poſſunt
8 etiam ipſi peregrini vti priuilegio domum reuocandi,cum in iudicium deducuntur, quia cauſa peregrinationis iuſte tranſeunt, vel Romam, vel aliūde,ob deuotionem arg. deciſionis tex. l.conſenſiſſe.§. legatis. ff.de iudic. per Doct. niſi ſubdit text. ibi contrauenerint,ſeu contraxerint.eod. verſ. omnes autem : Nā ſunt, dum peregrinantur in numero miſerabilium perſonarum Petr.Rebuff. de ſent.prouiſ.ar.3. gl.fi. lib. 1.conſtit. Frāc.expediendo eos omni celeritate,vt poſſint ad proprios redire lares, interim vero debent libere hoſpitari in auct. omnes peregrini.C. de com. de ſucceſſ. Sylu. in hoc verb. nu.2. (qui ēt dum ſunt per iter conſolātur inuicem,vel alios conciues uidendo, & facta patriæ audientes, de quo pulchre inquit Cælius ad Cicer.lib.8. fam.epiſt.1. Omnibus peregrināubus gratum eſt minimarum quoq. rerum, quç domi gerantur,fieri certiores,quo dicto vtuntur omnes communiter ho
9 die,qui extra Patriam degunt.) † Et ſignandus eſt ille tex. ipſius auct. oēs peregrini, ab epīs, vt bona peregrinorum decedentium per tranſitum peregrinationis, referuent ſuis conſanguineis, vel in pias cauſas erogent, vt ea bona rapiens, aut detinens mortaliter peccet,ſubdit Sylu. eod. §. & exinde non procedit dictum Caſſān. ſuper conſuetud. Burgun. in rubr. de conſ. §.1.volētis Regem ſuccedere in bonis peregrinorum decedentium,idem Rebuff.in ipſis conſtit. lib. 2. de litt.nat. glo.1.nu.8.de conſuetudine autē ſumpta ex ipſa auct.in multis locis, non hic eſt tractandum propter contraria, quamuis iuriſdictio tribuatur a conſuetudine l.I.C.de emancip. lib.de arbitr.

bitr.cap.dilecti.de for.comp.c.ſi laicus
C.de diuerſ.offic. l.viros. lib.11.vel,vt
10 multi dicunt, voluntariam. † Sed ta-
men circa ipſos peregrinos attendere
debet epiſcopus,vt ſi ſunt clerici, non
facile eos admittat ad ſacramenta ad-
miniſtranda,cap. tuæ fraternitatis de
cleri.peregri.quod in Conc.Trid.con-
firmatum eſt,ſeſs.23.de reform.c.16.
nec inſtitutum eſt paſſim admitti ad
Miſſas, niſi occulte cauſa deuotionis.
Sylu eo.§.nu.4.cap. presbyteri. 7.q.1.
cap.nullum.71.diſt.Quod de laicis pe
regrinis ſimiliter dicimus, vt ad ma-
trimonia contrahenda non facile ad-
mittantur ſeſs.24.eiuſd.Concil. de re-
form.matri. cap. 7.vbi cauſas aſſignat
tex.& modum ponit in futurum tenē
11 dum a parochis.† De vagabundis au-
tem in malum ſonare nomen,verbum
ipſum ſe præfert. Vagatio enim per ſe
principaliter nocet animæ, & corpori,
& etiam burſæ,dicit gloſ. not.in extra-
uag.execrabilis de pręb.in commun.§.
1.ponens verſum.

Petra mutabilis numquam accipiet muſcum.

Niſi cauſa iuſta adeſſet, quia licet
quandoq. variare.81.diſt.c.valet, quæ
eſt perſonæ, dum alia ſit mentis, ha-
bens quis eam in oratione, vel in Miſ-
ſa, ſi ex propoſito,peccatum incurrit.
Sum. in verb.vagatio mentis.quę tan-
to peior,cum,& cōcurrat vagatio per-
ſonæ: ſed procuranda eſt quies animi
per ſedationem paſſionum,quæ proce
dit ex ordinatione rationis cum deli-
beratione, niſi enim hoc fiat, dicit ſa-
piens Eccl.cap.1.quòd *Stultorum infi-
nitus eſt numerus, & peruerſi difficile
corriguntur, & riſum reputauerint erro
rem*, cap. 2. & *Fatuus fatua loquitur*,
12 cap.legimus quæſt.93.diſt.†Inde ſem-
per hæc vagatio perſonæ, reprehenſi-
bilis eſt iudicata, & ſiniſtram induci.
ſupitionem c.quia in tantum de prębi
quam leuitati animi adſcripſit Arch.
di.per illum tex.in cap.fi. de reſcr.lib.
6. cum ex hoc bannitos vagabundos
iudicemus, qa nō ſemper habent cer-
tam habitationem,& vadunt per mun
dum peregrinantes.Iul.Clar. lib.5. re-
cept.ſent.§.fin.quæſt.39.verſ.8. & iux
ta illud de terra in terram, de loco in
locum, de domo in domum, vt pœna
ſit addita pœnę, a iudice vna, a ſe ipſo
alia,propter maiorē corporis afflictio-
nem, & *Dominus malos male perdet,
& vineam ſuam locabit alijs agricolis.*
13 Matth. cap.21. † Quare dicimus va-
gationem de ordine in ordinem apo-
ſtatandi occaſionem prębere: ſeſs.14.
Conc.Trid.de reform.cap.11.& is tā-
quam apoſtata puniendus,niſi redeat.
ſeſs.25.eiuſd. Conc.de reform. regul.
cap. 19. ſuper quo notanda eſt deciſio
Innoc.III. Sum.Pont.in c.ex parte de
tempor. ordin. quando per tranſitum
ad aliud nomen, ſeu ad alium ordinē,
quis fuerit promotus,quòd non ſuſpē
ditur,conſiderando,ſi publice, vel oc-
culte, & melius tamquam ad duriorē
obſeruantiam, nec clericis peregrinari
ab eccleſia licet.vide de cler.per & tex.
cap. ſacerdos de pœn. diſt. 1.non pro-
cedit hodie in illa ignominioſa pere-
grinatione. dicit ibi Mart. Nauar. nu.
171.Cum eſſet,& ſibi,& toti clero de-
decori.93 diſtinct. c.diaconi per Cal.
14 de vit.& hon. cler. conſ.1. † Ad pro-
poſitum ergo, is dicitur vagabundus,
qui in loco,vbi aſſiduus eſſe debet, nō
inuenitur l. ſi quis domeſticorum. C.
de dom. & pro gl. in extrauag. execra-
bilis.

bilis Ioan.22.in verbo vagandi.Bar.in l.I.C.de tyron.in l.quiſquis C.de agri. & cenſit.lib.11.ſimilis glo.in l.4.§. ait prætor.ff.de damn.infect.Iul. Clar.lib. 5.recept. ſenten.§.fin.quæſt.39.Fel.in cap. quoniam.§. porro.vt lit. non conteſt.Marſil.conſ.83.nu.13.& dicit ipſe Nauar.in cap.placuit nu.79.de pæni. diſt.6.Quòd vagabundus proprie eſt, qui nullibi certum habet domicilium per bonam gl.in l.hęres abſens.§ prouide verſ.at ſi quo. ff.de iudic. & cum malum ſit vagare,quiſq. abſque cauſã vagans,non eſt ſine peccato,cum ſciẽs id faciat, & pereat in periculo qui amat periculum.Eccl.cap. 4.& qui periculo ſe ſupponit vitæ renũtiat l.prin
15 ceps C.de princ.agent. in reb.lib.12.† Quæ ſi in laico repræhenſibilis iudicatur,fortius in religioſo,quem vagabũdum dicimus non poſſe viuere extra clauſtra, ſicuti piſcem extra aquam.c. vt periculoſa,ne cler.vel mon. ſupra.c. 15. nu. 15.exinde cum experientia id verum eſſet compertum, ne ẽt a prælatis religioſi extra ſua clauſtra haberẽtur,præter iuris communis diſpoſitionem, graui lege decreuit Pius V. in ſuis litteris incip.quęcumq. ſacrarum 1569.anno.4.Sic de epiſcopis ſine licentia Papæ, & de clericis ſine licentia epiſcoporum peregrinari non valentibus arg.tex.in cap. magnæ. verſ. cum enim de voto.Doct. in tit.& cap.1. de
16 cler.peregr.† Ideo de clerico vagabundo dicimus, quòd ſi poſt monitiones factas nõ reſipiſcit, perdit beneficium 16. quæſt. 1.cap. generaliter ex ſimili lege generaliter.C.de epiſc. & cler. l. ſi quis.C.de don.& prot.lib. 12.& gloſ. in citata extrauag.execrabilis,cum nec poſſit ſine licentia epiſcopi, ut modo eſt dictũ de conſec.diſt.5. c. non oportet.lo 2.& ꝙ licẽtia ſit petita & obtẽta gl.in eod.c.non oportet.quod forte nõ procedit in generali indulgentia, eundo ad vrbem quolibet 25. anno.in ipſa extrauag.Antiquorum habet Boniſ. VIII.de pænit.& remiſſi.& gl.ibidẽ, quod petat, & ſi denegatur, maxime
17 non ex cauſa,quòd ſufficiat.† Et tunc dicitur clericus uagabundus, cum per abſentiã ignoratur,vel uiuus, vel mortuus ſit, aut ſi ſponte conſideratur diu abeſſe, vt non ſolum perdat adminiſtrationem ipſius beneficii per prædicta,ſed priuetur.7.quæſt.1.cap.non oportet. & cap. ſeq. Abb.in cap. extirpandę.§.qui vero de pręb.& digni.Ad aliud ſi clericus locum ſuum,cui in ordinatione aſcriptus fuit,derelinquat, interdicat ei epiſcopus exercitium ſacrorum ſeſs.23. Conc. Trid.de refor. cap.16.§.quod ſi locum, quod, & obſeruãdum eſt a Prælatis ne eccleſia redatur vacua clericis.(Sic de vaſſalo trãſeunte ad alium locum,ꝙ poſſit a domino reuocari in conſtit. regni quiſquis vbi Affl.de tranſ. ad alien.habit.)
18 † Ex qua itidem ratione inſtitutum eſt nullum clericũ ordinari, niſi a ſuo epiſcopo. cap. cum nullus de tempor. ordin.niſi proprii epiſcopi, vbi natus eſt,litteras habeat,quas dimiſſorias,& approbatorias vocamus, ex multis quos videmus impeditos tranſmeare ad aliena loca,idq. ex Conc.Tri.confirmatum eſt.ead. ſeſs.& tit. c.16. §.nullus, vt nec prima tonſura ei conferri poſſit:ex alio decreto eiuſd.Conc.ſeſs. 14.de reform. cap.2.ſed ſi dicat ſe ordinatum, cum cautela eſt procedendum,aut publice, aut ſecrete.Sylu.in verb.peregrini. Nã multoties ex qua-

litatibus

litatibus coniicimus de fide vnius,inde decretum fuit antiquum Sanctorũ Patrum, vt dicens ſe ordinatum in remotis, aliquanto tẽpore ſuſpendatur, & diligẽter probare debet de actibus, cap.1.de cler. peregr. & niſi cõſtet per idonea argumenta, in ſuſceptis ordinibus miniſtrare non põt,nec ad alios aſcendere, quouſque conuerſatio eius fuerit probata, c. inter quatuor eod. tit. non ſemper ſtando in credulitate, cum facto opus ſit, & in eo probatione, non præſumptione, l.in bello.§.fa
19 ctæ. ff. de capti. & poſtlim. † Quippe vbi aliquid oportet ſcire pro ſalute animarum ipſorum, nec conſtat relinquimus propriæ conſcientiæ, & eorũ iuramentis ſtamus, arg.cap. ſtatuta,in fin. de hæret.lib.6.per quod not.dixit Archid. In tribus aliquẽ relinqui propriæ conſcientiæ. Primo quando non debet prohiberi, quia poteſt illud, de quo agitur, facere,aut dimittere, ſine peccato, vnde ſtatur propriæ voluntati. Secundo ſi timentur ſcandala propter multitudinem in cauſa. 4. diſtin. cap. denique. Tertio deficiente iudicio, & ex hoc ex duplici cauſa, & per perſonam, quæ nequit iudicari. cap. nunc autem.21. diſtin. & propter crimen,quod eſt occultum,& inditia nõ apparent, cap.conſuluiſti.2. q.5.& eſt gloſ. in cap. ſignificaſti, lo primo, in verb. ſi ita eſt, de homicid.quam inſignem dicit Couarr. lib.2. var.reſolut. cap.10. in princ. verſ.3. (& faciunt ſimilia dicta in alia eadẽ materia, quãdo dicitur.Sit commiſſum proprię voluntati, idem iudicari, quia denotat propriam voluntatem abſolutam, & liberam, non regulatam ratione,ex qua non petitur reductio ad arbitriũ boni uiri,eſt bonum dictum Abb.in c.cum in cũctis. nu.4.de his, quæ fi. a maio. part.c.& quando dicitur, ut procedas ſecundum ſenſum tuum,libitum tuũ, mentem tuam, ſecundum cor tuum, ſecus de uerbis illis, iudicium tuum, vt viſum fuerit, arbitrium tuum,& in alliis ordinate poſitis per Felin. in cap. canonum ſtatuta. nu. 51. vſque ad finem, de conſtitut.) Sic etiam ſtamus dicto alicuius pænitentis, & ſacramentum Euchariſtiæ petentis, ſi dicat ſe confeſſum, & abſolutum, licet aliter non probet, tex.eſt in extrauag. inter cunctas. Bened.XI. §.ſuper cõfeſſione autem, de priuil. excipiendo duos caſus, quãdo ſacerdos dicat eum eſſe excommunicatum, vel notorie peccatorem.S.Doctor,quodlib.1.ar.2.optime Nauar. in cap.penul.nu. 85. de pœnit. diſt.6.quod etiam ampliat in cap.placuit.ead.diſt.nu.173.cum ſeq.quando diceret monacho ſe habere licentiam a ſuo parocho,& eidem ſe eſſe confeſſum, quæ dicta in hac materia,& practicabili ſunt conſideranda, & eſt glo. diſcurrens in clem.1. in verb.nõ habi-
20 ta,de priuil.& exceſ.priuil.† Et ꝙ ſtandũ ſit in prędictis proprię conſciẽtiæ, aducitur illa ratio, pro ſalute animæ, vt quis non pręſumatur immemor ſalutis ſuæ.1.q.7.c.ſancimus.& glo.in d. clem.faciunt dicta per Innoc.in c.audi tis,de in integ.reſtit.dixi in fami.ſing. in l.C.nu.214. licet Alciat.noſter limitet, in ſuo caſu, de præſumpt.4.nu.8. ſed in præſenti,vt memor ſuæ animæ Deum diligendo.dicit.n.canon.Conc. Trid.ſeſſ.6.de iuſtific. c. 11. *Qui ſunt filij Dei, Chriſtum diligunt:* Quàmuis & plerumq. non omnis, qui moritur, pręſumatur ſanctus Ioã. Bap.ex dicto

Bal.de pac.conſt.in verſ.vaſſalli : & de
ingreſſis ad nuptias domini,vnus fuit
eiectus Matth.cap.22. *Amice quomo-
do huc intraſti,non habens veſtem nu-
ptialem*. Neq. omnia geſta immitan-
da,ſed quę ſacra ſcriptura permittit.
Auguſt.de vener.ſanct.c.23. neq. om-
nes,qui dicunt. *Domine ; Domine ape
ri nobis, intrabunt in regnum cęlorum.*
Quia etiam dicitur. *Amen dico vobis,
Neſcio vos.* Matth.cap.25. vnde Hie-
rony.vę tibi Ariſtoteli,qui commēda-
ris in mundo,ubi non es, & cruciaris
in inferno , vbi ſemper eris.Sed in fa-
cto propoſito , quod probandum d.l.
in bello. §. facta verum admittitur ad
probandum tenores,& qualitates littę
rarum,ſi fuit ordinatus,& dicat perdi
diſſe,cap.tuæ fraternitatis,de cler. pe-
regr.cap. cum olim de priuil. & ratio-
nem differentię a primo,aſſignat glo.
in ead.clem.1.Quia ſacramētum ordi
nis non ſolum datur propter ſe, ſed et
propter alios,ideo maiori opus eſt pro
batione , ſecus quando ſacramentum
21 recipit propter ſe ſolū &c. † Sed vbi
vagabundi dilinquerint , ex diſtantia
regionum, & varietate regnorum,pu-
niri poſſunt in loco delicti. C. vbi de
crim.ager.oport. enumerando tres ca-
ſus, lege 1. ex communi dicto per
glo.ibidem,*Vbi te inuenero, ibi te iudi
cabo*:ponens quartum caſum in vaga-
bundis 3.quæſt.6.cap.1. tamen etiam
remittuntur ad locum delicti ex ma-
gis cōmuni opinione,de qua doct. in
cap.fi.de foro compet.ſupra.eod.lib.c.
8.c.17. capit. 20. in quibus locis mul-
ta diximus,& ꝙ vagabundi,etiam re-
mittantur ad locum delicti,ſi remiſſio
petita fuit, firmat optime Couarr; in
pract. qq.cap.11. num.7. remouendo
gloſſ.alleg.in d. lege I.C.vbi de cri. ag.
22 oport.† Sed dubium ſtat , quomodo
erunt citandi peregrini,& vagabundi.
Si loquimur de clerico habente bene-
ficium , ſufficit in eccleſia edictum ci-
tationis affigi,competenti termino ap
poſito: ſin ſecus, vel ſit laicus.dicit In-
noc.in cap. fi.de eo , qui mitt. in poſs.
eſſe citandum in domicilio,quod ma-
gis frequentabat , vel citandos cogna-
tos , & amicos per proclama , ex qui-
bus non datur poſtea excuſatio igno-
rantiæ cum difficile ſit aliter prouide-
re: poſuit Andr.Tiraq.de vtr. retract.
lib.1.§.9. gloſs.2.nu. 34.iuxta termi-
nos legis,tunc citandum reum ad do-
mum , cum eius perſona reperiri non
poteſt: per Affl.in l.citationis litterę.1.
not.de lit.citat. & ſi debet poni hęc ci-
tatio per edictum,affigitur,ubi frequē
tius citandi conuerſari ſolebant.nu.7.
& num.9. de vagab. Bal. in l. vt perfe-
ctus.C.de an.except. & nota plures ca
ſus , quibus citatio per edictum fieri
poſſit,per Fel.in cap. quoniam frequē-
ter.§ porro. vt lit. non conteſt. & 13.
reaſſumit Rober.Mat.in ſuo Specu.6.
part.de citat. num.82.vſq. ad nu. 96.
& alios quando per proclama nu. 97.
vſq. ad nu. 110.incluſiue, & demum,
quando per campanam,de hac citatio
ne per edictum,dixi multa ſupra hoc
libro. cap. 5.num.1:vide Iul.Clar.lib.
5.recept.ſent.quæſt.31.verſ.39.incip.
23 ſed quid ſi reus. † Nec proderit tali-
bus vagabundis non habentibus pro-
prium larē,& petentibus, ſe ad aliquē
certum remitti: nam ex mutatione ip
ſorum,vbi inueniuntur, cōueniri poſ-
ſunt,prædictis modificatis ex eorum
inſtabilitate.ff.quæ in fraud.cred. l.ait
prętor.§.ſi debitorē:ideo vbiq. reſpon
dere,

dere,& ſatiſdare debent. ff. de iudic.l. 2.Nam quotieſcumq. aliquid fit, aut apponitur ad dilatandum, aut ad iudicium ſubterfugiendum, iudex debet ex officio prouidere. Paul.de Caſtr. in l.properandum.C.de iudic.colum. 2. Cum enim doloſè quis ſe occultat, ne poſſit citari, poteſt ſine alia citatione iudicari, vel ſi certum eſſet,nullam cõpetere defenſionem.de primo.Abb.in cap. ex tuæ, de cler. non reſid. de quo Matheſil. ſing.130. num.4. de ſecundo. Card. Alex. in c.cum ſit Romana. colum.2.circa fin.de appellat.notat ipſe Marant. ea. part. de citat. num.36.

24 cum ſeq. † Similiter epiſcopus non accipiat in clericos, vagabundos, & in diuerſis curijs verſatiles, qui odibiles ſunt. In Conc. Rom.celebrato ſub Sylueſtro Papa,cano.16.& diſtinct.quinquageſimaprima, cap. primo.quo vtitur text. Concil. Tridenti. ſeſſ. 6. de refor. c. 1.§. ac nihilominus,eo magis de ipſis curialibus, qui Dominis adulantur, de quibus dicit S. Hieróny. ꝙ captant alienas hæreditates. in cap.nõne vobis videtur. 47. diſt. cauſa autẽ ponitur per Gregor.lib.8.in Regiſtro literaliter per Gra.54.diſt.cap. legem. quod de curia ſeculari intendimus, non autem de curialibus apud prælatos commorantibus. Namq. habet,& eccleſia curiam ſuam, probatur, de ſenten.excõm.cap.ſi quis iudex. lib.6. & epiſcopus fiſcum habet ſuum Doc. in cap. excommunicamus. de hæret. gloſſ. in cap. quia, de conceſſ. præb. Petr. Foller. in pract. crim. cano. par. 2. cap. 5. tit. de denunt. fact. nu. 13.

25 cum ſeq.† Simile iudicamus reſpectu ipſorum vagabũdorum in collationibus beneficiorum, vt non facile peregrini in ipſis inſtituantur. c.te nobis, de cler. peregri. magis enim conferat ſuis clericis ciuitatenſibus, quàm exteris, & alienigenis. c. hortamur.71. diſtin. de quo multa congerit. Dom. Cæſ.Lamber.de iur. patron.lib.1.par. 1.7.quæſt.ar.24. & ſupra hoc lib.c.5. num.14. ſed procedit quãdo idoneos habet clericos, nam ſi de ſuæ eccleſiæ gremio, beneficio ſufficientem clericũ aſſignare nõ poteſt,alium approbatũ, etiam a ſuo ordinario aſcribat. arg.ea. diſt. cap. primatus, & ſic fuit concluſum per DD.in quodã publico examine, quod tamen eſt bene conſiderandum, &c.

DE LITTERIS CONSERVATORIIS.

CAP. VIGESIMVMTERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *LITTERAE cõſeruatoriæ, quæ ſint.*

2 *Conſeruatorum officiũ quod eſt.*

3 *Conſeruator eſt ad inſtar delegati.*

4 *Conſeruatores, qui dari poſſint.*

5 *Actor non trahit reum apud ſuum conſeruatorem.*

6 *Familiares qui, & quot gaudeant reſpectu litterarum conſeruatoriarum.*

7 *Conſeruatores non poſſunt habere tribunal erectum, aut ordine Iudiciario procedere. Nec vltra dietam aliquem trahere. nu. 8.*

9 *Conſeruatores quando poſſint dari ſuſpecti. nu. 10.*

11 *Litteræ conſeruatoriæ non durant vltra quinquennium.*

12 *Litteræ conſeruatoriæ non impediunt ordinarium procedere in criminalibus, & mixtis.*

13 *Conſeruatores quomodo puniãtur excedendo poteſtatem.*

14 *Epiſcopi de iure ſunt conſeruatores pauperum.*

15 *Conſeruatores nundinarum in quibus procedant.*

16 *Rex dicitur conſeruator ſuorum vaſſalorum in regno. Et ibi de practica conſeruatorij.*

17 *Ius ciuile quod remedium inuenerit pro conſeruatorio, ne quis moleſtetur.*

ADHVC tamen vltra prædicta poteſtas ordinariorũ volentium exceſſus corrigere, quæritur a multis declinari, alia tamen ratione, quia delinquentes, vel alij litteras conſeruatorias a Sede Apoſtolica obtinent, quarum vigore denegatur poteſtas ordinariis eos cognoſcere, ideo neceſſario videndum eſt, quid in prædictis iure ſtatutum ſit, & nouiſſime prouiſum fuerit ex Concil.
1 Trid.† Dicuntur autem litteræ cõſeruatoriæ, quæ certis iudicibus diriguntur, vt aliquem a moleſtiis, & iniuriis tueantur, pariterque defendant, manutenendo eum in poſſeſſione bonorum, rerum, & iurium ſuorum: ſic colligitur ex proœ. Concil. Trid. ſeſſ. 14. de reform. cap. 5. quas ſolus Papa cõcedit. not. doct. in cap. primo, & in cap. fin. (vbi de conſeruatoriis, & conſeruatoribus tractatur) de offic. deleg. lib. 6. & ipſarum forma intuenda eſt, vt videri poſſit inquãtum poteſtas data extendatur. Dom. Florent. etiã notauit ſingula dicta ipſorum iurium. in ſum. 3. parte, titu. 9. cap. 4. & titu. 34.
2 cap. 37.† Eſt igitur officium ipſorum conſeruatorum a manifeſtis iniuriis, & violentiis defendere. eod. c. 1. de factis, & faciendis, ut de ſatisfaciendo læſo, & prohibendo, ne deinceps inferantur. gl ibidem, interdũ ſolent dari cõſeruatores ad defendendum aliquẽ contra latrones, vt quia mittitur nuntius, aut alius familiaris habet tranſire per loca ſuſpecta, in quibus frequentant latrones, (& quibus vbique iter abundat) dantur litteræ cõſeruatoriæ, ſeu aliis deſtinantur, vt prouideant de tuto tranſitu, vel ẽt plerumq., vt priuilegia conceſſa conſeruentur. Timet. n. priuilegiatus vim, aut in obſeruãtiam ſui priuilegij ab ordinario, obtinet à ſuperiore conſeruatorem, qui ſuũ priuilegium defendere habeat, ut dicit gl. in eo. c. 1. qui namq. conſeruatores dati, ſi non defenderint tenent̃ de ſuo. Quia irreligioſum, & execrabile iudicatur non defendere in protectione ſuſceptos, argumẽ. cap. irreligioſum. 87. diſtin. (An autem hæc defenſio ſit iudicialis tantum, vel etiam extra iudicium, de materia, quòd iudicialis, ſed in promiſsione ſecus, vbi de facto ꝓceditur, diximus in famil. ſingular.

3 in littera. P. num. 113.) † Appellatur autem conſeruator ipſe, Delegatus Papę, quia ſpecialiter de eo tractatur ſub tit. & mater. de offi. dele. & in ipſis cõmiſſis, eſt maior quocumq. ordinario etiam legato de latere cap. 2. de offic. leg. & alij in rubr. & lege I. de offic. eius, ſed in multis differt a delegato, prout differentias recollegit glo. in eo. cap. fi. & litteræ quæ dantur, dicuntur litterę Delegatoriæ arg. tex. not. de iur. ciuili, in l. miſſi opinatores. C. de exac. tribut. lib. 10. ipſas litteras oſtendendo, alias nõ creditur, niſi de delegatione, & conſeruatione, conſtet. cap. cum in iure peritus de offi. deleg. vbi doct. (Alię ẽt ſimiles litterę dicuntur a doc. Aſſecurtatitiæ, quæ obtenuntur pro aſſecuratione habenda, vt ſecure, & comparere, & cõuerſari valeat eas obtinens glo. in c. ex parte lo 1. de appell. refert. Fabius Montel. in ſua prac. par.
4 1. in princ. nu. 12.) † Sed ipſi conſeruatores deputandi ex cõſtitutione Bonif. VIII. eo. tit. in 6. cap. ſi non omnes creari poſſunt, niſi ſint epiſcopi, vel eorũ ſuperiores, Abbates, aut obtinentes dignitates, & perſonatus in eccleſijs cathedralibus, & collegiatis, & quòd non ſint de iuriſdictione ipſius, cui dantur, tam in ſpirituali, quam in temporali, vel conſeruator Conſeruatoris (exceptis, Regibus, & Reginis ex cauſa. aſſignata in tex.) ex quo dicunt ibi doct. Metropolitanum non poſſe habere conſeruatorem ſubditum ſui ſuffraganei. eſt enim in eo ſuſpitionis cauſa, ut pro ſuperiore teneat, & iudicet, cap. ſi. per totum. 3. quęſt. 5. Sic iudex non debet eſſe vaſſallus impetrantis. 22. quæſt. 5 cap. de forma. glo. in c.
5 cauſamq. de offic. deleg. † Nec vigore

ipſarũ litterarum poterit ipſe, ẽt, qui eas litteras obtinuerit aliquem trahere apud conſeruatorem datum in ſui fauorem in ciuilibus cauſis, vt declarat tex. Conc. eiuſd. cap. §. in ciuilibus, non deuiando a regula iuris, actorem debere ſequi forum rei cap. cum ſit generale, de foro comp. (Sicut nec de pluribus perſonalibus quæſtionibus apud diuerſos iudices. cap. diſpendia litium de reſcrip. in 6.) ſi enim actor apud conſeruatorem ſuum trahere poſſet in dictis cauſis reum, peruerteretur iuris ordo, vt actoris forum reus ſequatur l. iuriſdictionem. C. de iuriſdict. om. iud. Quod etiam in criminali cauſa extendit alius tex. eiuſd. tit. l. in criminali negocio, & vtiq. etiam procedit hodie per tex. alleg. Conc. regula autem tex. cap. cum ſit generale ſupra aducta limitatur in aliquibus caſibus poſitis per Soci. in tract. fallen. Regul. 10. & Mar. item Socci. conſ. 18. proſe-
quendo lib. 1. † Et vt minus præiudicium ordinariæ iuriſdictioni inferatur, non poſſunt obtinentes dictas litteras conſeruatorias pro omnibus ſuis familiaribus vti eis, niſi pro duobus tantum, hoc tamen adito, ꝙ vere illi duo ſuis propriis ſumptibus viuant, eo. c. 5. Conc. Tri. §. familiaribus vero: (Etiã ſi abeſſe aliquãdo pro propriis negociis gerendis contigat tex. not. ad idem de duobus familiaribus in cap. ſi cui. de verb. ſigni. lib. 6. doct. in regula de impetr. ben. vac. ob famil. quæſt. 13. p D. Sarn.) reſtringitur. n. quantũ põt ipſa familiaritas, vt in alio nõ diuerſo caſu, dicit tex. eiuſ. Cõc. ſeſſ. 24. de refor. ge. c. 11. §. q̃ vero, Ab ipſis nãq. familiaribus excellus cõmittentibus, ſolęt aliis audacia creſcere, in famil. 6

ſing. in littera F. nu. 1. cum quilibet ſuorum domeſticorum curam habere debeat, alias fidem negat, & eſt infideli deterior. 2. Tim. 3. c. ſicut hi. §. neceſſe. verſ. hinc etiã. 47. diſt. qui ſi non exceſſerint, maior erit dominorum au thoritas, vnde Dauid Rex in pſal. 18. *Si mei non fuerit dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo.* (Et dicuntur familiares, ſerui domeſtici, commenſales per not. in c. cuſamq. de off. deleg. cum gl. ad mul-
7 ta ſignandum hoc dictum.) † Nec conſeruatores dati per ipſas litteras ali quod tribunal erigere poſſunt, aut ere ctum tenere. eod. c. Conc. §. non liceat, aut exercere, quæ requirunt iudicialẽ indaginem cap. 1. in fin. de offic. deleg. in 6. ex ea ratione, Quia in notorijs, & manifeſtis ordo iudiciarius nõ eſt ſer uandus. glo. in c. quoniam de fil. preſbyt. poſſunt tamen citare, contumaces facere, cogere teſtes, & ſic obſeruare ali quem ordinem eod. cap. 1. & c. ad noſtram. de iur. iur. non tamen plene, vel ſi negetur eſſe offenſam notoriã, poſſunt recipi probationes ad videndum, ſi ſua ſit iuriſdictio: argum. cap. ſuper litteris de reſcript. de cuius notorij ma teria, eſt videre text. cum gloſſ. in cap. manifeſta cum cap. ſeq. 2. quæſt. 1. Innoc. Abb. in cap. veſtra de cohab. cler. & mul. Quãdo autem dicatur notoria offenſa, recurrendum eſt ad gloſs. & doct. in cap. ſolet de ſent. excom. lib. 6. & optime declarat Innoc. III. in cap. cum olim, de verb. ſignif. & in dicto c. ſolet, tractatur materia de abſolutione, quæ petitur ab excommunicatio-
8 ne ad cautelam. † In procedendo autẽ contra aliquem, vltra dietam a fine ſua rum diœceſum eum trahere non poſſunt alleg. cap. 5. §. conſeruatores, nec vices ſuas alteri committere. præter citationes ſententiarum, & denuntiationes. §. vices quoq. & tunc infra diœceſes tantum, vbi deputati fuerint. eo §. ſed delegatus aliter, qui poteſt p duas dietas trahere ad ſuum iudicium, cap. nonnulli de reſcript. & plus ſi fuerit dictũ. §. niſi de aſſenſu. & ſeſs. 13. Cõc. Trid. de reform. cap. 2. ibi ultra duas legales dietas. (Ex quo nota duplicem eſſe dietam, vnam legalem, quæ continet. 20. miliaria, aliam vero vulgarem, quæ eſt determinata per vſum vulgi, & hominum loci, notatur in cap. ſtatu tum. §. cum autem de reſcript. lib. 6. & vbi in iure fit mentio de dieta, intelligi mus de vulgari, non delegali, vide in c. præſenti verſ. loca, per doct. de præb. lib. 6. Fel. in cap. dilectus, & c. non nulli. de reſcripr. Boer. etiam deciſ. 230.) Item delegatus poteſt totam cauſam delegare alteri, & ſi renuet it accipere, etiam contra ipſum procedere cap. pa ſtoralis §. 1. de offic. dele. niſi induſtria, & fides perſonæ eſſet electa, quo caſu, non poteſt, niſi partes conſentiant: exceptis tamen quibuſdam caſibus poſitis in capit. fi. §. is autẽ. & §. fi. eod. tit.
9 † Et vbi quis obtinuit conſeruatorem, & exiſtat reus, declinans forũ ad ſuũ conſeruatorem, allegatum tamẽ a parte ſuſpectum. ſuperſedendum eſt in cauſa, & arbitri ſunt eligendi, vt de ſuſpitione cognoſcant, vel ſi inter ipſum conſeruatorem, & ordinarium lo ci differẽtia iuriſdictionis oriatur, per eundem tex. cap. 5. §. quod ſi, Qui arbi tri eligendi ſunt ſecundum formam iuris traditam in cap. ſuſpitionis de offi. deleg. in c. cum ſpeciali de appell. lib. 6. & iuriſtæ in L. apertiſſimi. C. de

iudic.

iudic.vbi notatur quæſtio, an liceat da
re ſuſpectos omnes iudices ciuitatis,
quod in dubiis poteſt eſſe, vide ple-
nius per Mar.6.part.de appell. nu.26.
vſq. ad num.74.vbi ponit 40.caſus al-
10 leg.ſuſpectum Iudicem.† Sed quando
Conſeruator cognoſcit de notoriis,nõ
poteſt recuſari ſuſpectus, cùm proce-
dat in eo,quo datur glo. eo.cap. 1.etiã
ꝙ notorium eſſet tale, quod non habe
ret pœnam certam,ſed arbitrariã,An-
ton.de Butr. in cap. cum ſpeciali verſ.
oppono,quod nõ poſſit de appell. lib.
6.Quia nec in ipſis notoriis datur ap-
pellatio cap.cum ſit.§.præterea cap.cũ
ſpeciali.§.porro.de appellat.& arg.tex.
Conc.Trid.ſeſs.24.de refor. gen. cap.
10.in fine.Immo inuocare poteſt auxi
lium bracchii ſecularis ad exequendũ
ſuum officium,& præſtandum eſt,iux
11 ta notata in cap. 1.de offic.ord.† Vltra
tamen quinquennium hæ litteræ cõ-
ſeruatoriæ nõ durant, & amplius quis
eis uti non poteſt. ſic decretum citato
cap.5 §.nemo.& per cap.fi.de offic.de
leg.lib.6.ipſo iure expirant.quoad ne-
gocia non cœpta per obitum conceden
tis.§.officium autem.(In multis enim
operatur hoc tẽpus quinquennii ſta-
tutum l.2.C.de coll.deteg. leg.quoties
C. de præc. Imper. offer. de qua lege
Affl.deciſ.5.& deciſ.378.l.quinquen-
nium. ff. de adult.ſeptẽ caſus effectus
item ipſius quinquennij not.in tit.ru-
bri. & nigr. per ſeptem leges.C. ne de
ſtat.def.ſupra hoc libro,cap.3.poſt nu.
28.infra.cap. 28.nu.31.c. 29.nu.10.)
12 † Item nec durante ipſo quinquen-
nio ex reſcripto eiuſd.Conc. §.idcirco
non operantur, vt eas obtinentes non
poſſint conueniri coram ordinario in
cauſis criminalibus, & mixtis: Dicun-
tur autem cauſę criminales.ex not.per
doct.in rubr.de iud.quando agitur ad
commodum publicum, ſiue ad pœnã
corporalem, ſiue ad publicam vindi-
ctam,aut ad pœna pecuniariam appli
candam fiſco. Iulius Clarus lib.5. re-
cept.ſent.§.fi.quæſt.1.Affl.in conſt.va
rietate nu. 7.8.de iur. iur. quæ autem
mixtæ,in cap.tuæ.de procur.& confir-
matur hoc dictum per aliud decretũ
præfat. Conc. quòd cauſæ criminales
epiſcopis tantum reſeruantur ſeſs.24.
Conc.Trid.de reform. gen. cap.20.§.
13 ad hęc. † Ad remouẽdum tamen gra
uamina,quę forſan poterunt per con-
ſeruatores fieri, & in ferri, abutendo
poteſtate conceſſa,ſtatutũ eſt,ꝙ ſi prę-
ter violentias manifeſtas, & iniurias
præter ordinarium iudiciorum ordi-
nem proceſſerint,ſint ab officio ſuſpẽ
ſi per vnum annum,nec pars ſine pœ-
na remanebit; nam procurãdo,excom
municationem incurrit,a qua non ab-
ſoluitur; niſi parti leſæ integre de ex-
penſis ſatisfecerit. §.vt autẽ & §. pars
vero eod.cap.fi.Et cum ſit pœna deter
minata a iure, ipſa venit imponẽda,et
non poteſt minui,niſi per ipſum ſupe
riorem,cap de cauſis de offic. deleg. l.
ſi quis reum.ff.de cuſtod. reor.dixi in
14 famil.ſingul.in littera L nu. 62.† De
iure vero conſeruatores dicuntur epi-
ſcopi, qui tenentur defendere viduas,
pupillos, & miſerabiles perſonas ab
oppræſſionibus, & violentijs: de foro
compet. cap. ex parte de offic. deleg.
cap. ſignificantibus: *Ipſorumq́, pater*
nam curam gerere.Dicit tex.eiuſ.Cõc.
ſeſs.23.de reform.cap.1.in princ.quia
ipſi ſunt generales ordinarij ſuarum
diœceſum.Abb.in cap. ſi quis contra,
col.2.num.5. de for.compet.vnde, &
Cc 4 conſer-

conſeruatores dati modeſte, & reuerenter ſe debent ferre cum ipſis, ſeruata forma tradita per Alexandrum Quartum in cap. 2. de offic. delegat. lib. 6. & notãdum eſt in materia alia.

15 † Quòd conſeruatores dicuntur etiã illi, qui ſunt præfecti nundinis, defendentes omnes mercatores venientes, & iuſtitiam exercent inter ipſos; vt quia eſt factum pro facto nundinarum, & inter mercatores frequentantes nundinas, & quia ſolutio fuit deſtinata ad nundinas. Petr. Rebuff. de merc. min. vend. §. 15. item contra occultantes merces, earumque receptatores, & in dependentibus, & connexis, ſcribit plura Petr. Folle. in prac. ad Marant. per quatuor partes (licet ordine confuſo, prima eſt in 4. part. 9. diſtinct. poſt num. 49. vſque ad nume. 165. vbi; & ſecunda eſt inſerta. Tertia eſt in ſexta parte in 9. membr. num. 20. uſque ad finem. Quarta vero pars eſt in 6. actu iudicij. eiuſdem. 6. part. a num. 23. vſque ad finem. vbi multa vtilia cumulauit, quæ quotidie

16 occurrunt.) † Ad propoſitum ergo Rex ſolet dici conſeruator ſuorũ vaſſallorũ, vt nemini iniuria fiat, & quiſque ſuũ libere poſſideat, quia Rex in vaſſallis viuit, & vaſſalli in Rege, qui pacem, & augmentum ſuorum fideliũ omnibus uiribus procurare debet, ut ſic duret quiete, & gaudio populorũ, vt nomẽ eius amabile fiat, & nihil niſi proprium, niſi, quod legibus permittitur, vſurpet, ſic populi gaudent, & Reſpublica firmatur, Vnde Vergil. 1. Aeneid. de Ioue.

Diuum Pater, atque hominum Rex.

Subditorum trãquillitatem procurando, ne alijs violentia inferatur, in c. Reg. Ad Reg. faſtig. & Practica obſeruat. ibid. Mod. Campan. Gram. deciſ. 78. vniuerſitas, & homines. Sic de ſummo Pontifice omnium conſeruatore, & Patre. cap. ad Apoſtolicæ. de re iud. lib. 6. vbi de ſententia contra Federicum Imperatorem. Nam cum Imperatores, & Reges in damnum, & ruinam Reipublicæ Chriſtianæ Imperiali, & Regali vtantur poteſtate, iuſte contra eos ad priuationem, depoſitionem procedit Papa, Vnde Zaccharias primus eius nomine Carolomanũ Regem Franchorum, quia in adminiſtrãdo Regno inutilis erat, priuauit. Pipino eius fratre, qui fuit pater Caroli Magni, in eius locum ſuffecto, & de ipſo Federico. d. c. ad Apoſtolicæ, & Innocen. III. Regi Portugalliæ coadiutorem dedit, cap. 2. de ſupplen. negli. præl. lib. 6. de quo infra, eod. lib. c. 27.

17 nume. 7. † Nec nouum eſt hoc iuris remedium, cum & Vlpianus antiquus Iuriſconſultus. in l. fin. ff. quod met. cauſ. reſpondeat, per idem ius ciuile poſſe prouideri timenti uiolentiam ſibi inferri, quòd adeat aliquem poteſtate præditum: qui prohibeat eum uim pati: ſic vbi quis timet, ne aliquis ſuam poteſtatem inuadat, imploret officium iudicis, petendo ſe defendi in ſua poſſeſſione: probando de poſſeſſione, ſine libello, & ordine iudiciario, ſunt dicta Imol. recitata per Felin. in cap. in præſentia. num. 57. verſ. poſtremo, de probat. &c.

DE PAROCHIANIS DIVERSARVM Eccleſiarum, an poſſint in vna Eccleſia conueniri, vt ibi viſitentur.

CAP. VIGESIMVMQVARTVM.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium præſtat potius ex facto, quàm ex relatione.*
2 *Epiſcopus viſitans, proprijs oculis debet videre eccleſiam.*
3 *Oculus eſt certior arbitrer aure.*
4 *Redditus eccleſiaſtici quare ſint deputati.*
5 *Difficultas, & incommoditas, multa permittunt quæ aliàs non permitterentur.*
6 *Varietas locorum inducit varietatẽ perſonarum.*
7 *Marcellinus Papa impeditus, viſitabat eccleſias per litteras.*
8 *Nuntij miſſi ab epiſcopo ad conuocãdum viſitandos, non debẽt impediri.*

1 CVM ex viſitatione facti † multa melius percipiãtur, quàm ex locutione, expreſſione, ſeu relatione aliorum, cap. Apoſtolicæ, verſ. fin. de donat. l. 3. C. fi. reg. Inde Vlpianus in l. quo enim. §. 1. ex ſententia Iuliani. ff. rem rat. hab. quia *Magis intellectu percipitur, quàm locutione poſſit exprimi*. Quod et refertur. in l. ratum. ff. de ſolut. gl. in alleg. c. Apoſtolicæ. *reali viſione non intellectuali.* Bar. in l. apud Labeonẽ. §. ſi quis fecit. ff. de iniur. ex quo nõ debet prælatus viſitans, & clerum, & populũ plurium eccleſiarum ad vnam reducere, & ibi viſitare. iuxt. quæſtionem motã per Do. Petr. lib. 1. c. 17. nec dicitur viſitatio eſſe eccleſiæ. niſi ad ipſam accedatur. Nulla eſt fides viſitantis, ſi ad alios ſe remittit, vel aliorũ ſtet dictis.
2 † Quia proprijs oculis videre debet ſitum cuiuslibet eccleſiæ viſitãdæ, & cõſiderare, vt ſi eſt deſtructa reſtauretur. Do. Paui. de viſit. 1. part. q. 7. num. 15 & melius ipſe iudicabit, quod Dei ſeruitio incumbit, quàm alios mittere, eorumq. relationi ſtare, qui plerunq. minora referunt: *Mala audita nullum moueant*, (dicit Euariſtius Papa, in c. Deus omnipotens. 2. qõ. 1.) *Sed ante ante audita diligenter inquirat, nec præcipitãter quidquid agat aliquis cum nec præcipiti feſtinatione, nec moratoria cunctatione quid ſit agendum*. l. tutor, qui repertoriũ. §. 1. ff. de admĩ. tut. vnde dixit Spec. in tit. de iud. del. §. 8. ꝙ repellitur a iudicando, qui ſuas ſententias, vel conſilia nimis præcipitat.
3 † Ideo primum res eſt oculis ſubijciẽda. Quia oculus eſt certior arbitrer aure, & præſentia multum operatur. c. fi. de off. deleg. Paui. ead. part. q. 6. in princ. Inde dicebat Magnus ille Plato, ꝙ per oculos habemus veram rerum cognitionẽ, de quo poſuit verſus Specu. de cõſ. & affi. ex Oratio in ar. poet.

Sequitur.

Segnius irritãt animum dimiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Refert glo.inſt. de grad.§.fi.vbi dicit Imperator, quòd *Magis veritas oculata fide, quàm per aures animis hominum infigitur*. Ioan And. multa recenſet, quæ oculis ſubiiciantur determinanda in declaratione arboris conſanguinitatis. 35.q. 5. Gal.de Vſ.par. prætioſiſſima humani corporis pars oculi ſunt, in quatuor diſtinguẽs Archid. in c.nec ſola.25. q̃.5.in oculos corporis, ſenſualitatis,rationis, & diuinæ contemplationis. & Dom. Flor. ſuper adens quinque, in ſum.1. part. titu.3.cap. 2. (In malis autem præſtat audire,quàm videre,iuxta ſententiam Cicer.ad Cur. libr. 7.fam.epiſtol.31. quàmuis mala auditu acerba ſint, tamen tolerabilius eſt,quàm videre.) †

4 Vnde ad materiã placet opinio ipſius Archid. in cap.Romana.de cenſib.lib. 6. quem refert idem Ioan.And. ꝙ epiſcopus non debet ceſſare viſitare oculatim ipſas eccleſias, reſpectu paupertatis ipſarum, & clericorum. per hoc enim Prælatis ſunt deputati redditus eccleſiaſtici, ut impartiantur officiũ. cap. cum ab omni. de vit. & hon.cler. & hæc eſt communior opinio, quam amplectitur ipſe Paui. ead.q.nu.6 cũ ſequen.contra dictum Bern.& Innoc. in cap. cum Apoſtolus, de cenſib. & confirmatur ex dictis in Conc. Tridẽ. ſeſſ.7. de reform.c.8.ibi, *Singulis annis viſitare, & de opportunis remedijs prouidere*. Quòd niſi accedatur perſonaliter, facile coniici non poteſt. cap. placuit.10.q.1.ibi, *Ire oportet, vt exquirat quomodo vnaquęq. baſilica ſui*

5 *reparatione indigeat*. † Niſi vbi eſſent difficultas itinerum, penuria, niues, glacies, aquarum innundationes, per d.c.romana. §.1.quia non videtur poſſe fieri, quod commode,vel ſine difficultate fieri non poteſt. Paui. ead. q̃. num.2.& difficile iudicatur,quod uix fieri poteſt.c.quantũlibet.47.diſt.non tamẽ quod uix impoſſibile, & ſcribũt Doct.in l.quod te.ff.ſi cer. pet. vbi adnectunt materiam, a quibus excuſet difficultas, ſed in facto,ea euidẽter remota, non eſt a communi recedendũ, quia contraria procedunt in impoſſibili,cui ęquiperatur difficile. l.cum hę res.§.1.ff.de ſtat.lib.Caſſan.in conſue. Burg. rub.4.in verb.le ma y,& la femme. in verſ.des prouchains.nu.9.cum

6 ſua aditione. † Et Ratio concluſionis eſt, quia non poſſunt ſimilibus rationibus omnes conſolari, cũ viderimus varios casꝰ ex varijs locis oriri.ex quo dicitur.per l.numquàm plura delicta, ff.de priu. del. quòd, *Quę origine ſunt diuerſa, eadem proſequutione, & effectu.* Nec reſtrictio vnius partis de facili poteſt adaptari alteri parti diuerſæ, ex natura,& moribus: quia, *Natio ſerui, plerumque prouocat, vel deterret emptorem*. dicit tex.not. in l. quod ſi. §. qui mancipia. ff. de edil. edict. & experiẽtia docet,nam ex qualitate perſonarum arguimus bonam, & malam fidem, quod diuerſis attribui nõ facit ad materiam præſentis dicti. arg.text. & ibi not. in l.cum hi. §. eam tranſactionem. ff. de tranſact. ſed attendendum eſt,quid conueniat locis,temporibus, & perſonis. cap. quiſquis. 41. diſt.cum varia loca,varia etiam obſeruent, & ſimilia ſeruari inſtent. *Magni enim faciunt prouintiales ſeruare ſibi*

con-

conſuetudinem, & prærogatiuas. l. Obſeruare. §. hoc etiã. ff. de offic. proconſ. & l. ſi in aliquam, eod. titu. *Cum honori ſuo prouintiales id vendicent.* & demum ſubdit tex. *Edes ſacras, & opera publica circuire, inſpitiendi gratia, an ſarcta, tectaq; ſint, vel in aliqua refectione indigeãt, & ſi quæ cœpta ſunt, vt conſumentur, prout vires ciuis Reipublicę permittunt, curare debet.* Et eſt not. text. Vlpiani iuriſconſulti in
7 hac materia Viſitationis. † Quod ſit verum patet ex geſtis Marcellini Primi Papæ, à Beato Petro xxix. (qui fuit anno domini. 304.) parochias per ſe diſtinctas non valentis perſonaliter viſitare, legitur, quòd per litteras viſitabat. detinebatur enim ſanctus ille Pontifex Inſtante crudelitate Maxentij Imperatoris ad cathabulum, ut beſtiarum curam ſubſtineret: & Dominus noſter Ieſus Chriſtus de ſinu patris deſcendit viſitare humanam naturam, vt ſaluam faceret. Ioan. 1. venit viſitare Hieruſalẽ, ſuper quam fleuit ipſe Ieſus, eo, q non cognouerit tẽpus viſitationis ſuæ. Luc. cap. 19. & iterũ, Marc. c. 6. *Et percurrentes vniuerſam regionem.* & ſicut. *Idem Dominus Noſter cœpit primum facere, & poſtea docere.* In Actib. Apoſt. c. 1. ad Heb. c. 9. ſic omnes prælati ſequi debent, c. Dominus in fine. 56. diſt. ſupra, lib. 1. c.
8 5. nu. 3. † In caſu prædictæ difficultatis, aut alterius imminentis neceſſitatis, cum epiſcopus mittit aliquos nũtios ad conuocandum clerum, & populum ad vnam eccleſiam, non debẽt, nec poſſunt tales miſſi impediri, aliter eos impedientes poſſunt ab epiſcopo excommunicari. Gemin. in c. Romana. §. 1. poſt. num. 8. de çenſib. quod clarius probatur ex illa notab. deciſione. Innoc. IIII. ſum. Pont. in cap. 1. de pœn. lib. 6. vbi caſus proprius, quando diriguntur aliqui per prouintiam, pro cauſa viſitationis, ſeu iuriſdictionis exercendæ. Qui tex. eſt hodie admodũ practicabilis. Inquiſitiones vero faciendæ ſunt, ſecundum qualitatẽ eccleſiarum, ſi ſunt curatæ, vel ſimplices: ex diſpoſitione clericorum, & populorum, iuxta informationes, & apparentiam locorum, ex multis, quæ ſupradicta ſunt: prædicando omnibus, ſecundum mores particularium, alios commendando, cęteroſve corrigendo, ne tamen ex vnione, diſſentio aliqua inter viſitandos oriretur: Quãdoque abundans in dura increpatione, plerumq. in blanda, frequentius in vtraque, iux. doctrinam Beati Gregor. per Grat. 45. diſtin. cap. diſciplina. Quia diſcretio dicitur diſtinctio vnius ab altero, & is dicitur Prælatus diſcretus, qui perſonarum qualitates, & rerum momenta optime diſcernit, loquendo de diſcretione in actiua ſignificatione, non in paſſiua, & de diſcretione vide ſupra hoc libro in prooemio.

DE

DE RECONCILIATIONE Eccleſiarum.

CAP. VIGESIMVMQVINTVM.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quando reconſecretur.*
2 *Eccleſia an præſumatur conſecrata ex diuturnitate temporis.*
3 *Eccleſia quòd ſit conſecrata ex quibus ſignis cognoſcitur.*
4 *Sacrificia in quibus locis ſunt celebranda.*
5 *Eccleſia ex quibus cauſis reconcilietur, & oporteat reconciliari. num. 6. 7. & 8.*
9 *Eccleſia an polluatur per furtum in ea commiſſum.*
10 *Cœmeterium polluitur per Eccleſiam pollutam, ſed non econtra.*
11 *Violatio eſt duplex.*
Sacerdos ſciens eccleſiam pollutam, in confeſſione quid faciet, num. eod. & mittere eos ad epiſcopũ pro abſolutione. ibid.
12 *Sacerdos ſimplex an poſſit recõciliare eccleſiam. Et quando Vicarius epiſcopi. nu. 13.*
14 *Reconciliatio eccleſiæ quomodo fiat.*
15 *Sacerdos celebrans in eccleſia polluta ante reconciliationem, an ſit irregularis.*
16 *Epiſcopus pro recõciliatione eccleſiæ, an poſſit petere procurationes.*
17 *Vitium propagatur, niſi ſequatur correctio.*
18 *Diuina non polluuntur.*
19 *Iudas Machabeus maximus zelator domus Dei.*
20 *Nabuchodonoſor Rex impius.*
21 *Antiochus fuit Rex ſuperbiſſimus.*
22 *Romani ob mortem Chriſti deſtruxerunt Hieruſalem.*
Pompeius magnus poſt prophanatum templũ ſemper fuit deuictus. nu. eo.

IN ipſis eccleſiis viſitandis, quàm primum acceſſum fuerit, fit diſcuſſio, an eccleſia ſit violata, vel polluta, quod vbi fuerit inuentum, procurandum eſt in primis de reconciliatione ab epiſcopo, ideo congruenti ordine videndũ eſt, de reconciliatione eccleſiarum. Poſtquàm de altaribus dictum eſt ſupra lib. 1. cap. 22. & ſic de cauſis quibus eccleſia violatur, vt conſtito de morbo, antidotum inferatur, cap. ceterũ. de iur. cal. cap. pia. in prin. de excep. lib. 6. c. legitima cum glo. de appell. eod. lib. Quia ſicut, & nos emũdari debemus ab omni inquinamento carnis, ac ſpiritus. 2. ad Cor. cap. 6. ſic, & templum Dei ab omni ſorde purgare. † Vnde dicimus, ꝙ ſi loquimur
1 de conſecranda iterum eccleſia, hoc euenit ex tribus, & quia ignoramus eccleſiam conſecratã, nec obſtaret reiteratio,

teratio,cum ignoretur factum glo. in cap.propoſuiſti eo.tit.vel ſi eccleſia eſt combuſta, & parites ſunt cōbuſti. aut ſit deſtructa,vel eius maior pars,& tūc eccleſia ſic reſtituta,retinet omnia priuilegia,& indulgentias,vt primum habebat: niſi ex authoritate ſuperioris fieret,ſicuti de ciuitatibus iuxta terminos,quibus loquitur.Innoc.in cap. cū ex iniuncto nu. 2. de oper. nou. nunt. ſic iterum reconſecrandę eccleſiæ Arrianorum de conſecr.diſt.1.cap eccleſias:ita placuit Ioanni Papę,& martyri ſcribere ad epiſcopos Italiæ. in eius vita legimus die. 27. menſ.Mai. (ſub quo Pontifice floruit Sanctus Benedi-
2 ctus.) An autem ex diuturnitate temporis pręſumatur eccleſia conſecrata, vel conſecratum altare non apparentib⁹ ſignis,vel ſcripturis,ſolet diſtingui, ꝙ in cathedralibus,& maioribus præſumatur conſecrationem interueniſſe ex maiori diligentia,quæ ſolet adhiberi. in aliis ſecus dicit D. Cæſar Lambert.epiſcopus inſul.de iur.patr.lib.1. 1.part.2.quæſt. princ.art.7. quàmuis tex.in cap. ſollemnitates & in cap. eccleſiæ de conſec. diſt. 1.induat contrarium,tamen ſolemnus obſeruare non in altaribus,ſed in eccleſia,ſupra lib.1. cap.22.num.8. ubi fuit quæſtio in facto,& bonum eſt argumentum ex antiquitate temporis,quòd ſic præſumatur,multa Aym.Crau.de antiq. temp. 3.parte per totum vbi de multis quæ-
3 ſtionibus notat. † Cognoſcitur autem eccleſiam eſſe cōſacratam, ex crucibus in parietibus depictis, ex ſcripturis ēt appoſitis in marmoribus, quæ fidem faciūt ex antiquitate temporis Innoc. in rubr. eod. tit. & not. Abb. in alleg. cap. propoſuiſti poſt num. 6. Cardin. in cap.ad audientiam 3.not. de ſponſ. Aff.in prælud.conſt.regn. q.19.nu.6. quem aduxi in famil.ſing.in l.S. num. 10. & in l.A,nu.114. poſt med. ſuper auc.ſi quis in aliquo.C. de edē.& optime ipſe Crau.eo. trac.1. par.nu. 297. & in verſ.& ſine dubio fol.140.ponit de eccleſia, ꝙ fuerit conſecrata,ex talibus litteris in marmoribus ex Innoc. in rubr.eod. tit. ponitur in capit. cum cauſam de probat.24.quæſt.2. cap.ſa-
4 ne vbi glo. † Quoniam non in omnibus locis,quæ videntur, celebrari poſſunt Miſſarum ſollemnia,& alia ſacrificia, ſed in quibus ipſe Deus elegerit per ſeruos ſuos cap.12. Deuteron. Inde fælix Papa ad vniuerſos epiſcopos Orthodoxos,dicit. *Non niſi in Deo ſacris locis Miſſas cantari (præter magnam inſtantem neceſſitatem.)* c. ſicut non alii de cōſecr.diſt. 1.& epiſcopus vocatur, ad quem ſolum eccleſiarum conſecratio ſpectat,& qui in aliis locis celebrare præſumpſerit, non ſit particeps ſui ſacerdotij ex edicto Syluestri Papæ in c.nullus.ead.diſt.Myſteria autē huius conſecrationis ponuntur per Gul.in ſuo ration. & recitātur in Cōc. Colon.1.par. tit.de cōſt.eccl.c.14.quæ epūs populū docere debet, & quando aliquid prophanum,fuerit commiſsū, qđ contaminare videatur,ad ipſius reconciliationē eſt recurrendū ead.diſt. cap.eccleſiis cum plur. ſeq. (omittendo pro nunc translationem eccleſiarū pauperum de qua loquitur tex. Conc.
5 Tri.ſeſs.21.de refor.c.7.) † Nāq. polluit eccleſia ex pluribus, ex homicidio ibi cōmiſſo, & graui ſanguinis effuſione,ex reſcrip. Innoc.III. Sum.Pōtif.de cōſec.eccl. vel alt.c. propoſuiſti ex malitia proueniente, & mala intentione

quæ

quæ iudicat factum bonum, aut malum. 22. queſt. 5. c. humanę res. Ex intentione iudicantur verba, non e contra, & 38. diſt. cap. ſedulo. cap. petitio veſtra. cum glo. de procurat. cap. fi. de pręb. glo. in cap. licet de offic. ordi. Nã dicit Auguſt. quod præter intentionẽ accidit, nõ imputatur, uigeſimatertia, quæſtio. quinta, vnde eſt verſus communis.

Quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes.

Et per martyrem occiſum in eccleſia, licet iuſtus ſit ſanguis eius ante Deũ, tñ ex mala intentione occidẽtis, polluta eſt eccleſia. ex dictis in c. ſi non licet ead. cauſ. & quæſt. & per Sylu. & alios in hoc verbo. S. Doctor. in 3. q. 18. art. 8. aliud de intentione principali, aliud de ſecundaria. Marti. Nauar. in

6 Man. cap. 17. nu. 209. † Item polluitur eccleſia per adulterium ibidem commiſſum, & quemlibet alium actum carnalem, aut ſeminis effuſionem voluntarie procuratam, & per ſe ſolũ, & cum alijs, in cap. ſignificaſti. de adulr. etiam quòd ſit actus coniugalis, non obſtante, ꝙ timeatur de incontientia vnius, ex veriori opinione Gaietan. in opuſ. 16. quæſt. 14. dubio. 4. ſicuti dictum eſt ſupra lib. 1. c. 28. nu. 9. (Adã enim & Eua, non intra Paradiſum delitiarum, ſed extra poſiti ſe cognouerunt. Geneſ. cap 4.) Non autem per effuſionem menſtrui mulieris, ex infectione naturæ prouenientis. ex dicto Auguſt. ſupra aducto, contra multos aliter ſentientes: Nam profluuium mẽſtruorum decreſcente Luna contingit, & paucis ſingulis menſibus mouetur. Ariſtot. 7. lib. hiſtor. animal. cap. 2. quo tempore prohibitum eſt viro ad vxorem accedere Leuit. cap. 11. c. ad eius vero. 5. diſt. & in uerſ. quę tamen. *Ei naturę ſuperfluitas imputari nõ debet.*

7 Item cum aliquis publicus excommunicatus in ea ſepeliretur. cap. conſului ſti eod. tit. vbi glo. ſubdit eiicienda corpora excommunicatorum, ſi diſcerni poterunt cap. ſacris de ſepulr. quod ampliatur, & id ſimiliter eſſe propter corpora infidelium ſepulta. Nauar. facit diuerſum caſum de per, ſe in ſuo Man. cap. 27. nu. 251. Sunt autem infideles, primum hæretici, quorũ maior eſt infidelitas, ad quod facit dictum Vrbani Papæ in c. ſcimus 12. quæſt. 1. *Grauius enim puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitã finierunt, quam illi, qui ſine voto, aut fide mortui ſunt, & tamen bona egerunt opera.* Secundo dicuntur Iudæi, S. Thom. 2. 2. queſt. 6. artic. 3. Pagani dicuntur infideles ſecundum expoſitionem Ioan. Chriſoſt. per Gra. in cap. ad menſam quippe paganorum 11. q. 3. per Marquar. Suſs. in ſuo tract. de iud. & aliis infidel. (His enim qui catholicam non participant communionem clauduntur priuilegia chriſtianorum lege. I. & auct. ſeq. C. de Hęre. & Sarrac.)

8 † Vel quando eccleſia fuerit conſacrata ab aliquo epiſcopo publice excommunicato, cap. Agapitus. de conſ. diſt. 1. quia ſi per ſepulturam corporis excommunicati, fortius, quãdo per ipſum excommunicatum eſt conſecrata, polluitur. Abb. eod. c. conſuluiſti nu. 5. Nauar. vbi ſupra. Magis enim permittitur communicatio cum pagano, quam cum excommunicato, citato cap. ad menſam: Carẽt quippe excõmunicati omnibus liminibus eccleſiaſti-

deſiaſticis de conſecr.diſt.1.cap. peracta: *In odium excogitatæ malitiæ ipſorum excommunicatorum*. Vt in alio dicitur in cap.ſuſcitata.§.ne vero de in
9 integ. reſtit. † Sed quęri poteſt, an ex furto commiſſo in eccleſia, vel violentia illata, dicatur ipſius pollutio euenisſe; vt exinde recõciliari debeat, Gul. ꝙ ſic in ſuo ration.lib.1. cap.6. num. 41.aducendo tex.in capit. pernitioſus de celebr.Miſs.& ſequitur Aſtenſ. lib. 6.tit.29.ar.13.q.5.D.Carolus Montilius Archiepiſcopus Amalph. & epiſcopus Viterb.negat,quia hoc iure nõ exprętſum,quod eſt verius, & ſequuntur omnes,& quod de capit. pernitioſus,aducitur,extra hanc materiam longe eſt diuerſum, & non ampliandum, committens vero grauiter puniatur, etiam de ſacrilegio,quod dicitur ſacræ rei violatio,vel vſurpatio, Abb. in cap. conqueſti,de ſent.excom.pęnas de omni iure per Monteleo.4.part.nu. 516.
10 † Eccleſia ergo polluta,dicimus cæmeterium pollutũ, vt reconciliari debeat, ſed non è contra cap.1.eo.tit.lib.6.vbi glo.& doct. Nauar.in loco citato in fine. Quia vitium acceſſorij non inficit principale, nec acceſſorium trahit ad ſe principale,ſed potius ſequitur naturam ipſius principalis.de reg.iur.in 6. cap. acceſſorium.ff.de vulg.& pupill.l. ex pupillari,ſupra.lib.1. cap. 12.nu.8. cap.22. nu. 7.ſecus ſi execratur eccleſia,quia nõ altare,aut altare, quia neq. eccleſia. Abb. in c.ad hæc. de conſecr. eccl.vel alt. rationem diuerſitatis ponunt ibi Sum.& quando cęmeterium ſolum conſecrari, ſiue reconciliari debet,abſq. eccleſia ſunt,& ſuę aſſignatę
11 in Pont.orationes.† Hæc autem pollutio eccleſiæ eſt duplex, publica,& occulta,in prima non licet aliquo modo celebrare ante recõciliationem per prædicta,in occulta ſecus,Doc.omnes. eo. cap.1.in 6.argum. cap. ſignificaſti. de adult.quia ratio reconciliationis in occultis nõ habet locum,in Conc. Colo. eo.tit.cap.18. *Occulta enim in hoc ſeculo vindictam non habent*. cap. chriſtiana.32.quæſt. 5. tractatur incap. veſtra de cohabit. cler. & mul. *Sed Deo punienda reſtant*. *Qui eſt cognitor, & index ſecretorum*. cap.erubeſcant. 32. diſt.cap.conſuluiſti.verſ.occulta. 2. q. 4. *Si omnia in hoc ſeculo vindicatã eſſent, locum diuina iudicia non haberent*.6.quæſt.1.cap. ſi omnia.Vbi autẽ quis occulte in confeſſione ſcit, tutius eſt dicere epiſcopo in generali,talis eccleſia indiget reconciliatione. Sylu. in verbo.conſectatio.2 in fin. verb.ad ipſumq. etiam tales peccatores pro abſolutione mittantur, vt confuſi magis pęniteant, & pœnitentiam ſuſcipiant, eſt enim grauiſſimum crimen eccleſiã Dei polluere,ideo atrociora, & grauiora crimina non ab omnibus, ſed ad ſummos Sacerdotes abſoluenda mittantur.ſeſs.14.Conc.Trid.de caſ.reſer.
12 c.7.† Et ſit differẽtia,an eccleſia fuerit conſecrata, vel non,nã in primo ſolus epus.cap.aqua eod.tit.in ſecũdo lauatur aqua exorcizata. cap. fi. & poteſt ſimplex ſacerdos hoc facere, & ſic cõcordat tex. in ſui ratione dicap. aqua, cum cap.fin.eod.tit. benedicendo per ſe aquam ipſam,& eſt communis opinio,per Nauar. eod. loco. nu.251. ex delegatione tamen Sedis Apoſtolicæ credimus poſſe, ẽt in primo caſu propter magnã poteſtatẽ Vicarij Chriſti; Sicuti in alio loco dicimus,ſimplicem ſacerdotem conferre poſſe ſacramentum

tum confirmationis Papa mandante, licet ad ſolos epiſcopos ſpectaret. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 10. nu. 7. cũ ſeq. Domi. Sot. in 4. diſt. 7. quæſt. vnica: ar. 11. Mar. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 8. & latius infra in lib. de ſacram.

13 † Sic & Vicarius epiſcopi, nec ipſe poterit reconciliare eccleſiam, quę primo fuerat cõſecrata, niſi fuerit pariter epiſcopus, & ei ſpecialiter commiſſum ab ordinario loci Petr. Rebuff. in pract. benefic. tit. de vicar. epiſc. num. 170. ex ea ratione, vt quæ ſunt ordinis epiſcopalis, ſpecialiter epiſcopis ratione ordinis committantur per Coua. var. reſol. lib. 3. c. 20. nu. 3. ex tex. exprȩſſo per deciſionem Greg eo. cap. aqua ẽt, ꝙ aqua fuerit ab epiſcopo benedicta. §. quòd autem. eiuſd. cap. Contraria procedũt in his, quæ ſunt iuriſdictionis, quæ itẽ ſimplicibus ſacerdotibus, & clericis committuntur. nam dicit Hoſt. in cap. dilecto de offic. Archid. Quòd epiſcoporum alia dicuntur ordinis, alia authoritatis, alia iuriſdictionis, de quibus dicimus ad plenũ in tract. de dignit. eccleſ. 2. part. c. 6.

14 † Fit autẽ hæc eccleſiæ violatæ recõciliatio iuxta ordinem Pontificalis libri (cuius ritus obſeruandi ſunt, cum ſit liber authenticus, vt dictum eſt ſupra lib. 1. c. 4. nu. 9. Ioan. de Selu. de benef. 1. part. quæſt. 5. num. 254. cum ſeq. vbi in 2. parte fol. 152. patet modus, & forma reconciliandi.) & ipſa reconciliatio accelerãda eſt, ne diutius ob talem pollutionẽ, diuinum ſuſpendatur officium, aut eccleſiaſtica intermittatur ſepultura, eo. c. 18. & 19. in Conc. Colo. *Aqua enim ſale aſperſa, diuiniſq. precibus ſacrata, coinquinatos ſanctificat, & purgat.* ex reſcripto Alexandri Papæ V. de con-

15 ſecr. diſt. 3. c. aquam. † Cauendumq. eſt, ne quis ſacerdos ante eccleſię violate reconciliationem, in ea celebret, ſi tamẽn celebrauerit, tunc nullam incurrit irregularitatem, cum iure non ſit expræſſum c. is, qui, de ſent. excom. lib. 6. eſt tamen proximus irregularitati, quia ſuſpenſus, argum. de priui. cap. epiſcoporum, qua ſuſpẽſione durãte, ſi celebrauerit fit irregularis. per di. c. is, qui, vbi notant Ioan. Andr. & cæteri. Doct. Couar. in clem. ſi furioſus. §. 1. de homic. Brunell. in repet. decret. 1. part. 4. eod. tit. de homic. licet multi dubitauerint ad id extendere, quia pęnæ proprium caſum non excedunt, & legum interpetratione molliendæ ſunt potius, quàm nimium exaſperandæ. c. pœnæ de pænit. diſt. 1. in dubio interpetrando de minori pœna glo. ibid. ex l. ſi præſes. ff. de pęn. (& adde illud, ꝙ *Stultus in culpa erit ſapiens in pœna.* cap. quia ea. 38. diſt. cap. ſi cuſtos. in fine. 27. quæſt. 1. quantum ſit execrabile, quod prȩſumerit, poſtquàm conſideratione propria non aduertit. emendationis qualitate cognoſcat: multos dimittendo ſine flagellorum animaduerſione, ſed vindictam eorum diuino examini reſeruando. cap. cum in lege. 23. q. 4.)

16 † Pro reconciliatione tamen eccleſię, dicimus epiſcopum procurationes, & expenſas petere nõ poſſe Archid. in cap. Romana. de cenſib. lib. 6. D. Paui. 1. part. quæſt. 5. nu. 129. vbi nulla eccleſia eſt prætio reconciliãda per glo. in cap. nullus 1. quæſt. 1. licet Boer. ſcribat ad vtramq. partem deciſ. 303. poſt. nu. 3. 2. part. quem refert Phil. Fort. conſil. 153. cum inter. nu. 12. vol. 3. ſolet tamen obſeruari, ꝙ Epiſcopo maxime alieno fiant expenſę,

ſe,plerumq. per illos, qui fuerunt cauſa pollutionis.Doct. in alleg. cap. propoſuiſti, & in clem. 1.de celebr. Miſs. quod item ordinatum in Conc. Col.
17 ipſo.cap.19.tit.de eccl.conſt. † Ex ea ratione, ne ex culpa malorum, prælati eccleſiarũ habeant iacturam, & damnum, & eſt ſpecies correctionis in illis arg.cap.vt clericorũ de vit.& hon.cler. Namque propagatur vitium; niſi per medium diſciplinæ ſubſequatur correctio.21.quæſt.2.cap.placuit in fine,notat Archid.17.quæſt.1. cap. qui bona. 23.quæſt.8.cap.qui legi. Fel.in cap.cũ contigat de for compet.Et malos punire non officium crudelitatis eſt, ſed pietatis d.cap legi,ſcribit in pulchra q. Cagnol.in l.fi. nu.53.ad fin. ff. de iuriſd.omn.iud.& culpa eſt in culpa relaxare vindictam.28.diſt.cap.quia ſunt. Nam ſubditi, vbi delinquerint debitis pœnis ſunt cohercendi,in Conc.Trid. ſeſs.13. de reform. cap.1.& ſi iterum ad delicta proceſſerint,pœna eis augeatur l.facultas. C. de iur. fiſc. equidem prælatus multum offendit culpas impunitas dimittens. 23.quæſt.4. cap.ſi is qui,quia. *Non debet admitti ad ſupplicandum, qui admittere ſacrilegium non dubitauit.* c.frater. circa med. 17. quæſt.4.Et ſi venia danda eſt,non niſi minoribus delictis, & ſemel commiſ-
18 ſis.tex l.3.in fine.C.de epiſc.aud.†Sed ad illud eſt aduertendum per epiſcopum, vt in hac reconciliatione doceat populum, quòd diuina per ſe numquàm polluuntur, & quo ad ſe non indigere reconciliatione: ſed dicimus eſſe reconciliandam eccleſiam,quò ad opinionem hominum,& ad exemplũ, & ad terrorem: Nam ea, quæ ſancta ſunt pollui nequeunt gloſs. in dicto cap.Abb. in cap. tuarum nume.2. de priuile. cui ad ſtipulatur tex. in cap. quod quidam.1.quæſt.1.Vbi mali polluunt ſacramenta, quantum in eis eſt, quia dominus bonus eſt, licet oculus ſerui nequam ſit.Matth. cap.20. Ideo tales ex ſcandalo, quod piis fidelibus inferunt, grauiter ſunt corripiendi, & puniẽdi,ac pro abſolutione ad epm remitti debẽt ſicuti in Eccleſia Mediolanenſi decreuit Maximus ille Cardinalis Do. Carolus Borromeus omnis ſanctitatis illuſtrator, in ſua ſynod. prou. 2. part. conſtit. dum tractat de pertinentibus ad adminiſtrationem ſa-
19 cramenti pænitentiæ: † Nec nouum hoc quid eſt,cum etiam in veteri lege inueniamus templa recõciliata:Exemplum memorabile eſt de inuitto illo duce Iuda Machabęo, qui Zelans domum Dei (iuxta pſalm. 68. *Zelus domus tuę comedit me*. gloſs.in cap. qui peccat.23.quæſt.4.) reconciliauit templum Domini in Hieruſalem prophanatum. de quo ſcribitur.1.Machab.c. 3. *Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione.* & c.4. *Et cogitauit de altari holocauſtorum, quod prophanatum erat, quid de eo faceret,& ſtatuit Iudas,& fratres eius, & vniuerſa eccleſia Iſrael, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis, ab anno in annum per dies octo.* Et cũ ſequen. eiuſque ſomniũ ſuperinde recitat glo. de pæniten. diſtinct. prima cap.ſi ſa-
20 cerdos.§.1.in verb. rogaſſe. † Namq. pluries templũ illud fuerat a gentibus prophanatũ: Nabuchodonoſor enim Rex Babylonię impius, illud incenderat igni.4.Reg.c.n.dum. 2.Nabuzadã princeps eius exercitus ſuccẽderat

domum Domini,& omnia, quę erant in tempore tráſportauit ad Regem in Babylonem, & hic fuit ille Nabuchodonoſor dictus magnus. Hiere. vlt. Dan. 1. & 2. & videtur eſſe alius ab eo, qui pœnitentiam egit. cap. Nabuchodonoſor. 23. q. 4. vbi Nabuchodonoſor ſaluus, ſed Pharao damnatus, (ſic Petrus ſaluus, ſed Iudas damnatus, quē nō pœnitētia reuocauit ad Deum, ſed deſperatio traxit ad laqueum, de pœnit. diſt. 3. c. ſceleratior omnibus.) verbum Hiere. eſt cap. 51. *Fugite de medio Babylonis, fugite, & ſaluate animas veſtras*. & Bern. in ſerm. de
21 conuerſ. ad cler. cap. 30. in princ. † Sic & Anthiocus ſuperbiſſimus, magis deuaſtauit, & prophanauit. Mach. 1. c. 1. c. remittuntur. §. per Antiochū. 23. quæſt. 5. qui dicitur penultimus Antiochus, nā primus fuit dictus Sother filius Seleuci, & fuerunt ſeptem Antiochi. Ioan. Dried. de eccl. ſcript. lib. 3. cap. 1. & de uno loquitur Auguſt. recitatus per Grat. in cap. ſicut. 1. quæſt. 1. de alio filio Demetrij. 1. Mach. c. 15. vbi recitantur verba ſua ad Simonem ſacerdotē de fœdere inito, De alio percuſſo a Domino. 2. Mach. c. 9. vbi qua pœna punitus, & quomodo clamās ad Deum miſericordiam non eſt conſequutus, quia ſuperuenerat in eum iuſtum Dei iudicium, & tales peccatores Deus non exaudit. Ioan. c. 9. quia Et ſi mortuos ſuſcitaſſe legimus Chriſtū, in errore mortuos abſoluiſſe non legimus. cap. legatur. 24. quæſt. 2. & falſa dicitur eorum pœnitentia, c. falſas de
22 pœnit. diſt. 5. † Vltima deſolatio templi facta eſt ob vindictam mortis Chriſti, a Tito, & Veſpeſiano Romanis. eo. cap. remittuntur. verſ. ſimiliter, anno. 42. poſt Chriſti mortem. Ioſeph. de Bell. Iudaic. Ioan. Dried. lib. 3. 4. part. de qua deſolatione loquutus fuerat Ieſus, Luc. cap. 19. *Fleuit Ieſus ſuper Ciuitatem Hieruſalem dicens, quia veniēt dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndiq;, & ad terram proſternēt te, & filios tuos, qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo, quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.* Quamuis autem alia vice ab ipſis Romanis fuerat prophanatum templū, exiſtente Principe exercitus Pōpeio Magno, de quo legimus apud Appian. Alex. de bello ciuil. lib. 3. prope finem, quòd Pompeius Magnus ſemper victoriam reportauit in viribus, & virtutibus debellans hoſtes: ſed poſt, numquàm ei in bello amplius bonum fuit, quia equos in templum Hieruſalem poſuit, vt demum a Cęſare fugatus, fugiens in Aegyptū, ab Achilla, & Lucio Septimio in paruula nauicula ſit interfectus, & expertus fuit, quàm verum ſit illum dictū frequentius. Quòd in calamitatibus amici, fiunt inimici, iuxta verſus.

Tempore fœlici multi numerantur amici.
Tempora dum fuerint nubila, ſolus eris.

Quomodo autem, homines reconcilientur Deo per timorem, pietatem, ſcientiam, & pœnitentiam, infra lib. 8. dicemus ex Beato Bern. de Annunt. Beat. Mar. ſerm. 2. &c.

DE VNIONIBVS ECcleſiarum.

CAP. VIGESIMVMSEXTVM.

SVMMARIVM.

1 VNIO eccleſiarum eſt duplex.

2 Vnio quid ſit. Ex quibus cauſis fit. nume. 3. Et quot modis. nu. 4.

5 Epiſcopus an poſſit vnire eccleſias ſine capitulo.

6 Capituli conſenſus an præſumatur interueniſſe in vnione eccleſiarũ propter diuturnitatem temporis.

7 Ius vniendi an poſſit præſcribi.

8 Vnita quomodo cenſeantur.

9 Eccleſia vnita an aſſumat ſtatũ eius, cui vnitur.

10 Beneficium non vacans poteſt vniri.

11 Poſſeſſor beneficij an ſit citandus in vnione facienda.

12 Valor beneficij an ſit exprimendus in vnione petita fieri.

13 Vnire qui poteſt, & diſmembrare poteſt.

14 Eccleſia quomodo poſſit vniri menſa epiſcopali. Et quid diſponat ad hoc Concil. Tri. & quomodo vniatur mẽſa capitulari, & quæ ſit differentia inter vtrumq́ʒ. nu. eo.

15 Vnio eccleſiarum cathedralium ſolũ ſpectat ad Papam.

Papa de duobus epiſcopatibus facit vnum & e contra. nu. eod.

16 Rex in ſuo Regno, vt vult, poteſt vnire, & diuidere prouincias.

17 Vnio facta ex falſa cauſa, an ſint ipſo iure nulla.

18 Vnio facta a Papa, an ſit valida, non expeditis bullis.

19 Epiſcopus quando teneatur cõſentire vnioni petitæ.

Archiepiſcopus nõ poteſt vnire eccleſias ſuorum ſuffraganeorum. nume. eod.

20 Conciliũ Trid. quid diſponat de vnionibus eccleſiarum. De quibus eccleſiis, & ſub qua forma. nu. 21. 22.

23 Epiſcopus quas eccleſias vnitas examinare poteſt.

24 Eccleſia vnius diœceſis non vnitur eccleſię alterius diœceſis.

25 Beneficia regularia non poſſunt vniri per epiſcopum.

26 Eccleſia patronata qñ debet vniri.

27 Eccleſia vnita propter paupertatẽ, an redeat ad primum eſſe, ſi pinguior fiat.

28 Vnio non derogat iuribus epiſcopalibus.

29 Viſitatio non impeditur reſpectu vnionis factę, quia eſt magis priuilegiata.

30 Epiſcopus in vnione an poſſit dare priuilegium, ꝙ eccleſia non viſitetur.

EXperientia viſum eſt propter
iniuriã temporum ex bellis,
mortalitatibus, ciuilibuſq.
diſſentionibus, homines variaſſe loca
habitationis,& vbi primum in illis ſol
liciti erãt ad eccleſias ædificandas,alio
translati,prioribus relictis,etiam nulla
adhibita cuſtodia, dirutæ, & collapſæ
inuenirentur. Vnde ad remouenda ſcã
dala, factum eſt, vt epiſcopus viſitan-
do ſuam diœceſim per diligentem in-
formationem videat,& conſideret, &
cauſis exiſtentibus eccleſias dirutas
pauperes vniat, ex nouiſſimis conſtitu
tionibus., ideò de vnione ipſarum ec-
cleſiarum aliqua dicere opere prætiũ
eſſe duximus (non loquendo modo
de vnione, quæ debet eſſe inter chriſtia
nos, vt inter ſe ſint vnũ, ſicut Chriſtus
& Deus, Pater, & filius vnum ſunt:
Ioã.c.17. *Qui enim adheret Deo, vnus
ſpiritus eſt cum ipſo.* 1.ad Corint. cap.
6. nec de illa vnione, cum fiet vnus
paſtor,& unum ouile Ioan.cap.10.aut
quę de fœlici anima ad cõtemplationẽ
diuinę eſſentię abſtracta ab omnib⁹ hu
manis curis dicitur, de quibus oppor-
tunius.12.libro totius operibus dicẽ-
mus, pro complemento actionis hu-
manæ, cum finis noſter ipſa Beatitu-
do dicatur. doct. in 4.diſt.49. S. Tho.
1.2.quæſt.8.art.3. in corp. quæſt. nec
etiam de alia vnione, de qua tradunt
ciuiliſtę facta per alluuionem ex flumi
ne in §.preterea inſtit. de rer. diui.) ſed
de eccleſiis ad materiam præſentis ca
1 pituli. † Principaliter vnio eccleſiarũ
dicitur duplex, perpetua,& temporalis
vt prima perpetuo duret, nec reuoca-
tioni ſit locus, quia ſic actum eſt, vt
numquam ſeparetur cap. expoſuiſti.§.
1.de præb. Innoc. & Abb. in cap. 1. ne
ſed. vac. temporalis eidem perpetuæ
contraria, vel ad vitam illius, ob quem
fit vnio, vel ad aliud determinatum tẽ
pus, quo tempore finito expirat, & ſic
ſequuta morte illius, vt optime decla-
rat in materia Petr. Rebuff. in ſua pra-
cti. benef. tit. de vnion. benef. Ex quo
dicimus, ꝙ vnio perpetua extinguit
ius vnitę, & temporalis ſuſpendit titu
lum, Doct. in clem. fin. de reſcr. vt exin
de, ille reſpectu tẽporalis vnionis, non
dicatur prælatus, aut Rector eccleſiæ
vnite, ſed adminiſtrator Caſſa. eod. tit.
de vnion. deciſ.2.num.6. ſed hæc tem-
poralis dicitur odioſa, & exorbitans
ab omni Iure. Mandoſ. in regul. Can-
cell. 22. de vnion. vbi de hac materia
tractatur quæſt.12.nu.5.& in pra. ſig.
§.vniones fol.48. Ioa. Bapti. Caccial. in
eod. tract. de vnion.& poſt eum Gyg.
qua de cetero non vtimur, & qui præ-
ſumpſerit retinere priuetur, ex noua
deciſ. Conc. Trid. ſeſs.7.de refor.c.4.
quod dicimus reſpectu ordinarii, nã
ſecus in Papa, qui perpetuo, & ad tem
pus concedere poteſt, pro libito ſuę uo
luntatis, quia in ipſo ſemper lex præ-
ſumit hoc concedere, & per euidentẽ
neceſſitatem,& utilitatem eod. cap. ex-
poſuiſti, quæ duo dicit ibi glo. frequen
ter inducere diſpenſationẽ. ſupra c.9.
2 nu.11. † Dicitur autem vnio duarum,
vel plurium eccleſiarum inſimul fa-
ctarum coniunctio, vel per ęqualita-
tem, aut ſubiectionẽ, unius ad alterã,
ex cauſis infra dicendis, per æqualita-
tem, vt vnaquæq. remaneat, ſicut erat,
& fit cõfuſio ad hoc, vt vnus ſit rector
vtriuſq. per ſubiectionẽ, vel quod pæ-
nitus extinguatur, aut ꝙ ab illa, cui vni
tur, denominetur, ſicut inferior a ſupe
riore,& prædicta iudicantur, tam in or

dinariis,

dinariis, quàm in vnione facta à Papa, cuius verba ſunt attendenda. Immo vnio facta ab epiſcopo petitur frequentius confirmari per Summum Pontificem, ad maiorem firmitaté iuxta dicta in cap. ea. quæ de re iud. & vt dicit Rebuff. vbi ſup. in prin. comprehendit, & eccleſias, & beneficia, quia de
3 omnibus in caſibus ſuis fit vnio.† Cũ quatuor principales cauſæ aſſignentur ad vnionem eccleſiarum faciendam, vel paupertas. 10. quæſt. 3. c. vnio de qua proprie loquitur tex. Conc. Trid. ſeſs. 24. de reform. gen. cap. 13. (vt infra dicemus) quæ cauſa iudicatur neceſſitas reſpectu vtilitatis prouenientis, eod. cap. expoſuiſti de præb. Item vicinitas eccleſiarum, ne perturbẽtur ipſi ſeruientes, & confundentur, aut ex paucis introitibus mendicent. vt in prima c. & temporis. 16. quæſt. 1. vel ex perturbatione, & mala qualitate noſtrorum temporum, vt neceſſe ſit ecclesias vnire, vt ordo eccleſiaſticus reducatur ad debitam diſciplinã eccleſiaſticam, propter deſolationem clericorum, aut monachorum, aut etiam per defectum habitantium, qui ceſſarunt vt in multis noſtris. vel quarto, ad remouendam deformitatem ortam in religioſis, ne ex uoluntate hominum antiqua religio remoueatur, vel remouendo nouiter inuentum, aut uniendo capiti principali ipſius Religionis, ſicuti Pius V. Pont. Max. vniuit fratres tertij ordinis ſancti Franciſci, miniſtro generali ipſius de obſeruantia, ſupra
4 cap. 15. in fine hoc libro. † Et dicunt Doct. communiter quinque modis fieri vnionem, vel communicando ſpiritualia tantum, ſicut de multis monaſteriis eſt viſum, aut ſubijciẽdo vnam eccleſiam alteri in ſpiritualibus, & temporalibus. aut tertio, per æqualitatem, vt vnus prælatus, ſed vtraq. eccleſia remaneat integra in ſuo ſtatu, quia ſic Papa diſponit, vel quarto communicãdo omnia in ſimul, cum iiſdem dignitatibus, non derogando locis, nec perſonis, ſed eadem poteſtas vni, quo ad cætera: ſic & quinto, cum eccleſia inferior erigitur in cathedralẽ, & idem epiſcopus, qui alterius, prout plures vidamus eo modo erectas, & diſpoſitas, vt ſemper tractemus de vnione facienda digniori, non autem e contra Re-
5 buff. ibidem nu. 17. † Et ſi de epiſcopo loquimur, non dubium, quin attenta diſpoſitione iuris, nõ aliter faciet unionem eccleſiarum, niſi cum tractatu, et conſenſu ſui capituli clem. 2. de reb. eccleſi. non alien. cap. tua, c. ſeq. c. cum nos de his, quę fiũt a præl. inquit enim Innocentius III. in decretali Paſtoralis, de donat. *Vt epiſcopi donatio ſit legitima conſenſus capituli eſt requirendus.* Vnde debet requirere, vbi tamen extat conſuetudo poterit, & abſq. capitulo doctor. ead. clem. præſtat tamen ſemper cum capitulo ad fugiendam ſuſpitionem, & quia integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſentẽtiis cõprobatum fertur, cap. prudentiam de offic. deleg. & ꝙ conſenſus ſit expræſſus, dicit in ſimili Rebuff. de alien. rer.
6 eccle. nu. 121. vbi pluraſubnectit. † An autem ex diuturnitate temporis conſenſus capituli, ubi requiritur, præſumatur interueniſſe. diſcurrit Boeri. deciſio. 345. numer. 5. 6. & concludit quòd ſic etiam, ſi per quadiaginta annos ſolum. Doct. in c. cum de bereficio de pręb. li. 6. Anch. cõſ. 162. ſicuti dicimus de cõtractu emphiteotico

Dd 3 quod

ꝙ omnia ſollemnia præſumantur interueniſſe,& in inueſtitura.Iaſ.in l.ſciẽdum.ff.de verb.ſigni.Aym.Crauett.de antiq. temp.3.par.nu.33.fol.195.Alciat.de præſumpt.Regula.3.præſ.10.) eo fortius cum in aliis inuenitur interfuiſſe. arguendo de ſolitis fieri in præteritum ad futura,per prædicta. in l.ſi cui. verſ.ſi tamẽ ff.de accuſ.& eſt glo. in cap. ſcribam de præſumpt. & ideo præſumitur,quòd interuenerit, quando tunc potuit interueniſſe Fel.in cap. ſicut.de reiud. col.12.Rebuff. de alienat.rer. eccleſ. nu.10.† Poterit tamen
7 etiam per inferiorem epiſcopó hoc ius vniendi eccleſias fieri ex præſcriptione temporis,cum ius non reſiſtat.Roman.conſ.275.quoad primum Dom. de Rot.deciſ.1.de offic.deleg.in nouis. Cald.in clem.1. quæſt.5. de ſuppl. neglig.præl.Ratio fortiſſima eſt,quia vnire potius pertinet ad iuriſdictionem, quàm ad ordinem cap. accedentibus. de exceſs.prælat.Doct. in clemen.2.de reb.eccl.non alien.ſequitur per multa. Marian.Socc.Iunior.in cap.ſicut vnire nu.46.de exceſs. præl.nam per vnionẽ exprimitur titulus eccleſię vnitæ, ad vnitam, ex quo Petr.Rebuff.n.33.per eamdem rationem,quia iura epiſcopalia non prohibentur pręſcribi: per aliũ tex. in cap.auditis de præſcript. in illis verbis, vt videantur in eis epiſcopale ius legitime præſcripſiſſe,incorporando eorum poteſtati,vt a ſe dependenti
8 dicunt Doct. ibidem.† Licet quo ad. aliam materiam dicebat Ioann.Fab.in. §.ſi cui. inſt.de legat. ꝙ vnita non cenſentur eo iure acquiſita,& titulo, ſicut ea,quib us ſunt vnita. Vnde in iudicio diuerſimode eſt iudicandũ, & ponit exemplum Bal.in l.1.6.quęſt.ff.de rer. diuiſ.de re feudali, cui forte vniretur res allodialis, & de vnitis per alluuionem fundo, de quo modo ponit Gul. Bened. in cap. Raynuntius in verb. & hortum circa finẽ 1.par. de teſta.ſicut etiã de proprio, & appellatiuo iudicamus,maiorẽ firmitatẽ,& poteſtatẽ proprio aſſignantes ex naturalitate ipſius. ſecundũ Phil. & quia durabilius, nec
9 reuocationi ſubiectum.† Vnde frequẽtius ceſſat nomen vnitæ eccleſiæ, vt in priuilegiis, præcedentijs,& honoribus aſſumat naturam eiuſdẽ eccleſiæ,cui facta eſt vnio, quando tamen fit ipſa vnio perpetua per extinctionem, non per acceſſionem, remanente ſuo integro ſtatu primo, utambæ pariter vniãtur,non vna acceſſoria ad aliam, vt bene ſcribit Fel.in c. in noſtra corol. 33. num. 3.de reſcript. & ponit Bar. in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda.ff.de pignor.act. quando unum regimen vnitur alteri, quomodo regẽdum. Sed dicit Fel.vbi ſupr. in fine. quòd hoc non eſt de noſtra materia: ſed tamen ratione vnionis vna eccleſia poteſt conſequi, quod ex ſe nequiſſet.idem in cap.1.col.3. de præſcript.cum ſimi. licet de facili poſſit redire ad naturam ſuã arg.l ſi unius §. pactus ne peteret. ff. de pact. quod ſanotabile dicit glo.in cap.ſtatutum in
10 verb. numerandum de præb. lib. 6.† Nec dubium, quòd non ſolum de eccleſia vacante, ſed uacatura poteſt tractari, & fieri unio ad practicam. Vnimus de tali beneficio vacante,ſeu vacaturo per ceſſum, vel deceſſum. Oldra. conſ.223. factum tale Gomeſ. epiſcopus Sarn.in tract.de mand.de prouid. nu.9. Caſſan. de vnion deciſ. 2. num. 10.doct. in alleg. c.ſicut vnire & Tho. Faſtol. cauſa 2. dubio. 7. quod etiam

iure

iure Cōc.Trid.vt paulo inferius dicetur, attendendo ad cauſam, ex qua fit vnio, ad hoc ne dicatur ſubreptitia. Rebuff.nu.45. per diſpoſita in eo. Conc. poſt Concil.Conſt.vno contextu exprimēdo, licet per ordinem ſcripturę primo de vacante, demum de vacaturo decernendo. (Qui ordo ſcripturæ ſeruandus eſt c.mandato noſtro de pręb.
11 in 6.vbi gloſs.notat.) † Nec ſimiliter oportet in vnione facienda de eccleſia vacatura, aut quocumq. beneficio citare poſſeſſorem ipſius, poſtquàm non fit præiudiciū quo ad ſe Doct. in ead. clem.fin.de reb. eccl. non alien. etiam loquēdo de beneficio, cuius expectatiua eſt conceſſa, quia per vnionem eſt facta ſuppræſſio dicit gl. not. in clem. fin.de reſcr.Rebuff.nu.31.quamuis certo modo poſſit pręiudicium pretendi, quia poſſet alicui in fauorem renuntiare: ſed tamen ius reſiſtit.ead. clem.fin. Quod tamē fallit ī caſibus poſitis per Conc.Trid. de quibus infra.vt vocatis his, quorum intereſt. Et melior videtur hæc ratio, ne epiſcopus grauamen inferat per eamd.clem. ſecundum aliquos, Rebuff.nu. 43.quod intelligitur de aliis, non de ipſo rectore, ſed modo
12 ſtandum dictis Conc. † Exprimendo tamen, cum petitur eccleſiā uniri, ſeu aliud beneficium, valorem ipſius per regulam Cancell.22.de vnion.vbi glo. Rebuff. Mand. quæſt. 6.cum ſeq. Fel. in cap.ad aures nu. 16. de reſcr. ſicuti dicimus de impetrante beneficium a Papa, quòd exprimat omnes qualitates, & alia beneficia ſi habet cap.ſi motu proprio, de præb.lib.6. Gomeſ.ead. reg.1.quæſt. & in prima ponit practicam ſuper valore beneficiorum exprimendo, & de qualitatibus declarandis in beneficiis petitis vniri, etiam, quòd beneficium ſit Manuale Rebuff. idem in tract. de pacif. poſſ. nu. 339. exprimendo valorem vtriuſq. beneficii Rebuff. in glo.8. ſecundum communē extimationem cuiuslibet anni,
13 non diei, aut menſis. † Illud autem eſt notandum, quòd qui poteſt eccleſias vnire, poteſt, & diſmēbrare Mandoſ. in ead.reg.quæſt.13.quod in Papa clarius, ſed in aliis maior cognitio, quia cum ſit ius quæſitum, non licet tollere ſine cauſa.cap.erit autem. 4. diſt.& cū iiſdem ſollemnitatibus fiat diſmembratio.D.Paul.de offic. & poteſt capit. ſed.vac.2.part.3.quæſt. nu. 19. immo fere maior diſcuſſio. Mandoſ. nu.12. vocando omnes, quorum etiam intereſſe potuerit. Rebuff.latius de vnion. reuoc.per num.46.Vt ſicut prætor reuocat cōtrario imperio: Vt qui poteſt abſoluere, poſſit, & ligare & qui non poteſt vnum, nec & alterum l.3.ff. de reiud. quia iuriſdictio in vtroq. verſatur, nec ſine vno explicari poteſt l.2.
14 ff. de iuriſd. omn. iud. † Et ſi eccleſia vniri petitur menſæ epiſcopali, vel mēſæ capitulari, accipiūtur fructus per ipſos ſuperiores, aſsignata portione vicario deſeruiēti ipſi eccleſiæ vnitę ex traditis per Rebuff. in tract. congr. port. nu. 34. fol.97. Fit autem unio menſæ epiſcopali de iure nouiſſimo Concil. Trid.ſeſs.24.de reform.gener.cap.13. vt exiſtente ipſa eccleſia cathedrali tenui, & anguſta, ut nullo modo reſpondeat dignitati epiſcopali, fit examen in Conc. Prouinc. vocatis his, quorum intereſt, de q̄bus eccleſiis, beneficiis, nouiſq. prouentibus prouideri poſſit, & ſuperinde confectum inſtrumentum ad Summum Pont.mictere, qui

de opportuno remedio, vt ei videbitur cogitabit, aut interim de beneficiis nõ curatis prouidebit. §. interim: ex ſe autem epiſcopus vnire ſuæ eccleſiæ non poteſt, quia debet eſſe differentia inter dantem, & accipientem, inſtitutum, & inſtituentem, cap. fin. de Inſtit. cum eſſet authorizare in facto proprio. tex. expræſſus in cle. fin. §. quòd ſi. de reb. eccleſ. non alien. ex qua ratione idem ampliatur eſſe in capitulo, ſi ei uniri aliquam eccleſiam petitur. cum ex Iuris diſpoſitione, & capituli ipſiuſmet conſenſus requiratur. eod. §. quòd ſi. & hoc quando generaliter vellet vnire capitulo, ſecus ſi alicui præbendæ particulari ipſius capituli, propter neceſſitatem, quia poſſet epiſcopus aliquã eccleſiam vnire, cum ceſſet ratio prohibitionis. glo. in ipſo. §. in verb. capitulo, & ſequuntur communiter Doc. aut ſi vellet dare aliquod beneficium de menſa eidem prębendæ. Dicitur autem beneficium de menſa, quod non habet aliam adminiſtrationem præter ipſum ſuperiorẽ pręlatum, quàmuis in eo ponatur ſimplex miniſter ad fructuum recollectionem, nec dicitur alienare, cum in dominio eccleſiæ, retineatur. gl. in. §. citato quòd ſi. in verbo eccleſiam, de quo doct. in d. clem. fin. & in cap. vt ſuper, de reb. eccl. non alien. vbi quæ ſint res menſales. illud autem de epiſcopo ſibi ipſi, aut capitulo alienare non poſſe eſt verius. licet Abb. in c. poſſeſſiones, eod. tit. dubius loquatur, per l. pupillus. §. pen. ff. de author. tut. vbi tutor poteſt palam emere a pupillo, in quo dicitur, ſic de iure expræſſum, ſecus in epiſcopo, vide in cap. nouit. de his quæ ſi. a
15 præl. † Ipſas autem epiſcopales eccleſias vnire, non ad alium ſpectat, niſi ad Romanum Pontificem, cap. ſicut vnire de exceſſ. prælat. namq. is, de duobus epiſcopatibus facit vnum, & de vno duos, eod. c. per gl. & in Rot. de offi. leg. deciſ. 1. nu. 3. in nouis. in ant. ſicuti pluries videmus, ſimiles maiores eccleſias vnitas, ex earum paupertate, & ciuitatum ruinis. cap. & temporis qualitas, cum cap. ſeq. & c. præcipimus. §. ſicut. 16. q. 1. (vbi epiſcopo tribuitur eadẽ poteſtas in eccleſiis ſuæ diœceſis) etiam in Archiepiſcopalibus; vt de Acherontino, & Matherano, Sipontino ſeu montis Gargani, Sancti Marci, & milit. & extinguendo epiſcopatum aliquem, Archiepiſcopali eccleſiæ vniendo, ut in eccleſia Sanctæ Seuerinæ factum eſt ſuperioribus annis per Pium Quintum Põt. Max. de epiſcopatu ſancti Leonis vnito ipſi Archiepiſcopali eccleſiæ, inſtante Illuſtriſſimo, & ampliſſimo Dom. meo, Dom. Iulio Sanctorio Cardin. Sanctæ Seuer. cum dictæ eccleſiæ præ-
16 eſſet. † Sic dicimus de Rege in ſuo regno, qui de vna prouintia poteſt facere duas, & de duabus vnam. ff. de offic. proconſ. l. ſi aliquam. Alber. in l. quoties. C. de præcib. imper. offert. vt de feudis ad ſui libitum. Andr. in conſtit. honorem. dom. Marinus Freccia patruus meus honorandus optimus Iurecõſultus, & maximus feudiſta, de ſubf. lib. 1. de orig. Bar. fol. 4. & Imperator vnit duas dignitates. Rebuff. in noſtra reg. gl. 3. illud aũt de Sum. Pontifice etiã ad temporalia ampliat And. in proœ. feud. q. 3. nu. 39. Vt cum imperium dependeat ab eccleſia, poteſt: nã illud de Græcis trãſtulit in Germanos, ex cauſa põt eximere ab imperio unã

pro-

prouintiam, ex eã ratione, vt ſi poteſt totum, poteſt & partem. arg.l.ſi duo. ff. de admin. tut. patent prædicta, ex c. duo ſunt.96. diſt.cap. venerabilem, de elect.Bar. in extrauag.ad reprimendum.in verb totius.vt inde dicat Dantem in ſua monarchia poſt mortẽ fuiſſe damnatum de hæreſi, dum aliter dicebat. Lanc.Conr. de Imper.§.2.q. 2. num.7.Quia de neceſſitate ſalutis ita tenendum eſt.cap. nouit.de iudic.Ampliſſimus Do.meus Dom.Card.Albanus, de poteſt.Pap.2.part. in princ.& nu. 16. cum ad ipſum pertineat confirmare, & coronare Imperatorem.c. ad Apoſtolicæ, de re iud.lib.6. (ſic, & nouas dignitates etiam in temporalibus creare, & cum præeminentiis, & prærogatiuis, vt Pius Quintus Pontifex Maximus. an. 1569. 4.ſui Pontif. Coſmum Medicẽ Ducem Reipublicę Florentinæ, in Magnum Ducẽ Ethruriæ creauit, cum ſuis poſteris,& deſcẽdentibus,cum infinitis priuilegiis, ac Regali Corona deſignata, & vide in d.conſt.incip.Romanus Pont.in excelſo militantis,cauſas inductiuas ad dictam nouam creationẽ, de qua in precedentia fuit aliquando controuerſia inter alios principes, vt in allegationibus, quæ circumferuntur videri po-
17 teſt.) † Sed illud occurrit dubitari an ſi vnio alicuius eccleſiæ ſit facta ex falſa cauſa, ſit ipſo iure nulla, vt alia declaratione, ſeu infirmatione non ſit opus, ſcribit Boer. deciſ.345. & Do. de Rot. deciſ. 1. de exceſſ.præl. in nouis, dicunt vnionem validam,quia eſt ſeruata forma iuris, ſed venit reuocãda, probata cauſa falſitatis, per quam fuit facta.argu.l.ſi prætor. ff. de iudic. Aegid. deciſ.618. nu.4. affirmat verũ in facta ab ordinario, ſecus in Apoſtolica.Caſſad.deciſ.1.eo.tit.ſequitur Rebuff.in ead.regul. gl.9.procedendo cõtra falſum exponentem, vt commiſſa defleat,& flenda vlterius non committant, c. nouimus.§.pro illo.de verb.ſignifi.quę dicitur vera pęnitentia, quę duo ſi non interueniant nõ dicetur pę-
18 nitentia ſubdit ibi gl. † Et ſi Papa facit vnionem de eccleſia, & per eius ſuperuenientem mortem non ſunt expeditæ litteræ in forma ſolita.Boer.deci. 346. dubitat, ſi valeat vnio.quod pendet ab illa. q. Si gratia conceſſa a Sum. Pont.vti poſſimus non confectis litteris.Doct.ponunt in proę.ſexti:nã licet impetrans habeat intentũ ſuũ, ꝙ habuerit gratiã, non tñ poteſt ea vti,ſine litteris,nec creditur, cum non ſit, qui conceſſit, & faciat fidem, ſecundum mod.ibidem,q̃uis in foro conſcientię, ſit tutus ea utendo, in practica vero dicitur gratia informis. ſupr.lib.1.c.33. nu.9. Doct.in rub.de conſt. Gomeſ.in regul.de non iud.q.1.Litteræ.n. requiruntur ad probandũ gratiã Principis,
19 ead.reg.q.11. in fine. † Verum qñ ab aliquo petitur eccleſiã vniri,ex iuſta,& rationabili cauſa,epſ debet cõſentire, eo.c.ſicut vnire.Doc.in c.paſtoralis.de dona.& ſi fiat donatio extra dięceſim, in qua dicit Rebu. nu.33. & in gl.11. nu.3.cautius agi interueniente aſſenſu vtriuſq. epi,& eccleſiæ donatæ, & donantis.Doc in cle.1. col.3.de reb.eccl. arg.l.Imperatores,de excuſ.tut.& not. eſt tex.d.c.ſicut vnire.§.1. ꝙ Metropolitanus cõſentiens nihil operatur,quia ad epm ſpectat, (de quo latius dicem' Deo Dãte in trac.de poteſt.Archie. in ſuos ſuffraganeos,& eius iuriſdictiõe, & quantũ extẽdat, cũ in multis p officiales

ciales excedatur in detrimentum ordi-
20 nariæ epiſcoporum iuriſdictionis.) † Sed ex mutatione temporum, etiam in hac materia multa ſunt innouata ad ius antiquum, ſicuti in alio teſtatur Imperator in auth. de his, quę ingr. ad appel. quòd ea. *Quæ ſubtilium obſeruatione cauta ſunt, plerumque turbauit emergentium varietas cauſarum.* (Vt potius ex varietate hominum, q̃ temporum, quæ dicere meliora fuiſſe, quàm nunc, & quæ ſit cauſa, ſtulta eſt huiuſmodi interrogatio Eccleſ. cap. 7.) Vnde ex diſpoſitione nouiſſimi Concil. Triden. hodie ipſe epiſcopus poteſt vnire eccleſias inferiores propter earum paupertatem, etiam, quòd ambæ ſint curatæ, ſeu baptiſmales, vel non curatas curatis, aut meliori modo, quo viſum fuerit. ſeſſ. 21. de reform. cap. 7. ſeſſ. 24. eod. tit. cap. 13. immo poteſt peti, & ſtantibus cauſis prædictis, vel alijs ſimilibus iuſtis, epiſcopus tenetur cõſentire vnioni, & nõ debet denegare. Archi. 16. quæſt. 1. c. & temporis. Mandoſ. q. 12. num. 4. *Exaudiri namq. meretur petitio iuſta.* Dicit Sum. Pont. in extrauag. exhibita, de priuil. in comm. ſicuti importuna deijcienda. Doct. in cap. ſi quando per illum text. de reſcrip. *Et mendax precator careat etiam impetratis, & ſi nimia mentientis inuenitur improbitas, ſeueritati ſubiaceat iudicantis.* l.
21 & ſi legibus. C. ſi contra ius. † Sed vigore ipſius facultatis non poterit epiſcopus unire beneficia monaſteriis q̃buſcumq., ſeu Abbatis, alijsve dignitatibus, eod. c. 13. quia ceſſat cauſa, & materia prouidendi ſuis eccleſiis parochialibus, & curatis. c. cũ ceſſante, de appell. quod eſt pro facto c. paſtoralis, de donat. & pro alienatione facta per prædeceſſores. Sed lex proſpicit futura, non ad prętetita, cap. fi. de conſtit. vbi gloſ. & doc. Cum leges, & conſtitutiones futuris certum ſit dare formã negotiis, non ad præterita facta trahi. Mod. in cap. licet canon. de elect. lib. 6. glo. in extrauag. *Suſcepti regiminis.* Ioan. 22. ne Sed. vac. in verb. uacantiũ, in comm. & dictum eſt ſupra lib. 1. c. 31. num. 1. per tex. alium in l. leges, & conſtitutiones. C. de leg. (In facto aũt vnionis. Dom. noſter Do. Greg. XIII. Pont. Max. confirmauit vnionẽ alias per nos factam in epiſcopatu Rauellẽſi de paruulo beneficio ſancti Petri ad Piaczolla, monaſterio monialium ſanctæ Clarę conuent. propter clauſuram reformandam, & in ſuo priuilegio ſuperinde conceſſo. 1578. meminit de Concil. Trid. & quod per nos factum
22 fuerat, ſingula confirmando.) † Cum verò authoritate eiuſdem Concil. fit vnio in caſibus prædictis, ſeruatur forma, vt fiat diſcuſſio de eccleſia paupere, cui vnio eſt facienda, de qualitatibus vniendæ, aut ſi propter ruinam, & nimiam paupertatem ſunt eccleſiæ collapſæ, & inde fiat authentica ſcriptura, quæ plerumq. fieri ſolet in viſitatione. Hoc tamen adito, ꝙ tam parochiales, quàm aliæ dirutæ, quæ propterea vniuntur, & transferuntur, non conuertantur in vſus ſordidos, ſed in qualibet ipſarũ erigatur crux. ſeſſ. 21. de reform. cap. 7. §. quòd ſi nimia ęgeſtate. Paupertas enim permittit hoc fieri, & ne clerici mendicent, & ne eccleſiæ dirutæ fiant ſcandalum aliorum cum diſplicentia bonorum, quæ fuit intentio Conc. prouidentis, quia. *Neceſſitas religionis infrigit robur conuerſa-*

uerſationis. Et ſic pietatis conſidera-
tione aliquid conceditur. 12.q.2.cap.
23 religioſam vitam.† Nec ſolum proce-
dit in vnionibus faciendis, ſed in an-
tiquis iam factis ab annis quadragin-
ta, vt epiſcopus examinet ipſas diligen
ter, etiam tamquàm Apoſt. ſed. dele-
gatus, cognoſcendo de ſubreptione, &
obreptione. eod. Conc. ſeſſ. 7. de refor
ma. cap. 6. & vbi inuenerit non legiti-
mas, declaret irritas, beneficia ſeparet,
& aliis conferat. ex alio decreto eiuſdẽ
Conc. ſeſſ. 25. de reform. gen. cap. 9.
§. quæ vero. Idq. optimo iure ſtatutũ
videtur, cum ferè per importunitatẽ
aliquando concedantur. ſuſtinet. n.
patienter Papa, ſi epiſcopus non fece-
rit, quod prauã ei fuerat inſinuatione
ſuggeſtum, text. in cap. ſi quando, de
reſcript. ſupra hoc libro. cap. 4. nu. 10.
24 cap. 20. nume. 2. † Eccleſiam verò
vnius diœceſis per epiſcopum uniri ec-
cleſiæ alterius diœceſis, quàmuis doc.
velint poſſe fieri per eãdem mer clem.
fin. prout refert Maria. Socci. in d. cap.
ſicut unire. nu. 80. tamen de iure no-
uo eiuſd. Conc. Triden. ne ordo eccle-
ſiaſticus confundatur, beneficia vnius
diœceſis, cuiuſcumq. qualitatis fue-
rint ex quacumq. præiẽtia cauſa, ſiue
augendi cultum diuinum, ſiue benefi-
ciatorum numerum, ut alia ſimilr, nõ
poſſunt vniri beneficio alterius loci,
ſiue diœceſis, nec monaſterio, collegio,
alterive pio loco, ſeſs. 14. de reforma.
cap. 9. (ſicut Præſes duarum diuerſa-
rum prouintiarum, in una non cogno
ſcet alios, ſed omnes in ſua Doct. in
l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud. vbi mod.
num. 31. quia cum quiſque ſubiaceat
ſuo loco, ibi debet cognoſci. dicunt ibi
Doct. niſi in hijs, quæ ſupra diximus
25 cap. 21.) † Item eſt aduertendum,
vt nec vigore ipſius facultatis vniendi,
poſſit epiſcopus vnire beneficia regu-
laria. id enim expræſſe prohibetur ex
alio decreto d. Conc. ſeſs. 24. de refor
ma. gen. cap. 13. §. in parochialibus,
dum dicitur. *In parochialibus etiam eccleſiis, quarum fructus æque adeo exigui ſunt, ut debitis nequeant oneribus ſatisfacere, curabit epiſcopus, ſi p̄ beneficiorum vnionem, non tamen regularium, ſi id fieri non poſſit:* Et quæ ſe-
quũtur. Ea namq. regularibus profeſ-
ſis, & religioſis illius ordinis cõferri
debent. ſeſs. 14. de reform. cap. 10. eod.
Conc. & ſupra hoc lib. cap. 15. nu. 75.
ſic dicimus, quando mandatur proui-
deri clerico ſeculari de aliquo priora-
tu, non poteſt niſi de beneficio ſolito
gubernari per ſolitos clericos ſecula-
res regi, & prouideri ex deciſ. per tex.
in cap. cum de beneficio. §. quando,
26 de præb. lib. 6. † Et hæc potiſſima cau
ſa paupertatis vniendi eccleſias habe-
re locũ ampliatur ad omnes eccleſias
etiam patronatas, vt exiſtentes pau-
peres; & collapſas epiſcopus poſſit
vnire vocatis patronis, & recuſantibus
prouidere ſtatui ipſarum eccleſiarum
patronatarum, per eundem tex. Con
cil. ſeſs. 21. de reform. c. 7. §. parochia-
les, & §. fin. quod de uocatione patro-
norum etiam doct. concludunt in ſæ-
pius aducta, clemen. fin. qui ſatis reci-
piunt fructus, cum ius præſentandi
habeant, & etiam emolumentum ple
rumque cum honoribus ad mentem
text. eiuſd. c. 7. eod. §. vbi not. & argum.
27 tex. in c. 1. de eccleſ. edifi. † Sed a mul
tis ſolet moueri quæſtio ad cap. præd.
Conc. Tri. ꝙ per paupertatem tribui-
tur epiſcopo poteſtas vniẽdi eccleſias

etiam

etiam baptiſmales (nam tunc dicitur eccleſia pauper, quę iacet ſine ſpe recuperationis, deficientibus fructibus, & eleemoſynis, vel quę non poteſt aliquem honeſte, & ſufficienter alere, & hoſpites pauperes ſuperuenientes recipere, iuxta glo. in cap. clericus. 21. quæſt. 1. Rebuff. de vnion. num. 39.) An ſi aliqua eccleſiarũ vnitarũ perueniat ad habendum redditus, & ſufficiẽtes, reuocetur ipſa vnio facta tamquã ceſſante cauſa, & redeat ad primum ſtatum ſuum, arg. cap. cum ceſſante de appellat. Doct. in ead. cle. ſi. de reb. eccl. non alien. negant poſſe reuocari, quia iam inuenitur ſuppræſſa, niſi ambæ eſſent effectæ diuites, quia poſſet peti a ſuperiore diſſolui vnionem tã-
28 quam ex iuxta cauſa. † Per ipſam tamen vnionem de eccleſia factam per epiſcopum, aut ſimpliciter per Papã, non videtur derogatum iuribus epiſcopalibus, quæ excepta ſunt, niſi quid latius fuerit expræſſum glo. in cap. paſtoralis de donat. vbi Doct. & diximus latius in tract. de iur. epiſ. 2. parte. cap. 1. (namque non aufertur ius debitum epiſcopo, licet contrarium fuerit in antiquitus factis vnionibus, per annos cẽtum, & inducta fuerit ſollemnis pręſcriptio. Neq. compræhenduntur ſub regula cap. 6. ſeſſ. 7. de reform. quòd reuideantur, & examinentur, cum obſtet lapſus temporis, & de nouo obſtaret prędictus tex. cap. 13. ſeſſ. 24. de reform. gen. §. in vnionibus, quòd non vniãtur monaſterijs, abbatijs, &c. quæ faciebant pro eccleſia noſtra Rauellen
29 ſi, cui tũc præeramus.) † Id enim clarum eſt, vt per quamcumq. unionem factam de vna eccleſia ad aliam, uiſitationem ipſius reſpectu non impediri ead. ſeſſ. 7. c. 7. *Beneficia eccleſiaſtica curata, quæ cathedralibus, collegiatis, ſeu aliis eccleſiis, vel monaſteriis, beneficiis, aut piis locis quibuſcumque perpetuo vnita, & annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis ſingulis viſitẽtur,* &c. Quod ad correctionem, & obedientiam ampliamus. Mil. in verbo vnio verſ. 4. facit glo. not. in clem. quia contigit. de relig. dom. quæ vult, ꝙ licet epiſcopus poſſit remittere aliqua iura epiſcopalia, non tamen a ſe poſſit abdicare correctionem, & viſitationẽ, quæ duo non in fauorem ipſius epiſcopi, ſed totius chriſtianæ religionis, & eccleſiaſticę diſciplinę fauorabilia ſunt procurando tamen ſi poteſt, vt hæc diſciplina populis ſalutaris, & neceſſaria ſine aſperitate cõſeruetur, iuxta notata in Concil. Trid. ſeſſ. 13. de reform.
30 cap. 1. † Sed an epiſcopus in conſtructione alicuius eccleſiæ poſſit priuilegium concedere, quòd non viſitetur, nec a ſe, nec a ſuis ſucceſſoribus ponit Fed. de Sen. conſ. 148. quem refert D. Paul. in extraua. vas electionis. Bened. XII. in verb. locis, & licet viderimus multa priuilegia conceſſa, vt dubium ſit iuris, hodie ſecus, nam ſubiectas, et exemptas, etiã authoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitabit epiſcopus, appellationibus, priuilegiis, & aliis non obſtantibus, alleg. ſeſſ. cap. 8. cum aliis ſupra adductis, & dixi iterum ſupra hoc libro cap. 8. nu. 7. &c.

DE EXPECTATIUIS, RECRESSIBUS, & coadiutorijs.

CAP. VIGESIMVMSEPTIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Expectatiuæ quæ ſint, & à quo concedantur.*
2 *Expectatiuę quare ſint odibiles.*
3 *Expectatiuæ ſunt prohibitæ a Concilio Tridentino.*
4 *Regreſſus ſunt ſublati, & ex qua ratione.*
5 *Coadiutores cũ futura ſucceſſione non dantur, & quando aliter ex Conc. Trident.*
6 *Coadiutores, qui dari poſſunt ab epiſcopis.*
7 *Coadiutoria temporalis quę ſit.*

NEC defuit aliquibus (prout tempore finiti Concil. Trid. obſeruatum fuit) diſcutere, & laborare de multitudine expectatiuarum à ſummis Romanis Pōtificibus, paſſim, & ex gratia, & ad aliorum petitionem, ſeu magis importunitatem conceſſarũ, ſic & de regreſſuum frequentatione, ac etiam de coadiutorijs, cum ſucceſſione ad ipſas dignitates, eccleſias, beneficia, monaſteria, ex quo euenit occaſio murmurandi in mundo, qui de facili ſcandalizatur. Matth. cap. 18. *Ve mundo à ſcandalis*. Vnde de unoquoque ipſorum hic ad propoſitum vnum uerbũ eſt dicendum pro clariori materia tractatus, & quia ſancti Patres in illa non minus ſalutari, quàm neceſſaria ſancta ſynodo Tridentina ad id reformā-
1 dum oculos habuerunt.† Sunt autem litteræ expectatiuæ, quædam gratia cōceſſa a Papa alicui, ſeu aliquibus ad beneficia primo vacantia, vel ad certũ beneficium, certamq. eccleſiam, vel monaſterium, ſiue loco ipſarũ nominationes dicit Petrus Rebuff. in pract. benef. de nominat. in princ. & præcipuè vniuerſitatibus ſtudiorũ, per docto. in 10. regul. Cancell. concedendo per varias litteras, vt monitorias, pręceptorias (quarũ hodie receſſerat vſus) & exequutorias. Staph. de Grat. expec. & Gomeſ. eod. trac. nu. 6. ponens decē formulas expectatiuarũ, omnibus tũc temporis luctoſa materia, vt ipſe Gomeſ. ibid. nu. 26. referat ſe audiuiſſe a Domi. Laurentio Puccio Card. Sanc. Quat. Coron. ꝙ lucratus in ea fuerat plusq̃ 200. M. ducato. & erãt aliæ expectatiuæ in forma pauperũ, dignę, & conſonæ, ſolitæ concedi, & dici, vt pauperibus clericis prouideretur ſeruientibus altari, quibus prouideri, q̃ maxime honeſtum eſt. 1. ad Cor. 9. 12. q. 2. c. ex his, in c. cum ſecundum, de præb.
2 & in genere conceſſę non procedũt in beneficiis exēptis, niſi quid expræſſius dicatur. not. Fel. in c. graue, in prin. de offic. ordi. ſolitæ cōcedi motu proprio

D.no-

D. noſtri Papæ Doct.de pręb.in 6.c.ſi motu proprio.Gom.in reg. de Idiom.
2 quæſt. 12. in princ. in 1. argum.† Ex abuſu tamen ſunt factæ odibiles,cum cauſarent uotū captandæ mortis. c.2. de cōceſs.præb. cauſantes odia, rixas, & ſcandala.Rebuff.de expect.ead.par. per tot.& *Triſtiſſimi,& periculoſi euentus*.Dicit optimus tex.in l.fi.C.de pac. §.ſed nobis:Ex quo euenit, vt in compilatione decreti facta per Gratianum diligentiſſimum indagatorem antiquitatis.anno Domini.1151.nullum verbum inueniatur tractari de ipſis expectatiuis, quia eo tempore non concedebantur.Mand.in pract.ſign. hoc tit. fol. 15. vnde poſt ipſum tēpus habuerunt ortum. Secundum Staph. & Gomeſ.de quibus modis cōcedendi prohibitus. Doct.eod. cap. 2 ciuiliſtæ.in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.vt graui pęna ſubiaceat volens ſe inſtitui in beneficiis viuentis. Abb. in cap. 1.de conceſ. præb. Cum prohibitum ſit ante ſepulturam morientis beneficiati, eccleſiæ de alio nimis propere prouidere.c.bonę.lo 2.de elect. in maioribus poſt tertium diem ſepulturæ ordinauit Bonifacius III. in cap.nullus lo 2.79.diſt. (dom. epi-
3 ſcopus Vulter.lib.5.cap.35.num.6.)† Quibus,vt obuiaretur,optime ſtatutū eſt in Conc.Trid. ſeſs. 24. de reform. gen. cap. 21.ſimiles expectatiuas, ſeu gratias de prouidendo nulli amplius eſſe concedendas, ſub quocumq. nomine, aut ad quamcumq. ſummam, nec conceſſis amplius illis vti,annullādo eas,quod ampliatur, & ad reſeruationes mentales,& ad indulta, vt ſimiliter non concedantur in §.nec vti cōceſſis.(idq. obſeruari multo prius ordinauerat omnibus.Magnus ille Paulus IIII.Pont.Max. qui quàm maxima neceſſaria erat reducturus ad debitam ſacrorum canonum normam, niſi breuitas vitę ei imminiſſet, nam ad multa,quæ ipſe egregie decreuerat, in Conc. Trid. per omnes conſideratum fuit,in una ſua conſt. incip. ad Romani Pōt.1557.an.3.(Cuius heroicarum virtutum imitator præcipuus eſt Illuſtriſſimus D.Antonius Carafa.S.R.E. Cardinalis Ampliſſimus, & D. meus obſeruādiſſimus, vt ſicut ſanguinis ratione ei coniunctus eſt, ſic virtutibus, vitæq. ſanctitate proximus in omni
4 honore ſit.) † Ex eo principaliter,quia ſucceſſio hæreditaria in eccleſiis,& beneficiis odioſa eſt, nec iura permittūt. cap. præſentium. c. ex tranſmiſſa.cap. quoniam de fil. pręsb.vt ſicut in expectatiuis prouiſum eſt,ſic ex eod.Conc. & ex ſimili ratione prohibiti ſunt regreſſus,ſiue acceſſus, quos damnabiles dicit Rebuff.de regreſs.in pract.beneſ.2. part. & qui primo frequentiſſime concedebantur,vt merito amplius non concedi decretum ſit, (etiam de conſenſu) in omnibus beneficiis eccleſiaſticis,& in omnibus perſonis.ſeſ. 25. de refor. cap. 7.nec conceſſi transferantur, aut extendantur: Viſum eſt enim,plerumq. triſtes, & periculoſos oriri effectus. d.l. fi. C.de pact.exinde Pius V.Sum.Pont.an.1571.6.ſui Pōt. annullauit omnes, etiam per ſummos Pontifices conceſſos, qui tamen non reperiebantur integraliter expediti in ſua Conſtit.incip. Romani Pontificis.
5 † Eademq. ratione factum eſt reſtringi vias ad coadiutorias cum futura ſucceſſione, ut amplius nemini concedantur,aut permittantur. eod. cap.7 §. in coadiu-

coadiutoriis,niſi certis exiſtētibus cauſis, & qualitatibus per Summum Pontificem recognoſcēdis. §. quod ſi quādo. Eſt enim hoc de maioribus cauſis ad Sedem Apoſtolicam referendis. c. 1. de cler. ægro. in 6. qui, cum dandus ſit, de bonis prælaturæ habet viuere. c. 3. cum ſeq. eo.tit.Abb. multa in c. fi.ipſo tit. vbi de coadiutoris officio.7.q.1.c.ſcripſit mihi.cum ſeq.nec in minoribus concedi viſum eſt, ſic ſanctum viſum eſt Concilij Trid. decretum. In maioribus tamen Cathedralibus ex cauſis neceſſariis conceſſum eſt, vt proximè per ſanctiſſimum Dominū noſtrum pro eccleſia Senenſi, Montisfeltr. & nouiſſime pro eccleſia *Spoletana*, & aliis. Infirmitas. n. & ſenectus hoc patiuntur, ut diſpenſetur,eod.c.ſcripſit, quia languente paſtore grex inſidiatoris laniandus dentibus exponitur, & vtilitates ipſius eccleſiæ depereunt. cap. quamuis, ead.
6 ead. cauſ. & q. † Non tamen loquendo de illis coadiutoribus, qui dandi ſunt ab. epiſcopo, etiam vti Sed.Apoſtol. delegato, Rectoribus,& parochis illiteratis, & imperitis, quos alio nomine vicarios dicimus,cum certa fructuum aſſignata portione, ex alio decreto eiuſd. Conc.ſeſſ.21. de reform. c.6.qui ſi ipſi adminiſtrauerint, tenentur rationem reddere de adminiſtratione facta in eccleſiis, quibus dati ſunt. eod.c.1. in fine de cler. ægrot. & hæc dicitur coadiutoria ſpiritualis (& fortius quando datur per imperitiam, & negligentiam, quàm quando per
7 infirmitatem, extra eo.c.1.) † Eſt, & alia temporalis,quādo Regi prodigo, & negligenti, de adminiſtratore, & coadiutore prouidetur, vti Innoc.III. fecit Regi Portugal.in cap.2.de ſuppl. negl. præl.lib.6. Nec ſubditi in totum abſoluuntur a iuramento, quoad dominum, quia perſonam ſuam conſeruare tenentur. eod. cap.& per Gemin. quia Regnum eſt indiuiſibile, & non patitur duos.cap. licet de voto.Romulus, & Remus vrbem Romam ædificarunt, Romulus Remum fratrem occidi fecit.l.fi.cum gl. ff. de rer.diuiſ. Vnde Leo Sum.Pon.in ſerm.1.in Natiuit. Apoſt.Petri & Pauli, loquens de Roma, inquit. *Quorum ſtudio prima mœnia tuorū fundamenta locata ſunt: ex quibus is, qui tibi nomen dedit, fraterna te cęde fœdauit.* Et Innoc.allegat Dom. Mari. Frecc. de ſubfeu.lib.1.de orig.Bar.nu.4.ſed expirat eius coadiutoris dati officium, mortuo eo,cui datus fuit,eod.c.2.& per mod.

DE RESIGNATIONIBUS BENEFICIO- *rum, eorumq; collationibus, & penſionibus.*

CAP. VIGESIMVMOCTAVVM.

SVMMARIVM.

1 *INnocentius Tertius, quibus caſibus permiſit poſſe renūtiari eccleſias cathedrales.*

2 *Infamia per quæ crimina irrogetur.*

3 *Senectus quanta incommoda producat.*

Scientia

4 Scientia eſt neceſſaria in perſonis eccleſiaſticis.

5 Plebis malitia, facit vt prælatus eam relinquat.

6 Scandalum vitari debet, quantum poteſt.

7 Irregularitas perſonę maxime notatur.

8 Inimicitiæ faciunt ceſſare opus debitum.

9 Aeris intemperies excuſat prælatum a reſidentia.

10 Epiſcopus renũtians epiſcopatui, quæ retineat.

11 Beneficio renuntiari non poteſt ſine ſuperioris conſenſu.

12 Beneficium reſignari debet in manu ſuperioris ſpiritualis.

13 Petens licentiam à Papa de renuntiando, ſi obtinet, non poteſt pœnitere.

14 Pius Quintus, quomodo, & quando prouiderit beneficia reſignari.

15 Corpore vitiatus quando ordinandus eſt, & quando remouendus.

16 Cenſuræ eccleſiaſticæ grauant beneficiatum.

17 Beneficiorum pluralitas non debet permitti.

18 Ingreſſus religionis quando faciat vacare beneficium. Et quid de contractu matrimonij. nu. eo.

19 Beneficiatus volens reſignare debet habere vnde viuat.

20 Reſignatio eſt duplex.

21 Beneficij an ſit facienda larga interpetratio.

22 Permutationes beneficiorum etiã ex lege Pij Quinti, ſeruata forma iuris ſunt licitæ.

23 Beneficia reſignata quibus perſonis non poſſunt conferri.

24 Beneficio renuntians, poſſeſſioni eiuſdem, etiam dicitur renuntiare.

25 Delinquentes ſunt beneficijs priuãdi.

26 Reſignantes beneficia, vel ea reſignata conferentes contra formam traditam per l. Pij Quinti, qua pœna puniantur.

27 Beneficijs renuntians à quibus cauere debet, ne in confidentiam incidat.

28 Beneficia vacantia intra quod tẽpus conferri debet.

29 Tempus ſex mẽſium non currit epiſcopo exiſtenti apud Sed. Apoſtolicã eunti, & redeunti.

30 Menſes ordinariorum pro cõferendis beneficijs, qui ſint.

31 Alternatiua menſium conceſſa epiſcopis reſidentibus, quomodo computanda ſit.

32 Epiſcopi volentes vti alternatiua mẽſium, debent eam notificare Domino Datario.

33 Forma litterarum acceptationis alternatiuę.

34 Acceptatio alternatiuę ab epiſcopis, regiſtratur in cancellaria, & datur nota a domino Datario.

35 Bullę ordinum, & beneficiorum ſunt regiſtrandę.

36 Conſtitutio Pij Secundi de promotis ante tempora ſtatuta, vel ante ętatem legitimam, aut ſine litteris dimiſſorijs.
Ordinati in aliquo ex tribus prædictis caſibus ſunt ſuſpenſi, & quando irregulares. nu. eo.

37 Promotio legitima ad ordines ſacros, quę dicitur.

38 Ordinatus per ſaltum, an ſit irregularis, & quando epiſcopus poſſit diſpenſare.

39 Beneficium non poteſt obtineri ante deci-

decimumquartum annum.

40 *Penſiones ſine licentia dom. Papa nõ poſsunt extingui, etſi gratis remit-*

AD materiam viſitationis opportune videndum eſt, de beneficiorum reſignationibus, cum bullas oporteat diſcurrere, titulos, collationes, onera, penſiones, & ſi veræ ſunt cauſæ, quibus reſignantes moti fuere, ne ex ſuſpitione vnius, in aliud eueniſſe reperiatur, cum his temporibus multi ordinariis nõ ſubeſſe quærſierint, ſed de maioribus primo
1 dicamus.† Innocentius enim Tertius Pont. Maxim. (qui, & vita, & doctrina clarus fuit, & ſub quo celebratum eſt Concilium generale Lateranenſe ſecundum, anno 1215. & ſub cuius Põtificatu eccleſia peperit duas gemmas prætioſas, Beatum Dominicum prædicatorum ordinis fundatorem, & Beatum Franciſcum ſimiliter ordinis minorem inſtitutorem,) in ſua decretali. Niſi cum pridem, regiſtrata per Gregorium Nonum, lib. 1. decret. tit. 9. de renunt. monet Epiſcopum Arelatenſem paſtorale officium non deſerere, adducẽs cauſas, quibus renuntiari poteſt: ex conſcientia criminis, debilitate corporis, defectu ſcientiæ, malitia plebis, graui ſcandalo, & ſexto ex irregularitate perſonę, declarans optime vnumquodq. requi-
2 ſitum. † Et de primo, de conſcientia criminis, quando infamia ipſo iure irrogatur, & dicit tex. ꝙ etiam poſt peractam pęnitentiam ipſius, impeditur executio officij. §. 1. & glo. exemplificat in tribus, ſymonia, homicidio, & peccato ipſo iure irrogãte infamiam, nec pęnitentia delet infamiam notatã.

ti. eod. nu.

Pẽſiones, quę poſſint imponi eccleſiis, ex Conc. Triden. eod. nu.

alia gloſſ. in c. teſtimonium, de teſtib. prima, quæſt. 3. §. hinc colligitur, & alia gloſſ. per eundem. §. in cap. fin. de purg. cano. (per. ſummum Pontificẽ tollendam, ad quem ſpectat diſpenſatio, licet in minoribus, in aliquibus caſibus epiſcopus diſpenſet ſuper infamiam, de quo Felin. in cap. cum te. nume. duodecimo, de re iudic.) De hę reſi fortius, cum excommunicatio ipſo facto incurratur, quia infidelis eſt, qui dubius eſt in fide, cap. primo, de hæret. cum, & voluntas perſiſtens puniatur, quia propoſitum animi irreuocabile, licet regulariter cogitationis pœnam nullus mereatur. l. cogitationis. ff. de pœn. Bald. in l. ſi quis non dicam, de epiſcop. & cleric. Felin. in cap. firmiſſime in fin. de hæret. Illud autem de dubio in fide, declara, ut per Felin. ibidem, quando hęc dubietas habet in ſe firmitatem animi, & quãdam pertinaciam. Alber. de agnoſcẽ. aſſert. cathol. & hær. quæſtio. tertia, nume. ſexto. Cum enim quis eorum, quæ ſunt fidei habet errorem in mente, & de tali errore, credendo habet pertinaciam in voluntate, hæreticus eſt. S. Thom. in quarto, diſtinctio. decimatertia, quæſtio. ſecunda, artic. 1. Eymer. in Director. ſecunda par. quæſtio. 32. hancq. infamiam, nec epiſcopus, nec item inquiſitores tollunt, ſed ſolum ſummus Pontif. Zanch. de hæret. c. 38. ſicuti de milite, dimiſſo a militia terrena cum ignominia. l. 1. ff. de his, qui not. infa. (Idẽ dicimus de obiectione, quæ apponitur alicui eligendo.

Vel ſit in formã. ut in c. quia propter. de elect. Vel in perſonam. cap. cum in cunctis. eo. tangit vtrumq. tex. in c. ſuper eo. eo. ti. de pęna poſtmodum obiicientis, & non probantis in cap. 1. de elect. lib. 6 eſto memor.) in alijs non de facili diſpenſatur, ex ea ratione, ſi omnes cederent, ex qualibet criminis conſcientia, pauci inuenirentur in ipſo miniſterio.

3 † Propter debilitatem corporis procedentem per infirmitatẽ continuam, & ſenectutem, eam tamen quæ impotentem reddit ad exequendum officium paſtorale. §. alia. Nam defectus, & canities ætatis, vitæ ſeneſcentis, vix dolores, & labores, tolerare poſſunt, quia ſenectus dicitur ipſe morbus. cap. magnæ, de uoto, *Amplius octoginta anni labor, & dolor*. Pſal. 89. Boet. de Conſol. Phil. lib. 1. Metro. 1. lamentans poſuit verſus, quos ſupra adduxi. lib. 1. cap. 16. nume. 2. in cap. Florentinum. 85. diſt. & Valerio Seni Epiſcopo Hypponenſi acceſſit Auguſtinus adiutor in epiſcopali officio. c. ſicut in fine. cum cap. ſeq. 7. quæſt. 1. *Ne languente paſtore grex dentibus inſidiatoris laniandus relinquatur*. cap. quamuis ead. cauſ. & quæſt. ſupra cap. prox. num. 5. in fine.

4 † Ex defectu ſciẽtiæ (quæ ad modum neceſſaria eſt in eccleſiaſticis) vt cum ignoretur adminiſtratio ſpiritualium, & cura temporalium, ſalubriter fit cedendo. §. pro defectu. vt de Cæleſtino Papa V. exinde ceſſiſſe papatui legimus in cap. 1. eod. tit. lib. 6. Ne eccleſia Dei ob imperitiam gubernantis periclitaretur, & citato cap. Florentinum, Eccleſia namq. eget viris litteratis. c. cum ex eo. de elect. in 6. vt ſciat quis ſacram ſcripturam, & tractare negotia temporalia pro adminiſtratione temporalium. Cũ vita, quia nihil magis eccleſiæ Dei officit, quàm indignos aſſumere ad regimen eccleſiarum, & animarum. cap. nihil de elect. ideo ea ſcientia requiritur, vt poſſit ſatisfieri neceſſitati muneris ſuſcepti, ſiue iniungendi ſeſs. 22. Concil. Trid. de reform. cap. 2. §. ſcientia.

5 † Propter malitiam plebis, ſi adeo duræ ceruicis ſit, vt clare conſtet non proficere, ſed in dies magis indureſcere. §. propter malitiam: & adeſt teſtimonium Gregor. in capi. ultimo. 7. quæſt. 1. dum fert exemplum de Apoſtolo, qui fugit Damaſcum dimiſſus in ſporta Act. Apoſt. cap. 9. & in cap. aduerſitas. §. hoc autẽ. ead. quæſt. cum non adſit ſpes corrigendi: ſed debet Prælatus primum omnimodo prouidiſſe ad remouẽdam malitiam, vt per ipſum ſteriſſe non dicatur, exẽplo eiuſdem Apoſt. Act. cap. 20. 43. diſt. cap. Epheſiis, etiam moderando ſeueritatẽ diſciplinæ, alias, *Sanguinem elicit, qui nimis emungit*. eod. §. & ſeſs. 25. Concil. Tridenti. de reform. gen. cap. 1, cum de mercenariorum more verbũ fit. Sic enim recte iudicat aufugiens, nam, & Helyas cum videret populum Iſraeliticum deditũ errori, per multa tempora ſe abſentauit ab illorum aſpectibus, vt in libr. Reg. legitur. *Et Ieſus a Iudęis ſe abſcondit, & exiuit de templo*. Ioann. cap. 8. & iterum cap. 10. *Quęrebant eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum*. Vnde dixit diſcipulis ſuis Matthę. cap. 10 (*Cum autem perſequentur uos in ciuitate iſta, fugite in aliam*. Et Dauid Pſal. 69. vbi de perſequentibus animam, & mala.

6 † Graue ſcandalum ſi euitari non poteſt cauſa eſt, vt cedatur eccleſiæ. §. pro graui.

graui, vitandum eſt enim populi ſcandalum cap. duo pueri, de diſpenſ. impub. nec Papa conſentit aliquem, etiã bonum, & nullam dantem occaſionẽ eligi propter ſcandalum, quod magis vitari debet, Gl. & Doct. per illum tex. in cap. conſiderauimus. de elect. Fel. in cap. ex litteris. lo. 1. de homici. refert Innoc. in adducto, cap. niſi cum, pridem. Quòd cogitur quis cedere eccleſiæ propter ſcandalum & per ipſum in cap. ſuper eod. de ſent. excom. Abb. in cap. 1. nume. 8. de elect. & in eod. ſ. ex litteris, dixit Abb. Epiſcopum poſſe clericum, etiam inuitum permutare a ſua parochia, in qua ſine ſcandalo ſtare non poteſt (quod dictum facit modo pro epiſcopo conuicino in vno curato ſuæ diœceſis, ut ea ratione ipſum transferat, licet ille cedere non velit, quia magnum eſt totius populi ſcandalum.)

7 † Notatur item, & ſexto irregularitas perſonę ſ. perſonæ. ſed ex bigamia (non ex illegitimatione ſuper qua diſpenſatur. cap. 1. & per tot. de fil. presb. Rebuff. de diſpenſ. ſup. defec. nat. num. 67.) quæ dicitur irregularitas procedens ex defectu ſacramẽti, de quo Dom. Couarr. de ſponſ. 2. part. cap. 1. & in clem. fin. prima parte. ſ. 2. de homic. Cum nec per baptiſmum ea tollatur, iuxta communem omniũ ſententiam. per Couarr. eodem ſ. nu mer. 5. Martin. Nauarr. in Manual. cap. 27. de irregul. nume. 195. Namque odibiles ſunt bigami in hoc, vt ad ordines eccleſiaſticos vocentur. Inde deficientibus miniſtris pro exercendis miniſterijs quattuor minorum ordinum, poterunt ſuffici homines coniugati, vitæ probatæ, dummodo tamen non ſint bigami. ſeſſion. 23. Concil. Tridenti. de reform. cap. 17. ſ. quod ſi. Martin. Nauarr. eodem numero. iuxta alia, quæ dicemus infra de ordin. eccleſi. cap. 7. & vnum verbum

8 ſupra cap. 15. nume. 36. † Vidimus etiam propter graues inimicitias poſſe cedi eccleſiæ, & beneficijs, ex quibus quis tutus non eſt, nec ſecurus accedere ad locum, ſicut dicimus de metu propter tirannum. argument. 7. quæſt. prima, cap. paſtoralis. & in alio caſu debito iri ad Sedem Apoſtolicã, propter inimicitias non compelli, ſed excuſari. cap. de cætero. de ſentent. excommun. alius textus expreſſus in c. quamuis. eodem tit. & ſi prædictorum reſpectu inobedientia cauſatur. argument. cap. ſi quis diaconus. circa med. ibi *Aut omnibus illis contrarios, & inimicos eſſe ſe cognoſcant.* 50. diſtinctio. Quando generalis eſt inimicitia, & non eo reſpectu deſerere, aut muneri iniuncto deficere, nè ex malitia ſubditorum, vt correctionem fugiant, & exinde odiſſe videantur. iuxta tradita in Concil. Trident. ſeſſio. 13. de reformatio. cap. 6. quæ eſt iuſta cauſa. gloſ. per illum textum

9 in cap. fina. de cleric. non reſid. † Additur etiam (& ſeruit pro infra dicendis) aeris intemperies, vt ſit iuſta cauſa cedendi, vel non ita reſidendi. Hoſtien. in ſumma, quia *Peſtibilis fundus peſtiferam herbam producit.* Imperator in l. ſi prædium. C. de edil. action. ſcribit optime Franc. a Ripa dictus de ſanct. Nazar. in ſuo eleganti tracta. de peſte. per tot. ſopra eod. lib. cap. 4. num. 7. *Et cælum (ideſt aer) peſtilens ruinam minatur.* L. 1. ſ. 1. de cloach, quę inde dicitur periculoſior, quia ex aeris infectione, maxime

ſemper ſubſiſtente, vt ad Deum precibus, & orationibus ſit continuo vacandum, quando vero ad tempus, pro eo tempore ceſſandum eſt, quod vigere videtur tempore æſtiuali, ſuperuenientibus magnis caloribus. vide affl. in rubr. de conſer. aer. adducens verſus ſchol. ſaler. ad Regem Angliæ. cap. 14.

Lucidus, ac mundus ſit rite habitabilis aer.
Infectus neque ſit, nec olens fœtore cloaca.

(Erit autem peſtis initium dolorũ in mundo. dixit dom. Matt. cap. 24. in princ. ex illo 1. Ezecch. cap. 6. *Et dic heu ad omnes abominationes malorum domus Iſrael. quia gladio, fame, & peſte ruituri ſunt, qui longe eſt, peſte morietur, qui autem prope, gladio corruet, & qui relictus fuerit, & obſeſſus, fame morietur*, &c. Sic ciuitates deſtruuntur mortalitate, & langoribus, cap. quoſdam. depræſumpt. vt plurimum bello exiſtente cauſa arg. l. quoniam multa. C. de vi pub. Anan. conſ. 158. col. 1. verſ. ex his omnibus.)

10 † Quando vero epiſcopus renuntiat epiſcopatui, retinet, quæ ſunt ordinis, quia loco, & adminiſtrationi, non dignitati, alias ſecus. & ſi non habet exercitium, habet habitum, & alibi de conſenſu ꝓprij poteſt. ex dicto Alex. III. in cap. 1. de ord. ab epiſ. qui renunt. epi. vbi in dubio, loco, non dignitati. cum poſſit ſtare dignitas ſine loco. per Doct. ſeruando formam Traditã in Conc. Trid. ſeſs. 6. dereform. cap. 5. quòd de licentia ordinarij loci, & in perſonis eidẽ ordinario ſubiectis (notando hoc dictum) repetitum in ſeſs. 14. dereform. cap. 2. de quo dixi vnum verbum ſupra lib. 1. cap. 22. num. 9. in fine. & dicit Abb. eod. cap. 1. In epiſcopo concurre duo iura, vnũ dignitatis epiſcopalis coherens perſonę, alterum adminiſtrationis propter locum, & eſt poſt confirmationem, quia primo nõ epũs, ſed electus dicitur. Vnde licite adminiſtrat, & habet poteſtatem Iuriſdictionis ante cõſecrationem, ſed non quæ ſunt ordinis, non tamen debet manere ſine conſecratione ſaltem infra tres menſes. ſeſs.
11 23. de reform. cap. 2. † Exquibus etiam factum eſt, vt nec in beneficijs liberum ſit cuique renuntiare, nam ſi in ſe fuit accipere, non poteſt per ſe ipſum dimictere, niſi ordinarius eius conſentiat. per tex. Alexand. Quarti in cap. admonet de renuntiat. (Cum enim clericus acceptauit beneficium, viſus eſt per quaſi contractum ſe obligare ad adminiſtrationem illius beneficij. argumen. cap. niſi cum pridem. §. verum. eodem tit. Fel. in cap. quæ in eccleſiarum. nu. 42. circa med. de Cõſtit.) & ſic alias facta renuntiatione canonica Vltio (ideſt excommunicatio) contra ipſum adhibeatur. gloſs. ibid. iux. quòd de epiſcopo, qui non niſi in manu Papæ, eod. cap niſi cum pridem: ſic de legato Cæſaris ſcribit Papinianus in. l. legatus. ff. de offic. præſid. vbi gloſs. notat de epiſcopo, quod & de beneficio. Sed in clerico habendo ſolum primam tonſuram, renuntiat ipſi faciendo contrarios actus, vt ſi ea derelitta, ſe ſecularibus immiſceat, cũm videretur eam habere in uituperium miniſterij eccleſiaſtici. dicit tex. in cap. Ioannes in fine. de cler. coniug. doct. late in cap. 1. de apoſt.
12 † Ideo facienda eſt renuntiatio in manibus

nibus ſuperioris ſpiritualis, qui pręeſt eccleſiæ, ſeu beneficio, cui renuntiari petitur, & facta in manu laici nõ tenet, ſed renuntians priuatur. cap. quod in dubijs.eod.tit. Et ſic actio nulla producit effectum in odium renuntiantis, quod eſt notandum ad multa, gloſs. exemplificat ad acceptationem inutilem, quia actus nullus, plerunq. inducit actum ualidum. cap. ſi religioſus in princip. de electio.lib. 6. Dom. Mari. Frecc. de ſubfeud. lib.ſecundo, prima author. nume. 18. cum ſequ. quamuis in beneficio patronato velint doct. eſſe renunciandum in manibus epiſcopi, ſed cum notitia patroni propter ſuũ intereſſe: quod late proſequitur Epiſcopus Inſulanus de iur.patronat.lib.tertio. 5.quæſt. art.5. qui ſi noluerit aſſentire, non eſt dicendum poſſe impediri renuntiationem, ſi cauſa adſit ad renunciandum, vt infra, nam

13 ſatis fuit ſcire pro intereſſe. † Et vbi obtenta eſt a Papa licentia de renuntiãdo, non datur regreſſus, ſeu pænitentia cap.ex tranſmiſſa.cap. quidam cedendi eod.tit. quàmuis conſtituto procuratore ad renuntiandum, ante actum poſſit reuocare, & cadat pænitentia. Doct. ibidem, quia res eſt integra, per not.in c.in cauſis.§.qui a vero vbi glo. de elect. & alia gloſs. in alleg. capit. quia cedendi. *Quia quotidiana instantia conſideratur.* cap. illa de elect. in princ. Quòd tamen procurator conſtitutus ſit ad hoc per publicum inſtrumentum, non per litteras priuatas, quia vix reciperetur, dicit Rebuff. in pract. benefi. 3. part.de conſtit.procu. ad reſigna. appoſito ſpeciali mãdato, c.quia ad cogendum de procu. lib. 6. quod eſt cum nominatur beneficium, quod reſignari vult. ead. part. nu. 11.

14 † Sed ad reprimendam fraudem cupientiũ renuntiare beneficiis, ne quid prohibitum committeretur, ſtatutum fuit primo, per legem Pij V.Pont.Maxi. incip. officium creditæ. 1567. an. 2. coram ordinarijs nullam reſignationem beneficiorum fieri poſſe, quouis quæſito colore, aut admitti, etiam quòd fuerint patronatus laicorum: ſeruatis illis omnibus diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ, quæ poſtmodum per ipſummet Summum Pontificem. ann. tertio. 1568. per aliam cõſtitutionem incip. quanta eccleſię, fuit modificata in multis caſibus, quibus reſignationes ab ordinarijs admitti potuiſſent. *Vt eorum, qui ſenio confecti, Valetudinarij, Corpore impediti, Vitiati, Criminis obnoxij, Irretiti cenſuris eccleſiaſticis, ex quibus nequeunt, vel non debent beneficio ſeruire. Ingreſsus religionis, & contractus matrimonij cum effectu*, &c. Seruatis alijs diſpoſitis per Innocent. Tert. vt ſupra latius eſt dictum, & Nos etiam iterum pro intelligentia dicemus, cum continuo in cu-

15 rijs ab omnibus practicetur. † Corpore.n. vitiatus aliquando non debet promoueri, & quãdoq. remoueri promotus, cum plerumq. irregularitas in eo accidat, vel ſcãdalum, prout tot.tit. de corp.vit.exponitur, nã vel eſt ea deformitas, ꝙ cauſet habenti detrimentum in executione ordinis, vel habeat maximam in ſe deformitatem, vel ꝙ ſit ab habente cauſata, eod.tit. & optime declarat Couarr. in clem. ſi furioſus 1.part.nu. 5.de homi. & ſi non poteſt promoueri, nõ poteſt habere beneficiũ, cum in laico nõ cadat conceſſio beneficij. ergo ſuperueniente deſor-

mitate admittitur renunciatio ad remouendum aliorum ſcandalum,& vt
16 Dei eccleſiæ per optimos ſeruiatur. † De cenſuris eccleſiaſticis, quàm officiant, dictum eſt ſupra lib 1. cap. 31. grauant enim beneficiatum, nam aut quis eſt ſuſpenſus & nõ ſeruit, aut excommunicatus,& fortius,quia ab officio,& beneficio de appellat.cap.paſtoralis.Vnde non confert. de præb. cap. tantum. Nec beneficiũ habere poteſt cap.cum bonæ mem.de ætat. & quali. cap.poſtulaſtis de cler. exc. dep.vel interd.min.ubi de materia p Ma. Soc.& nu.7. Quòd ſcienter cõferens ſuſpẽditur a collatione beneficiorum,& optime facit excommunicatus renuntiare, priuſquã perſeuerando priuationẽ expectare. Etiam quòd poſtea ſequatur abſolutio, beneficium collatum tempore inhabili vacat. Quia tempus impetrationis inſpicitur,glo.nor. per illũ tex.alleg.cap.cum bon.mem. Et ſi ſpiritualia tractare manens in excommunicatione auſus fuerit,deponi debet. glo.fi.in eod. cap. notat aliqua Couar. in cap.Alma mater.1.part.§.7.de ſent.
17 excom.lib.6.†Vel q reſignans habeat alia beneficia, aut ad aliud promoueatur, quia non debet quis multa beneficia habere: vnus vno contentus eſſe debet,de præb. cap. de multa vbi glo.fin. Pluralitas enim beneficiorum in vno odioſa eſt: ſeſs.7.Conc.Trid.de refor. cap. 1. 2.& 3. *Cum eccleſiaſticus ordo peruertatur quando vnus plurium officia occupat clericorum*. Eod.Conc.ſeſ. 24.de reform. gen. cap. 17. (quod in temporalibus etiam prohibitum eſſe videmus,vide Doct. in cap.3. de probat. l.iubemus la 2.C.de ſacr.ſanct.eccl.) in ſimplicibus epiſcopus diſpenſat, & eſt commune dictum hodie,ex generali tolerantia,ut infra.nu.19. di-
18 cemus.† Item ſi Religionem quis appetat, cum effectu in eam intrando, quia admittitur renuntiatio ab ordinario,ſed expectatur annus probationis, antequàm vacet per ſe, intra quem poteſt exire,& non dicitur primo vacare beneficium,per not.in tex.& glo. in c. ſtatuimus de regular.& dictum eſt ſupra hoc libro. cap. 15.nu.84. idemq. matrimonium contrahendo c. ſiquis amodo. 81.diſt. (ſubdit tex. in utroq. *Si ſtatim poſtea id re ipſa ſequatur.*) Licet non per ſponſalia tãtum,in noſtris famil.ſingul.in l.C.nu.94.& çquiparãtur inſimul hi duo caſus,matrimoniũ ſpirituale,& carnale, vt poſſit quis renuntiare,ſed primitus videbatur experientia cum regularibus diſpenſari, vt beneficia obtenta potuiſſent retinere, non obſtante impedimẽto religionis, quod poſt Conc. Trident. non tracta-
19 tur.† Sed in his aduertendum eſt, vt probetur, & conſtet reſignantem, ex alio ex prædictis caſibus,ſi fiat talis reſignatio,habeat vnde uiuere poſſit, & commode (exceptis illis duobus de matrimonio, & religione) & Pius V. in ſua lege expręſſe cauit ibi: *In vita poſſit commode ſubſtentari.* Nam ſi mẽdicaret, rediret vtrq. in vituperium eccleſiaſtici miniſterij. cap. ad ſupplicationem. de renunt.& ſi remanet vnũ, quòd ſit ſufficiens,arg. tex.de præb.c. ſuper & cap. is cui eo. libr.6. Facta cõſideratione perſonę reſignantis,dignitatis, & ſcientiæ,per cap. de multa de præb. & quandoque reddituũ beneficij reſignati,arg. cap.quoniam de vit. & honeſt. cler. & faciunt pro confirmatione,quæ dicuntur in Conc.Trid.

ſeſs.

ſeſſ.21.de reform.cap.2.§.id vero ibi. *Neque ea reſignatio admittatur, niſi cõſtito, quod aliũde viuere cõmode poſſit, & aliter facta reſignatio nulla ſit*. Etiã quòd ſit facta ordinatio ad patrimo-
20 nium.§.patrimonium vero. †Eſt autẽ reſignatio duplex, pura, & libera, & conditionalis, ut in fauorem talis, & non aliter. Prima coram epiſcopo fieri poteſt. Secunda non, niſi coram Papa & in ſuis manibus: Ordinarius enim cum conditione accipere non poteſt cap.ex parte.lo 1.de offic. deleg. & aliter tractando incurreretur ſimonię crimen, ſuper quo eps non põt diſpẽſare, eo.c.Rebuff.de reſign.cond.vbi diſputat: An debeat admitti talis reſignatio facta in fauorem alicuius, & nõ aliter, ab ordinario, reiecta illa clauſula in fauorem, tamquam non appoſita, & cõcludit, quòd non, quia non recedendũ ab explicatis: ſed pro opinione Boer, faciunt dicta ſupra.num.12. & in dubio adhęrerem ipſius opinioni, (Sed notandum quòd ſtylus ſeruatus in curia, dum reſignatur beneficiũ in manu Pontificis, poſſe denominari in fauorem cuius petitur renunciationem admitti, non ita paſſim accipitur hodie. fit tamen cautela, vt præſentetur renuntiatio libera, & præſentatur ſimiliter petitio alterius, in cuius fauorem renuntians vult conferri, & Papa gratiam facit: memini etiam de hoc Mart. Nauar.in ſuo Man.lati. cap.23.
21 nume. 107. ver. ad decimum. † Nec ad curata tantum beneficia prædicta procedunt, ſed ad omnia etiam ſimplicia, vt ex ſerie ipſarum litterarum apparet (contra multorũ opinionem) cũ larga ſit ſignificatio nominis beneficii nec vnum datur, per quod aliud potuiſſet excludi, cap. ſi tibi conceſſo de pręb.lib.6.vbi not.omnes: Eſt enim beneficium beneuola actio gaudium tribuens capientibus, in vſib. feud. de mil. vaſſ.qui contu.eſt: ſed de ſpiritualibus, niſi adimpleantur debita, fit malevola actio male vtenti, & de materia diximus plura ſupra. & Modern. in tract.de benef.1.part.Item patrimonialia compræhenduntur, Fel. in cap. poſtulaſti de reſcript. Ac etiam præſtimonialia, vt ibidem habetur, quę ſunt beneficia dixi ſupra. lib. 1.cap.20. num. 23. Abb. in cap. tua nobis num. 3. de reg.iur.ac item præbendæ. Dom. Anton.in cap.fin. de pręb. Fel. in eodem cap. poſtulaſti. Penſiones, & alia per eundem tex. Conc.ſeſ. 21. de reform.
22 cap 2.† Permutationes beneficiorum item fieri poſſunt, licet per primas litteras fuiſſent abrogatę: ſed tamen ſeruata forma canonicarũ ſanctionũ, & Apoſtolicarum in §. ad hæc. in vlt. etiam ſi eſſent in paribus, aut unum cum pluribus, plura cum uno, curata cum ſimplicibus, & e contra Feder. in trac.permut.quæſt.12.dummodo non fraude, ut in infirmo permutante pingue beneficium cum tenui, iuxta not. in cap.1.de rer. perm.lib. 6. per doct. & in reg. Canc.de infir. reſign. quæſt. 19. & in quibus adſit ſuperioris authoritas, alias ſimonia committitur, & eſſet tractare aliter eod.tit.cap. quęſitum. Nauar. in Man.cap.23.nu. 99. verſ. 3. q. epiſcopi authoritate interueniente, vbi poteſt in his ad ſuam collationem ſpectantibus, tam in beneficiis, quàm dignitatibus, eo cap.1.in 6. alias per acceptantem intruſionis titulus incurritur, concludit not. Felin. in cap. in noſtra. nume.12. de reſcript.

(Quando tamen clare conſtat de colla
tione non ſpectante, ad materiam eo-
rum quæ in facto fuerunt de mutatio-
ne præbendarum, per cap. quæſitum
& dubium in dignitate ex communi
opinione, dicit glo. in 3. regula cancell.
Innoc. VIII. vt dicebat in reſolutione
Do. meus Do. Cardin. Alciatus bon.
mem. quod nobis durum viſum fuit,
Quia l. Barbarius. ff. de offi. præt. non
procedit in ſpiritualibus, Angel. ibidẽ
Socc. in fall. doct. in cap. nihil de elect.
refert Gomel. in regul. de public. re-
ſignat. quæſt. tertia, circa med.) &
quòd ſint ab omnibus tertiariæ qualitá
tes, & uno obſeruante, alio recuſante
adimplere, fit reſtitutio in ipſius pri-
mum beneficium, quia non aliter, nec
alio modo, in cap. cum olim de rer.
perm. cum multis requiſitis ad validi-
tatem permutationis faciendæ benefi
ciorum, not. per Rebuff. in ſua pract.
ben. par. .de rer. perm. & nu. 22. Si cõ
ſenſus patroni, requiratur, aut noluerit
conſentire & quòd non requiratur.
ead. pract. tertia part. ſign. nume. 43.
dicens ita obſeruari de generali con-
ſuetudine eccleſiæ & de rer. perm. nu.
22. poſt requiſitionem patroni, etiam
23 non conſentientis. † Cautela tamen
conſideratione noua aduertenda eſt,
quòd admiſſis ipſis reſignationibus
ab ordinariis in caſibus prænarratis,
ipſa beneficia reſignata non conferan-
tur, alicui ex ſuis ordinariorum, aut
cõſanguineis, affinibus, familiaribusve
reſignantiũ. §. ceterum. ead. l. Ad prohi
bendum ne dictæ renuntiationes hè-
rent ob carnis affectum, quod, &
Moyſes item reprobauit, refert Re
buf. hoc tit. nu. 9. & ne cõſanguinei, &
familiares heredes fierent beneficiorũ
eccleſiæ, vt in ſuperioribus pluries eſt
dictum, & ſeſs. 25. Concil. Trident. de
24 reform. gen. cap. 1. §. quia propter. †
Nec dubitandum, quòd facta reſigna-
tione, renuntiatum eſt etiam poſſeſſio
ni, Innoc. in cap. ſuper hoc de renunt.
quia ab eo pendet poſſeſſio, & tam in
ciuili, quàm in naturali. l. 3. §. in admit
tenda. ff de acquir. poſſ. Caſſad. deciſ.
4. de reſtitut. ſpolia. nam ex poſſeſſio-
ne adepta iudicamus quem beneficia-
ium (dum modo non ſtet per ipſum.)
Quia ſi habet beneficium, & non fru-
ctus, non dicitur plene adeptus, nec pa
cifice poſſidere ſupra. eod. lib. cap. 15.
nume. 77. notatur in cap. ſi tibi de
præb. ubi gloſ. meminit de epiſcopo
promoto, & translato, ante cõſecratio
nem, & poſſeſſionem adeptam, non
vacare ſua beneficia cap. cum in cun-
25 ctis. de elect. † Et ad ipſam legem fa-
cile ampliamus, quare obnoxii criminibus
nibus permittantur libẽtius ad renun
tiandum, quia ad eorum priuationem
iura conueniunt, ſicuti de Homicidis
priuandis Innoc. in cap. cum in no-
ſtris de præb. in tit. de cleric. pugn. in
duell. de quo eſt decit. Concil. Triden.
ſeſs. 14. de reforma. gener. capit. 7.
cuius verba ſunt. *Cum etiam, qui per
induſtriam occiderit proximum ſuum,
& per inſidias, ab altari auelli debeat,
qui ſua voluntate homicidium perpe-
trauerit, etiam ſi crimen id, nec ordine
iudiciario probatum, nec alia ratione
publicum, ſed occultum fuerit, nullo
tempore ad ſacros ordines promoueri
poſſit, nec illi aliqua eccleſiaſtica bene-
ficia, etiam ſi curam non habeant ani-
marum, conferri liceat, ſed omni or-
dine, ac beneficio, & officio eccleſiaſti-
co perpetuo careat: ſi uero homicidium,*
non

non ex propoſito, ſed caſu, vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſsum narretur, quam ob cauſam, etiam ad ſacrorum ordinũ, & altaris miniſteriũ, & beneficia quęcunque, ac dignitates, iure quodammodo diſpenſatio debeatur, committatur loci ordinario, aut ex cauſa Metropolitano, ſeu viciniori epiſcopo, qui nõ niſi cauſa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter diſpenſare poſſit. Et ponit Martin. Nauar. in Man. cap. 2. nume. 259. verſ. ex quibus, pro eod. tex. vide ſupra hoc libro cap. 15. nume. 57. De adulterijs. 81. diſtinct. cap. ſi quis clericus. Iuli. Clar. lib. 5. recep. ſen. §. adulterium. De ſimoniacis, in extrauag. Paul. 2. inci. cum deteſtabile. Felin. in cap. in noſtra, de reſcrip. in conſtitut. P j Quinti, incip. cum primum. 1566. an 1. De concubinarijs, etiam iure ciuili. l. qui enim. C. de epiſco. & cler. in auct. de ſanctiſ. epiſcop. §. clericos, & per conſtitut. Leonis X. in Concil. Lateranen. 1516. anno quarto, ſunt ſuſpenſi ſpatio triũ menſium fructibus ſuorũ beneficiorum, & ſi facta monitione non ceſſatur, ad priuationem procedatur, vt latius ſequitur Berm. in commment. ad ipſam conſtitut. & per not. in Conc. Trident. ſeſſio. 25. de reform. gen. cap. 14. (Accreſcentibus fructibus beneficij durante tempore ſuſpẽſionis eccleſię, dicit gloſſ. in clemen. ſecunda, in verb. ſuſpenſus, de vita & honeſta. cleric.) Vel quia turpiter, & ſcandaloſe viuatur, ex alio decreto eiuſdem Concil. ſeſſ. 21. de reformat. cap. 6. §. eos vero, ergo optime fit, ſi ex ipſo quis re-
26 nunciet. † Et prædictæ qualitates ipſius nouę cõſtitutionis ſunt ſeruandę, cum præciſe legislator poſuerit, & ſubiiecerit pœnas contra non obſeruantes, ſuſpenſionis, excommunicationis, earum abſolutione, & relaxatione ſummo Pontif. reſeruatis. §. qui vero, &. §. nihilominus, & contra cõferentes, & acceptantes. Sic enim lex ſuperioris obſeruatur, vt metu pœnę, quis caueat contrauenire. Ad hoc nãque ſunt factæ leges, ut eã um metu humana coherceatur audacia, quarta diſtinctio. cap. factæ ſunt: & ſacris ſanctionibus pœnæ ſunt certæ conſtitutæ ad reprimendam malitiam peruerſorum, cap. ad reprimendam de offic. ordin. *Et pœna metu de cętero talia non præſumant*. Dicit alius text. in capit. irrefragabili. §. ceterum, eodem titu. quia aliàs eſſet vnicuique ad leges transferendas aditum aperire. ſeſ. vigeſima quinta. Conc. Trident. de reformat. gene. cap. decimo octauo, dum loquitur de diſpenſationibus. Vbi enim lex non determinat, ibi arbitrium epiſcopi vertitur. argumen. not. per gloſſ. in extrauagan. execrabilis. Ioan. 22. in verb. bonę famæ, in fin. de præb.
27 † Caueat tamen renũtians beneficio, ne quo pacto poſſeſſionem, introitus, redditus, fructus, in totum, vel in partem ipſius beneficij reſignati amplius tractet, vel ſe intromittat, neque vt procurator, aut mandatarius, namque incideret in pręſumptionem confidentiæ, & pœnis contra ſimoniacos illatis puniretur, iuxta aliam conſtitutionem eiuſdem Pij Quinti, incip. intolerabilis. §. ad probandum. 1569. anno quarto, & latius, quàm per Pium Quartum fuerat prouiſum. in conſtit. incip. Roman. Pont. ann. 1564. Pontific. quinto, (ſuper quo, quid ſit confidentia,

fidentia, quotuplex, ex quibus conij-
ciatur, pulchre Mart. Nauar. in Man.
cap. 23. nume. 109. per plur. ſeq. epi-
ſcop. Vulter. lib. 5. de irregul. & can.
imped. c. 33. num. 5. verſi. ad hunc tra
ctatum, vbi modos committendi enu
28 merat.) † Cum vero beneficium va-
cat, non per reſignationem, ſed per obi
tum, infra ſex menſes epiſcopus illud
conferat (ſi ad ſe ſpectat) ne per diu-
tinam vacationem eccleſia patiatur ali
quod detrimentum, cap. 2. de conceſſ.
præb. alias ad ſuperiores defertur po-
teſtas conferendi, vt ſi elapſo prædi-
cto tempore per Concil. Later. conſti-
tuto quis conferat, collatio adhuc erit
nulla, ex decreto Innoc. III. in cap. di-
lecto filio, de ſuppl. negli. prælat. cō-
putando terminum a ſcientia ipſius
vacationis, non ab ipſa vacatione. cap.
quia diuerſitatem de cōc. præb. & hoc
in eccleſiis minoribus. Sed in cathe-
dralibus, & regularibus infra tres mē
ſes: quia maior ratio verſatur. cap. ne
29 pro defectu, de elect. † Sed retrahitur
tempus ab ipſo tempore præfinito, ali
cuius legitimi impedimenti, vt poſſit
etiam poſtea conferre, vt quia in vrbe
apud Sedem Apoſtolicam, eundo, &
redeundo, ex reſponſo ipſius tex. cap.
quia diuerſitatem. de conc. præb. vbi
Doct. notant impedimentum iuris,
vel facti, vt ex ſuſpenſione, peregrina-
tione, & ſimil. & not. gl. eod. c. ne pro
defectu, in verb. impedimento. & de
ſuſpenſione dicitur in eod. cap. quia
diuerſitatem. §. ſic tamen. *Quia etiā ſi
voluerit tunc, non potuerit.* & in. §. ſe-
meſtre, declarādo tempus à notitia ip
ſius vacationis computari. fortis tamē
eſt ratio, quia beneficia non debent ſta
re in pendenti. cap. 2. cap. ſi tibi abſen-
ti. de elect. lib. 6. cū periculoſa ſit diu-
turna vacatio eccleſiarum. d. c. ne pro
30 defectu. † Eo tamen conſiderato, ne
beneficium vacans ſit affectum Sed.
Apoſtolicæ per ordinarias reſeruatio-
nes cuiuslibet Summi Pontificis tem-
pore aſſumptionis, prout in regulis
vniuſcuiuſque ſtatim apparet. Doct.
in c. is cui. & cap. ſi beneficia, de præb.
lib. 6. vel non ſit vacatio talis in men-
ſibus Papæ, qui ex gratia ordinariis
reliquit quattuor menſes, Martium,
Iunium, Septembrem, & Decembrē,
in quibus eſt item locus præuentioni:
quia nec Papa in totum a ſe abdicauit
poteſtatem. Ripa lib. 1. reſponſo. 15.
Staphil. de grat. expect. num. 8. & in
multis caſibus per nouiſſimas Conſti
tutiones, in quibus ſi ordinarius ſe in-
tromittit, nullum, & inualidum repu
31 tatur, quod agetur. † Quamquàm il-
lud de mēſibus hodie ex gratia ſit mo
dificatum ad epiſcopos in ſuis tātum
eccleſiis perſonaliter reſidentes, vt
gaudeant alternatiua mēſium, ſex pro
ipſis ordinariis, & ſex pro Pōtifice, al-
ternatim, de vno ad vnum; incipiendo
exempli gratia a Ianuario pro Pontifi-
ce, ut in Regula Pij Quinti Pont. Ma-
xim. 1565. an. primo, de quinquennio
tantum valitura, & cōfirmata per Do.
noſtrum Dom. Gregorium XIII. Pōt.
Max. 1572. ann. primo, ad aliud quin-
quennium. (& iterum 1577. an. 6.
renouata) ea tamen clauſula adiecta,
ꝙ ſi in reſeruatis, & affectis diſpoſi-
tioni Sed. Apoſtol. quis ſe intromittet,
aut impedimentum præſtabit, quomi
nus prouiſiones emanatæ debitū ſor-
tirentur effectum, vſu, & beneficio fa-
cultatis eiuſdem alternatiuæ eo ipſo
32 careat. in. §. ac etiam. † Et iuxta Regu

læ

lę tenorem.in.ſ.illi vero, Epiſcopi,qui
uti ea gratia voluerint, debent accepta
re ipſam , & de acceptatione per pa-
tentes litteras ſigillo proprio firmatas
Dom.Datarium Sanctiſſimi Dom.no
ſtri certum facere, vt non alias gaude-
re poſſint conceſſione facta . ſic enim
voluit Princeps gratiam facere, vt eo
modo,quis vti ea debeat:quod etiam,
& Pius Quintus ordinauerat, ne ſit
in facultate ordinarij , quando vacat
beneficium , vti velle, vel non,conſide
rata ipſius qualitate, & in fraude præ-
ſumeretur, quæ ideo adiumenti eſſe
non debet. argu. capit. tuæ . de cleric.
non reſid.Fraudibus enim non indul-
gendum , ſed obuiandum eſt, cap. ex
parte. in fine. de priuil. & exceſſ. pri-
uileg l.in fundo.ff.de rei vēd.& fraus ,
& dolus nemini patrocinari debent.c.
33 ſedes. c. ex tenore,de reſcrip.† Forma
autem litterarum,quibus epiſcopi ſi-
gnificare habent , ſe velle vti eadem
gratia communiter obſeruari poteſt.
N. E. T. Beneficium,& gratiam alter-
natiuæ per regulam nouiſſime editam
Cancell. Apoſtol. a ſanctiſſimo Domi
no Noſtro, Domino Gregorio XIII.
Pont.Max. nuper conceſſam , & pro-
mulgatam Romæ in eadem Cancell.
Apoſt. an. Incarn. domi. 1572.die ve
ro Iouis 2 i.menſis Iunij, Pont.ſui an-
no primo debita , qua decet reuerētia,
& gratiarum actione acceptare volen-
tes , & intendentes , harum ſerie, ani-
mum, & voluntatem noſtram decla-
rantes, præfatam gratiam alternatiuæ
acceptamus , &c. In quorum fidem ,
& teſtimonium præmiſſorum,præſen
tes noſtras, iuxta præfatæ regulæ di-
ſpoſitionem patentes litteras, manu
noſtra propria ſubſcripſimus , & no-
ſtro in ſimilibus ſolito ſigillo impri-
mi , ac per infraſcriptum ſecretarium
noſtrum ſcribi iuſſimus , & ad R.Do.
Datarium ſanctitatis ſuæ trāſmitti cu-
rauimus, datum &c.cum ſubſcriptio-
ne, ſigillo,anno, menſe , & die,& ſub-
34 ſcriptione eiuſdem ſecretarij . † Qui-
bus miſſis, & recognitis a Dom.Data
rio ſolet addi fides, eas fuiſſe adnota-
tas in cancellaria,& poſſe acceptantem
vti alternatiua,ſub hac forma.Die, mē
ſe, anno , &c. Pro parte R. Dom. epi-
ſcopi. N.præſentatæ,& recognitæ fue-
runt litteræ acceptationis gratiæ alter-
natiuæ menſium conceſſę a Sanctiſſi-
mo Dom.Noſtro D.Greg XIII. Pont.
Max. epiſcopis apud ſuas eccleſias re-
ſidentibus. In quorum fidem. M.Da-
35 tarius . † Id denique ordinando ge-
neraliter,vt Bullæ omnes,tam ordinū,
quàm beneficiorum regiſtrentur in
communi libro,cum in ipſis,& de ip-
ſis omnes viſitari debeant , vt dictum
eſt item ſupra hoc libro cap.3.num.2.
quorum omnium titulos oſtēdere te-
nentur ordinati,& beneficiati,vt dicūt
Doctores communiter in cap. ordina-
rij,de offi. ord.lib.6. Ioan.And.in cap.
mora de regul.iu.lib 6.& latius Henri
cus de Bottis in tra. de ſynodo epiſco-
pi, par.3. concluſ.13.nu.145.vbi alios
citat , diligenter examinando ſuper il-
lis , ne ordines ſacri ſint accepti extra
tempora ſtatuta, aut ante ętatem legi-
timam requiſitam, uel ſine litteris di-
miſſoriis proprij epiſcopi , contra ca-
nonicas ſanctiones , quia ſuſpenſio ip-
ſo iure incurritur , & adminiſtrando ,
item irregularitas, vt demum ad priua
tionem beneficiorū iure procedi poſ-
ſit, iuxta Conſtitutionem Pij Papæ Se
cundi,cuius tenorem ad maiorem de-

clara-

clarationem hic ſubnecti curauimus.

36 † *Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. Cum ex ſacrorum ordinum collatione character inuiſibilis animæ imprimatur, ſacra myſteria diſpenſentur, & ipſarum cura tribuatur animarum, & in eorum ſuſceptione exceſſus graues tanto magis plectendi ſunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium ſcandala generantur: cum itaq; (ſicut fide dignorum relatione, non niſi moleſtè accepimus,) nonnulli clerici extra tempora à iure ſtatuta, quidam ante ętatem legitimam, aliqui verò ſine dimiſſorijs litteris contra ſanctiones canonicas ſe faciũt ad ſacros ordines promoueri. Nos eorumdẽ temeritatem tali caſtigatione reprimentes, vt alijs in poſterum committendi ſimilia, aditus precludatur, Authoritate Apoſtolica, hac conſtitutione perpetuo valitura, ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli, qui abſq; diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ante ætatem legitimã, vel abſq; dimiſſorijs litteris, etiam citramontani, a citramontanis (præterquàm ſi in hoc ultimo caſu per Camerã Apoſtolicam iuxta illius ſtylum) ordinati fuerint, & ad aliquem ex ſacris ordinibus ſe fecerint promoueri, a ſuorum ordinum executione ipſo iure ſuſpenſi ſint, & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante, in eiſdem ordinibus miniſtrare prſumpſerint, eo ipſo irregularitatẽ incurrant, præterea vltra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas, beneficijs eccleſiaſticis poſſint iure priuari. Volumus autem, quòd pręſens noſtra conſtitutio in Romana curia exiſtẽtes, poſt quindecim dies, abſentes vero Italicos poſt duos menſes, alios vero Vltramontanos poſt ſex mẽſes ab ipſius in audientia contradictarum, & Cancellaria Apoſtolica, publicatione, & affixione ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno ab Incarnatione Dominica. 1461. 15. Cal. Decembris. Pontificatus noſtri anno quarto.* De qua etiam alij Romani Pontifices meminerunt, pro ut S. D. N. D. Gregorius XIII. Pont. Max. in ſuis regulis in illa xxij. de male promotis ſub his verbis. *Item de clericis extra tempora a iure ſtatuta, ſiue ante ætatem legitimã, aut abſq; dimiſſorijs litteris ad ſacros ordines ſe promoueri facientibus pro tempore, etiam voluit Conſtitutionem Pię memoriæ Pij Secundi prædeceſſoris ſui deſuper editam, et in dicto Cancellarię Apoſtolicæ libro deſcriptam, quæ incipit, cũ ex ſacrorum ordinum, &c. pari modo*

37 *obſeruari.* † Ea enim dicitur legitima promotio ad ſacros ordines, quæ ĩ ſabbathis quatuor temporum anni, & in ſabbathis Maioris ebdomadæ, & Paſſionis fit, quando aliter breue a Sede Apoſtolica non eſt obtentum, in ætate requiſita. Ad ſubdioconatum non ante 22. Ad diaconatum non ante 23. Ad ſacerdotium non ante. 25. ann. ex generali decreto cap. 12. ſeſſ. 23. de reform. Conc. Triden. & in eos grauius duplici pœna inuehendo, qui, etiam ſcienter ante prædictam ætatẽ ſe promoueri

mouerí faciunt, ſub illo dicto,& abuſu, quòd poſt, ætate legitima ſuperueniente, celebrant, quaſi tex.non requirat determinatum tempus ad ordinẽ, ſed,vt ordo ſeruiat tempori,non tempus ordini, in quo multi reperiuntur incidiſſe, & tertio cum ſui ordinarij licentia, quando ab alio ordinari quis vult.eadem ſeſs.cap.8.vbi etiam de primo dicto. & quàmuis Martin.Nauar. celebris Docto. velit aliqualiter mitigare ipſam irregularitatẽ exinde prouenientẽ, quando quis bona fide,proceſſit,& credens poſſe legitimè,vel nõ aduertens, ut dicit in cap. accepta. 8. oppoſ.num. 34.de reſtitut.ſpoliat.non eſt ad ſenſum litteræ, cum non deceat ignorare, quòd communiter omnes ſui ordinis ſciunt, poſſet tamen prodeſſe habita qualitate perſonæ,vt facilius diſpenſetur, vt ſic liberetur a tanto, non a toto.

38 † Quod item dicimus de eo, qui per ſaltum ad aliquem ordinem ſe promoueri fecit, tot. tit.de ordin. per ſalt. cum quo tamen, ſi aliter non miniſtrauerit ſtante legitima cauſa poterit epiſcopus diſpẽſare. ead.ſeſſ. cap. 14.in fine,dum dicitur. *Cum promotis per ſaltum,ſi non miniſtrauerint, epiſcopus ex legitima cauſa poſſit diſpenſare.* Sed quòd omiſſum ordinem ſuſcipiat, dicit idem Martin. Nauar. in Man. cap. 25. num.70. verſ.7.qui ſcienter, per cap. fin. de cleric. non ordin. mini. & ibi multa vide a num. 69. cum pluribus ſequẽ. quæ omnia ſunt notanda, cum multos.viderimus illaqueatos, nec de remedio obtinendo a Sede Apoſtolica cogitaſſe, vt ſic de malo in peius perſeuerãtes, & ſibi, & alijs nocuiſſe, de abyſſo,in abyſſum profluentes, nec item omnes viſitãtes animaduertiſſe, quòd a quolibet viſitatore, etiam Apoſtolico videndum,

39 & præſcrutandum eſt. † Sic etiam quando beneficium eccleſiaſticũ, quis obtinuerit ante decimũquartum annum, vt ſimiliter ad priuationẽ procedatur, & ad reſtitutionem fructuum, tex.enim Concil.Triden.expreſſe prohibet ante poſſe obtineri ead. ſeſſ.cap. 6. dum dicit. *Nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus ante decimumquartũ annum beneficium poſſit obtinere.* De quo dixi vnum verbum ſupra eod.lib. cap. 7. nume. 7.Vel ſi beneficium eſt adeptum ante primam tonſuram,quę debet præcedere, vt ſimiliter declaretur vacare, vt dictum eſt ſupra hoc met libro, cap. 21. num.13.quod frequentius euenit, cum quis diligenter ſcrutatur datam ordinum, & ſupplicationis ſignatæ,quando beneficium in curia eſt obtentum, & hęc ſufficiant, cetera dicemus inf. ſuo lib. in c.de ordinibus eccleſiaſticis.Et quæ ſunt notanda, cũ ſuper ipſis frequẽtius dubia occurrant,cenſuræ vertentur,vt negligentia beneficiatorũ notetur,aduertẽdo ad qualitatẽ perſonarum,& quando ſcienter durantes ſe immiſcuerũt.

40 † Nec conſiderari omittendũ eſt,vt diligenter pręſcrutetur, ne ipſę eccleſiæ ſuperfluis penſionibus agrauẽtur, nãque & cathedrales,ſi non excedũt mille. parochiales centum aliqua pẽſione grauari nequeũt, ex diſpoſitione eiuſdẽ Conc. Trid.ſeſſ.24.de reform.gen. cap.13.§. ad hæc, & refert Marti. Nauar.in Man.c.25.nu.137.& ubi inuenitur Sanctiſs.Dño nuntiandũ,in ſimplicibus ſolet taxari in quinquaginta, cõiter,& in minori ſumma viſum eſt.

Non

Non tamen ponantur penſiones in fauorem filiorũ in eccleſiis poſſeſſis ab eorum parentibus, ſeſſ.25.de reform. gen. cap. 15. Et ſi habens penſionem ordinari cupit conſentiente epiſcopo, eam extinguere non poteſt ſine licentia eiuſdem epiſcopi. ſeſſ. 21. de reformat. cap.2.§. patrimonium (ſicuti in alijs ſine licentia Papæ, licet gratis poſſit remitti. idem Nauar. eo. Man. cap. 23.nu.3.) Bigamis laicis, nec itē concedendę, ex conſtitutione Pij V. Sum. Pont. ſacroſanctum, in princ. 1568. an. 3. & hæc circa Concil. reliqua ad materiam remittimus ad tractatum, & qq. doctiſſimi viri Dom. Hieronymi Gigantis, de penſ. & quòd obtinens dicat horas Beatæ Mar. ſupra, lib.1.cap.20.num.24. Quàmuis non teneatur ad tria illa onera, hoſpitalitatem, onera epiſcopalia, & procurationē viſitantibus. c. extirpandæ, de præb. cap. prohibemus. de cenſib. Et quòd nō ſoluatur ſine expeditione litterarum, ſaltem in conſcientia. Gom. in reg.de non iud. quæſt.14. Licet valeat quòd ſoluatur penſio ſola ſupplicatione expedita, ſine alia expeditione bullarum, ſupra lib.1.cap.33.poſt nu.11.&c.

DE STUDIIS GENERALIBUS, PUblicis Gymnaſiis, eorumq́ priuilegijs.

CAP. VIGESIMVM NONVM.

SVMMARIVM.

1 *STudium variarum ſcientiarũ in eccleſiis diuitibus, & populoſis eſſe debet.*

2 *Studia generalia debent eſſe ordinata pro augmento Religionis, & diſciplinę eccleſiaſticę.*

3 *Philoſophi quę pręcipue in ſtudijs obſeruare tenentur ex decreto Concil. Later.*

4 *Decretum Concil. Lateran. de ſtudijs generalibus publicari debet ab ordinariis.*

5 *Lectio ſacræ ſcripturę procuranda eſt in publicis ſtudijs, & Gymnaſiis.*

6 *Rectores ſtudiorum, & vniuerſitatũ tenentur obſeruare decreta Concil. Trident.*

7 *Profeſſores cuiuslibet ſcientiæ in principio debent facere profeſſionem fidei.*

8 *Magiſtri Grammatices ad eandē profeſſionem tenentur.*

9 *Magiſtri Grammatices aſſumi debēt in omni eccleſia cathedrali.*

10 *Clerici dum ſunt in ſtudijs habentur, vt præſentes circa beneficia. Vbi idem de magiſtris, & doctoribus.*

11 *Clerici debent aſſiſtere ſtudijs, vt gaudeant priuilegiis.*

12 *Curioſus in quo differat a ſtudioſo.*

13 *Studentes ex quibus euadunt perfecti.*

14 *Gymnaſiis præpoſiti ſunt immunes a muneribus ciuilibus.*

15 *Nominati ad beneficia, non promouentur niſi examinati ab epiſcopo. Fallit,*

lit, vt ibidem.
16 Roma dicitur communis Mater.
17 Scolaris ſi moriatur ſine hęrede, ſuccedit collegium excluſo fiſco.
18 Magiſtri honorandi ſunt a diſcipulis.
19 Magiſtri aſsumendi quas qualitates habere debent.
20 Litteræ Hebraicę, & Caldeę multum conferunt ad interpretationē ſacræ ſcripturę.
21 Inuentores litterarum, qui fuerint a principio.

ANimarum ſaluti ſic ſancta Eccleſia eſt intenta, vt ſequatur veſtigia Chriſti ſui ſponſi, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis. Ioan. cap. 10. exindeque curæ ipſarum inuigilet, atque non negligi, a ceteris, quibus onus eſt, mandat: in Conc. Triden. de reform. ſeſſ. 23. cap. 1. cap. Alma mater, de ſen ten. excom. lib. 6. cap. 1. §. 1. de reliq. & uen. ſanct. eod. lib. ad id attendens animas primum fieri eruditas, demū linguas. Sap. c. 1. Imperator. in proœ. ff. §. illud vero, quia corruit anima ſine virtutibus. glo. in cap. o propheta, prima quæſt. 1. Sicut enim hominum genus, homines, ita animarum genus virtutes ſunt. Etenim familiæ hominum ſplendore generis nobilitantur, animarum autem clarificatur gratia ſplendore virtutis. D. Ambr. in lib. de Noe, & Arca, cap. 4. quod adherendo Deo, quis conſequitur, a quo, *Omne datum optimū, & oē donum perfectum eſt*, Iac. 1. c. 1. Vnde Dauid, pſal. 111. *Initium ſapientię timor Domini; intellectus bonus omnibus facientibus*
1 *eum.* † Ideo adhuc pro complemento viſitationis in hac parte aliqua ſunt cōſideranda, quæ diriguntur ad bonum commune, & ex quibus regimen ipſarum eccleſiarum poſſit dignis committi. Vnde cura eſt epiſcoporum in magnis, & populoſis Ciuitatibus procurari ſtudiū diuerſarum ſcientiarū, iuxta Conſtit. ſynodus Eugenij Papæ, in cap. de quibuſdam. 37. diſt. vbi inquit. *De quibusdam locis (vt ad nos refertur) neque magiſtros, neque curā inueniri pro ſtudio litterarum, idcirco ab vniuerſis epiſcopis ſubiectis plebibus, & alijs locis, in quibus neceſſitas occurrerit, omnino cura, & diligentia habeatur, vt magiſtri, & doctores conſtituantur, qui ſtudia litterarum, liberaliumq́; artium dogmata aſſidue doceāt, quia in his maxime Diuina manifeſtantur, atque declarantur mandata.* Et in cap. relatum. ead. diſt. cum aliis pluribus, non de hoc mundo, quia. *Sapiētia huius mundi ſtultitia eſt apud Deū.* 1. ad Cor. cap. 3. Iob. c. 5. *Comprabendā ſapientes in aſtutia eorū.* & pſal. 93.
Dominus ſcit cogitationes hominū, quo-
2 *niam vana ſunt.* † Quibus ſtudiis erectis, Epiſcopus omnia viſitare debet, ſtatuta, reformationes, conſtitutiones, modum, & dies, ut diligenter præſcrutetur, ſi omnia ſunt ordinata pro augmento Religionis, & eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ſi quæ minus ſe habēt, poſſit corrigere, & emendare, iuxta decretum. Concil. Triden. ſeſſ. 25. de reform. gen. c. 2. §. ſed, & ſi aliqua. Vbi, quando vniuerſitates, & ſtudia immediate ſubſunt Romano Pontifici, ipſa viſitanda relinquuntur perſonis delegatis per ipſum ſum. Pont. §. quæ vero. Sicuti plurima diſpoſuit Eugenius Quartus, reformando, in Conſt. incip.

cip. a ſupremo Patre. 1432. an. 2. confirmantur enim reformationes datæ ſtudijs erectis, ne ex ipſarum obliuione, opera debita omitterentur.
3 † Atq; id adnotetur principaliter in ipſis ſtudijs, vt decretum Latera. Conſil. celebrati ſub Leon. X. (licet incepti a Iulio II.) anno. 1513. ſeſs. 8. obſeruetur. Quòd philoſophi in eorum lectionibus, & concluſionibus explicent omnia, quæ a recta fide noſtra chriſtiana deuiarent, vt de immortalitate animæ, de eius vnitate, de mundi æternitate, & ſimil. in his veritatem religionis chriſtiane manifeſtando declarent. & pro poſſe doceant: reſoluentes argumenta ipſorum philoſophorum, cum, & authoritatibus etiam gentilium ipſorum vanitas cõuincatur. ead. di. 37. capit. ſi quid, Nõ pollendo ſophiſtico apparatu in ambitioſa obſtentatione verborum, ex doctrina Boe. de diſcipl. ſcol. cap. 6. quam mærito Auguſtinus lib. 2. de doctr. chriſt. cap. 36. dixit eſſe libidinem rixandi; & puerilem quãdam obſtentationem vincendi aduerſarium (& contra dicta philoſophorũ vide multa per Mart. Nau. in prælud. man).
4 † Quod adeo obſeruandum eſt, vt exinde iniunctum ſit ordinarijs in principio ſtudij ſingulis annis publicare debeant rectoribus ipſarum Vniuerſitatum, decreta ipſius Conc. Gener. concernentia ſtudia litterarum ex præſcripto appoſito infine. *In Virtute ſanctę obedientiæ*: quia, & anima intellectiua immortalis eſt, & cuilibet corpori humano infunditur, vna vnicuiq; vt ead. ſeſs. in princ. eſt autem præceptum iniunctum ipſis philoſophis huiuſmodi continentię. (ſi propria verba publicanda erunt, quod & præſtat) *Inſuper omnibus, & ſingulis philoſophis in vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibi publice legentibus diſtricte pręcipimus, vt cum philoſophorum principia, aut concluſiones, in quibus a recta fide deuiare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint, ſeu explicauerint, quale hoc de immortalitate animę aut Vnitate, & mundi æternitate, ac alia huiuſmodi, teneantur eiſdem ueritatem Religionis chriſtianæ omni conatu manifeſtam facere, & perſuadendo propoſſe docere, ac omni ſtudio huiuſmodi philoſophorum argumenta, cum omnia ſolubilia exiſtant, pro uiribus excludere, atque reſoluere.* Huiuſque Conc. vnde dixit Apoſt. de philoſophis mundi. ad coloſs. cap. 2. *Videte nequis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum.*
5 † In Quibus vniuerſitatibus, & Gymnaſijs publicis procurandum eſt, vt vbi non adeſt lectio ſacræ ſcripturæ inſtituatur, & vbi eſt dimiſsa reſtituatur. hortatur enim plurimum ad hoc laudabile inſtitutum ſancta ſynodus pietatem, & charitatem Religioſorum Principum, & Reipublic. ſeſs. 5. Conc. Trid. de reform. cap. 1. §. in Gymnaſijs: Quanta namque ſit vtilitas ipſius lectionis, ſatis diximus ſupra. lib. 1. cap. 17. vbi ad plenum: & inde ipſi lectores ſacrę ſcripturæ pręferendi ſunt alijs profeſsoribus, cum doceant homines, qualiter ſalutem animarum procurare debeãt. multa inquit Honorius III. ſum. Pont. in cap. ſi. de mag. per illud Apoſt. in poſter. ad tim. cap. 3. ibi. *Quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu*: omnis ſcriptura diui-

ra diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. *Eſtote vos perfecti*, (dicit dom. Matth. cap. 5.) *Sicut, & pater veſter cæleſtis perfe-*
6 *ctus eſt*. † Idq. maxime, vt Rectores ipſarum vniuerſitatum, & ſtudiorum generalium obſeruent decreta præfati Conc. Trident. vt omnes profeſſores doceant, quæ ad catholicam fidẽ pertinent, cum iuramẽto ad id aſtringentes: ex alio decreto eiuſd. Concil. ſeſſ. 25. de reform. gene. cap. 2. §. ad hæc omnes, non torquentes verba, & ſentẽtias ſacræ ſcripturæ, ad ſcurrilia, & fabuloſa, & ſimilia, aliàs vt temeratores, & violatores verbi Dei puniendi eſſent. ſeſſ. 4. in decreto, de edit. & vſ. ſacr. libr. §. poſt hæc. Sic enim nomẽ doctoris licite tribueiur. Quia uere docere, eſt fidem chriſtianam humanis pectoribus inſerere, nam iuxta dictum. D. Auguſt. lib. 4. de doctrin. Chriſt. cap. 10. circa finem. Is eſt docendi optimus modus, quo fit, vt qui audit, verum audiat, & quod audit intelligat, & cap. 12. non, ut ſciatur, quid agendum ſit, ſed iam, vt agatur,
7 quod ſcitur. † Quæ, vt efficacius exequantur, & præſtantius, debent oẽs profeſſores quarumcumq. artium in principio profeſſionem fidei facere, promittentes docere alios, quod ipſi aſſerunt firmiter credere. alleg. cap. 2. §. citato, iuxta tenorem Bullę Pij IIII. de qua ſupra pluries meminimus. Ex quo fit, vt doceantur quæ vera ſunt, & dedoceantur quæ mala, ut ibidem dicit Auguſt. adducto cap. 10. Non vacillando authoritatem diuinarum ſcripturarum, quia alias fides titubare diceretur. eod. tit. lib. 1. c. 37. per Auguſt.
8 † Ampliando hoc de profeſſione fidei ad ludi magiſtros, ſeu grãmatices præceptores, ut & ipſi ad id etiam teneantur, & fortius quia teneros pueros edocere habent, qui faciles ſunt ad accipiẽdum, quod porrigitur. Vnde, & de ipſis diſpoſuit Concil. Later. prædictũ ſub eod. Põt. ſeſſ. 9. c. 7. ſub hac forma. *Statuimus, vt magiſtri ſcolarium, & præceptores pueros ſuos, ſiue adoleſcẽtes, ne dum in Grammatica, & Rethorica ceteris huiuſmodi inſtruere debẽt, verum etiam docere teneantur ea, quę ad Religionem pertinent, vt ſunt Præcepta Diuina, Articuli fidei, ſacri Hymni, & Pſalmi, ac Sanctorum vita; diebus Feſtiuis nihil aliud eos docere poſſint, quam in rebus ad Religionem, & bonos mores pertinentibus, eosque in illis inſtruere, hortari, & cogere, inquantũ poſſint, teneantur, ne dum ad Miſſas, ſed etiam ad Veſperas, diuinaq; Officia audienda, ad eccleſias accedant, ſimiliter ad ſermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat eis legere*
9 *permittant*. † Quę cũ neceſſaria ſint, & ex quibus utilitas maxima prouenit pro ſalute animarũ, ne ex defectu paupertatis reſtaret adimpleri, magis ad pauperes reſpiciendo, qui ex benignitate naturæ propter docilitatẽ ingenij obſcurantur intellectu, non habentes in bonis, quõ ſibi conſulerent: prouidendũ eſt in omni eccleſia cathedrali eſſe magiſtrum grammatices, qui clericos eiuſdem, & ſcholares pauperes doceat: aſſignato ei aliquo beneficio, iuxt. inſtitutum pium ſanctæ eccleſię. cap. 1. de mag. clem. 1. in fin. eod. titu.

& decretum Concil. Trid. ſeſs. 5. de re form. cap. 1. § eccleſiæ verò. qui magiſter aliquam habeat docendi formã, pro vt ſupra diximus in materia ſemi
10 narij. lib. 1. cap. 16. nu. 14. † Ipſorumque ſtudiorum cauſa fauorabilis iudicatur, vt clerici in ſtudijs generalibus degentes pro præſentibus habeantur in ſuis eccleſijs, (de ſtudio theologiæ, & canonum ſecundum aliquos) accipiendo redditus præbendarum, & beneficiorum per quinquenium, & non vltra. eod. tit. de mag. c. fi. confirmatũ in eod. Conc. Trid. ſeſs. 5. de reform. cap. 1. §. docentes. Quod ad ipſos magiſtros theologiæ extenditur per ipsũ cap. fi. & Marti. Nauar. ampliat etiam ad docentes Canones in Man. cap. 25. nu. 58. in fine: Nõ tamen quotidianę diſtributiones debentur, quia ipſæ intereſſentibus tantum diuinis dantur. cap. licet vobis. de præb. Cum non veniant appellatione beneficij, nec ſint de corpore beneficij. Rota decis. 306. in antiq. & ſupra eſt dictum, licet Fel.
11 diſſentiat conſ. 18. nu. 4. † Quod tamen ipſi clerici aſſiſtant ſtudijs, non dimittẽdo, vagãtes. Quia vnus actus ſcientificus non facit quem ſtudiosũ, ſed continuatio. Nam nec vna hirundo facit ver. Phil. 1. ethi. Nec vnus floſ. Bal. in l. 1. col. 2. ff. de iuſtit. & iur. & dixi in Famil. ſingul. in. l. 5. nu. 36. nõ dimictendo per publica ſpectacula, cõ fabulationes vanas, & ſcurrilia. Quia tamdiu retinentur ſcolarium priuilegia, quamdiu ad ocioſitatem non peruenitur. Gul. bened. in ſua longa Repet. cap. Raynuntius in verb. dotem nu. 65. de teſtam. gl. in aũc. ſtatuimus, vt nullus. C. de epiſco. & cler. attendentes pietatem, & religionem, fugientes malas conuerſationes, alias non gaudent, &, *Qui non laborent, & non manducent*. 2. ad Theſſal. cap. 3. leg. quàmuis. ff. de dam. infec. quia ſic peruenitur ad virtutem. de virt & vit. c. 1.
12 † Ideo ſcolares debent eſſe ſtudioſi, nõ curioſi, nã vt inquit Auguſt. in libro, quem de Vtil. cred. ad Honor. ſcripſit. cap. 9. Curioſus requirit, quæ nihil ad ſe attinent, ſed ſtudioſus, quæ ad ſe pertinent, Vnde curioſum ſine conuitio non dicit, nec ſtudioſum ſine laude, & pernitioſam curioſitatem vocat tex. in cap. 1. de poſtul. præl. lib. 6. quia volunt quidam eſſe Curioſi, Vbi non expedit, & in pernitiem inducũt, ſubdit gl. & multa de ipſa curioſitate ponit Marti. Nauar. in Man. cap. 23. nu. 24. cum ſeq. quando ſit venialis, vel mortalis. exempla tradens. Curioſa item prędicari apud rudem plebẽ prohibet Concil. Trid. ſeſſ. 25. de purgat. §. apud rudem, & eſt princ. ſeſs.
13 † Quare ad eorum perfectionem notanda ſunt recitata per Fel. in rubr. eo. ti. de mag. vt ſint ingenio perſpicaces, quod ex eo cognoſcimus, quòd attente volunt audire, vt adiendo plerumq. dicantur ſupplere ætatem, & legendo adhibere lectionem Viſualem, & intellectiuam cum præſentia. idem Fel. in proh. decret. nu. 18. dixi in famil. ſingul. in. l. L. num. 9. Item perſeuerantes in labore, cum aſſiduitate ſtantes in ſtudio perueniendo ad virtutes, ratione quarum nomen aſsumpſerunt, Tertio fructuoſi, poſt maturitatem accipiendo gradum optatum. Honor enim accreſcit ex qualitate ſtudij propter priuilegia, vt ibidem, & in clem. fin. eod. tit. & ex honore, qui attribuitur, Quia, *Magno vbique pretio*

virtus

virtus extimatur. Valer. max. de fact. antiq. lib. 5. cap. 4 loquens de Coroliano. ſicuti de Ioanne Andrea lucerna Iuris Canonici profecto ad Papam, qui tã grate eum ſuſcepit, dicendo cũ ſalutatione: Bene veniat, qui lux Iuris cognominatus eſt. Anton. de prat. in proh. repert. Bar. Ioan. Neuiz. in
14 ſua ſylua lib. 2. fol. 187. † Vnde, vt magis Iura eis fauerent. iux. notat. per Imper. in auc. habita. C. Ne fil. pro parte. circa ipſa ſtudia, & Gymnaſia conſideratur. Quòd ipſi præpoſiti immunes ſint a muneribus ciuilibus. dicit tex. cum ſua gloſ. in. l. ſed, & reprobari. §. 1. ff. de excuſ. tut. id eſt, qui in aliorum exercitum laborant, ſcientias docentes, licet Mod. Mediol. quàm dure conſentiant in eor. tract. de munerib. de quibus dictis ſemper dubitaui, cum ſententias etiam contra perſonas eccleſiaſticas teneant, memini ſupra hoc libro cap. 21. nu. 38. in fine. & in hoc eſt ratio, quia fauor ipſorum ſtudiorum hoc requirit, (Cum ſciẽtia mundus illuminetur. ead. aũc. habita, ea præcipue Theologiæ, & Canonum, dirigendo animas in cęlum cum charitate, ſine qua nemo tranſit ad Deum, teſtatur Apoſt. in ſua priori ad Cor.
15 cap. 13.) † Ita de ipſorum ſtudiorum honore videmus in alio, quod ad beneficia eccleſiaſtica nullus promoueri poteſt, etiam quod ſit nominatus a Nuntijs Sed. Apoſt. niſi fuerit examinatus, & idoneus repertus ab ordinario, quibuſcumque non obſtantibus. iux. decretum Concil. Trid. ſeſs. 7. de reformat. cap. 13. tamen non procedit in præſentatis, & electis, ſeu nominatis ab vniuerſitatibus, & collegijs generalium ſtudiorum, eod. cap. §. præſentatis. ex fauore ipſorum ſtudiorum dicit alius tex. eiuſd. Conc. ſeſs. 25. de reform. gen. cap. 9. §. reliqui, quamuis Dec. in cap propoſuiſti. de probat. dicat Promotores non iurare de ſufficientia ſcholaris. refert Ioan. Neuiz. in ſylu. lib. 2. fol. 206. Eſt tamen præſumptio, & conſcientia grauata, & quia iurant de credulitate per Iaſ. in. l. ad monendi. de iur. iur. ff. quæ etiam approbatur, quia ab ap-
16 probatis. † Quod ſtudium generale primum dicitur eſſe in Vrbe, quæ eſt cõis mater. ead. l. ſed & reꝓbari, & ibi ſtudẽtes gaudẽt multis priuilegijs, & recipiunt integros fructus eccleſiaſticos. de priuil. lib. 6. cap. cum diuerſis, & per ſeptennium, quod quis abſit a ſua eccleſia, diſpenſat epiſcopus, & ſeruire per Vicarium, dummodo infra annum aſsumatur ordo ſubdiaconatus. cap. cum ex eo. de elect ſed quando a curia conceditur abeſſe cauſa ſtudij, niſi accedat conſenſus ordinarij, non ſuffragatur. Sic declarauit Pius IIII. in ſua regul. Cancell. incip. Sanctiſſimus. 24. Nouembr. 1564. anno. V. Ne per importunitatem, & falſitatem quid ſupplicaretur, quod eſſet a rei veritate alienum, & ipſe Sum. Pont. non conceſſiſſet. arg. cap. ſi ali-
17 quando de ſent. excommun. † Aliud etiam priuilegium ipſorum ſtudiorũ, & vniuerſitatum recitat Affl. in conſt. ſi quando. de no. ba. poſ. num. 10. ꝙ ſi ſcholaris moriatur in ſtudio ſine hęrede, ſuccedat Vniuerſitas ipſa ſcholarium, nõ autem fiſcus, adducit Nicol. de Neapo. in. l. formularij C. de Tract. lib. 12. quod, & de alijs collegijs dicimus. Gul. bened. de teſtam. cap. Raynuntius, in verbo, & vxorem nomine

decis. 5. num. 335. & ſimile eſt de iure communi, tamquã in materia peregrinorum. arg. C. com. de ſucceſs. aũc. omnes peregrini. Vt epiſcopus diſpenſet excluſo fiſco. de quo dictum eſt ſu-
18 pra. † Debent tamen ipſi ſtudentes in honore habere ſuos magiſtros, & doctores, ex quorum ſtudijs animi ipſorum eluceſcunt. l. a quibus. ff. de donat. Vt in eis imperium quodãmodo habere dicantur, corrigere, & repræhendere diſcolos, & vagantes leuiter, non tamen aſpere. iuxta not. per tex. & per doct. in cap. ad audientiam apoſtolatus noſtri. de homic. Et exinde dicatur honorem eſse magiſtri bonos habere diſcipulos: Imperator in proh. ff. in fine. vbi Cagnol. num. 292. Reuerẽtiam doctoribus magiſtris. Obedientiam inſimul prælatis. arg. cap. fin. de
19 confir. vtil. vel inut. † Et ipſi magiſtri aſſumendi, habeant quaſdam qualitates admodum notandas, & vt primum in ſe habuerint formam diſcipulorum. *Si quis non diſcipulus, quomodo Magiſter?* ex reſcripto Gregor. noni Pont. in cap. cum in magiſtrum. de elect. non ſemper inuentis vti, ſed inueniendis. cap. 6. §. quippe. Item manſuetudine utendo, aliquando compatiendo elationi diſcipulorũ, vt in alio ſimili ſunt verſus.

Illuſtrata ſcientia, humilitas recta,
Innocentia decora.
Et certa ſcientia nobiles reddunt
magiſtros.

Item ſint rigidi cum moderamine, quia ſi ſeruaretur nimia humilitas regendi, frangeretur authoritas. 86. di. cap. quando. Item ſint antiqui non ſolum annis, ſed experientia, quia ex hoc quis dicitur expertus in forma docendi, ſecundum capacitatem, & ætatem audientium: Item diligentes, non negligendo ſcolares. Dicitur namque negligẽtia nouerca diſciplinæ. Et vltimo fugiant arrogãtiam. Nam aliter bonũ operari in diſcipulos non poſſent: ex hoc dicta arrogantia, quia attendunt humiliter docere, quod ſciunt, dilatando philatteria ſua, magnificantes fimbrias. iux. Euang. Matth. cap. 23. &
20 ex Boet. de diſci. ſcol. cap. 6. † Plurimum etiam conficit, & quàm neceſſarium pro interpetratione ſacræ ſcripturæ, & vt melius eccleſia Dei gubernetur ipſos ſcholares litteras Hebraicas, Arabicas, & Caldeas diſcere, quod, & Clemens Quintus in Concil. Gener. Vienen. decreuerat obſeruari. alleg. clement. 1. de mag. inde fert. ſcriptura Moyſem, & Danielem ſcientia Aegyptiorum, & Caldæorum eruditos fuiſse. 37. diſtinct. cap. legimus. §. ſed contra, & S. Hieronymus lucidiſsimum eccleſiæ lumen ad intelligentiã Sacrę ſcripturæ ſibi adhibuit peritiſſimos Hebręos, ſicut ipſemet teſtatur, & iuxta interpetrationem. 70. interpetrum Deo dictante, & procurante Ptolomeo Philadelpho Rege ſtudioſo, & cupido habere omnes libros, cui a Leazaro ſummo Pontif. miſſi fuerunt. LXXII. Viri. de duodecim tribubus, ſex ex vnaquaque, quibus diuiſim poſitis, factum eſt (& miraculoſe ſecundum Auguſt.) vt vna, & eadem ſine diſſonantia, inuenta ſit editio vniuſcuiuſque. Nec mirandum. ſi dicantur. LXX. interpetres, cum fuerint. LXXII. quia Sacra ſcriptura modicum numerum ſi ſuper aliquam ſummam ſuperexcreſcit, ſæpe ſubticet. In hiſtoria

Scol. hiſt. diuerſ. c.7. fol.170. Ac etiã græcas litteras,quàm maxime pro recognitione ſcripturarum antiquorum patrum, & doctorum (Sicuti multũ prodeſt hodie ipſius ſacræ ſcripturæ intelligentiæ ex varietate litterarum Ampliſſimus, & Doctiſſimus D. meus Dom. Gulielmus S. R.E.Cardin. Syrletus, quem inſignem, & præditum peritia trium litterarum dicit Dom. Cardin.Hoſius lib.2. conf. brent. fol. 203. & in alio de ſacram. Euchar. in lib. confeſſ. fol. 290. vt omnes admirentur,ſcribit Iulius Pogianus in præfat. ad Chriſoſt.de Virgi.& Pius IIII. Pont. Max. in neceſſariis Conc. Trid. prout omnes Patres conſulebant,opera ſua & ſtudio vtebatur, cui etiam litterarum diuinarũ ſtudio illud ſemper plus addidit, vitæ ſanctitatẽ, morum honeſtatem, & in piis operibus indefeſſam diligentiam.) Quod de ſtudio ſacrorum canonum fortius dicimus pro regimine eccleſiæ, Namq. & in partibus, vbi non ſunt hæretici in prælatum præfertur Canoniſta. Abb. ſingulariter in c. 1. de conſ. & affin. Feli.conſ. 18.dirige domine, nume.9.cũ

21 ſimil. † Digni enim ſunt honore inuentores ipſarum litterarum,namque Hebræarum referunt Moyſem, Caldearum Abraam, Aegyptiarum Iim Reginam, Inachi filiam, Græcarum fęnices,Cadmumq. ampliaſſe,quibus Ipodames, & ſimonides ſex adiunxerunt: Latinarum vero carmentẽ Nympham aliquibus poſtea ſuperadditis, ad num.22. ex gloſ. ad Boet. dediſci. ſcol.cap. primo. Ioann. Dried. lib. 3. de eccleſ. ſcript.cap. 5. colum.8. &c.

DE DOCTORIBVS, ET MEDICIS promouendis.

CAP. TRIGESIMVM.

SVMMARIVM.

1 *DOctores cuiuslibet ſciẽtię debent facere profeſſionem fidei.*

2 *Medici quid tenentur iurare in eorum promotione.*

3 *Epiſcopi debent publicare Conſtitutionem Pij V. de medicis.*

4 *Medici circa quę ſunt monendi.*

5 *Medici ſunt honorandi triplici honore. nu.7. & 8.*

6 *Medici quomodo tenentur mederi pauperi, & quid de diuite nolente ſoluere.*

9 *Medici quas debent obſeruare qualitates circa infirmum.*

10 *Infirmitates plerumq; cauſantur a peccatis.*

Virtus in infirmitate ꝑficitur.nu.eod.

QVIA de omnibus prouidere intendit ſancta eccleſia, vt inde quiſq. eius præceptis adhęreat, & obſeruet, quæ plurimum verſantur in illo ſymboli articulo, *Sanctam catholicam Eccleſiam*, Non ſolū ad prædictos, nu. 7. c. præced. extendi-
1 tur, vt fiat ipſa profeſſio fidei.† Sed ad omnes doctores, & ad alios promouendos ad Doctoratus, Magiſteria, aliosve gradus, cuiuſcumqueve ſcientiæ, ſeruata forma eiuſdem bullæ, ſed coram quo dubitarunt multi, quando clericus aſcendit ad gradum doctoratus Canonum, & legum, & non dubium, quin coram ſuo ordinario ex lege iuriſdictionis, & ne clericus laico ſe ſubiiciat, tamen in regno Vicecancellarius accipit, & ſic admittit, & recipit, ex ſupremi officij authoritate, (ſic etiam olim ratione dicti officij, cum, & primitus in clericos cognitionem habere reſpectu ſtudij, & gradus ſcribat Dom. Mari. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. de offic. magn. cancel. nu. 24. vbi conatur defendere hoc dictum,) & ratio optima datur, quia Rex dicitur perſona ſacra, & Religioſa, cum ei dicatur, ſacræ Regiæ Maieſtati, & eſt vnicus actus gradus, & iuramenti, vt conueniat, cum ea monitione, quod iuſtū conſulant, & iudicent, procedendo ſecundum inclinationem iuſtitiæ, & rectam prudentiæ rationem. Timendo Deum, & fugiendo iniquitates, & calumnioſas dilationes, non facientes pactum de quota litis, quod iure eſt prohibitum. vulgata l. ſumptus. ff. de pac. declarat Innoc. in cap. ex parte ſcabinorum. de alien. iud. mut. cauſ. fact. vide Nauar. in Man. c. 25. nu. 28. verſ. 7. in fine. quare in multis aduocādo peccant. Domi. Paui. de viſitat. 2. part. quæſtio. 7. nume. 93. Aluar. pelag. de planct. eccleſ. lib. 2. cap. 35. Do. Flor. tertia par. titu. 6. cap. 2. §. quinto. Nauar. eod. nume. 28. vbi proſequitur.
2 † Id tamen obſeruari debet, quando ſunt medici promouendi, quòd vltra profeſſionem fidei per ipſos faciendā, iurent in manibus epiſcopi, vel Rectoris obſeruare ſtatutū factum per Piū Quintum Pontif. Max. in ſua conſt. incip. ſuper gregem. 1566. an. primo, in confirmationem antiquæ, & ſalutaris decretalis Innoc. III. in Conc. gen. cap. cum infirmitas, de pęni. & remiſ. vt cum ad infirmum vocantur, primū moneant, & inducant ad procurandū ſalutem animæ, vocando medicum ſpiritualem, hoc addito nouiter ipſi decretali, quòd in cuiuſcumque promotione, ſeu licentia medendi concedenda a quouis collegio, vel vniuerſitate, primum fiat iuramentum, vel in ſuis manibus, vel ordinarij, coram notario publico, & teſtibus de ſeruandis omnibus contentis in dicta bulla, & demum in licentia ſit ſpecialis mentio eiuſdem iuramenti ſic præſtiti, nec omittenda ipſa ſollemnitas nouæ conſtitutionis ſub pęnis ibidem contētis. §. quòd ſi qui medicorum. Naua. eod.
3 cap. 25. num. 60. verſ. 3. † Ipſamque conſtitutionem, vt eius tenor obſeruetur, tenentur locorum ordinarij publicare, & ab omnibus licentiam medendi habētibus iuramentum accipere, cenſuras proferendo contra iurare recuſantem. §. mandantes, quod, & Innocen. Tertius, ſimiliter ſtatuerat. in §. ſiquis autem medicorum. *Huiuſmodi noſtræ conſtitutionis, poſtquàm per prælatos locorum fuerit publicata trāſgreſſor*

greſsor extiterit, tamdiu ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerit competenter. Et alijs nouis pœnis in ipſa Conſtitutione Pij additis, ob id ſolum, vt ſaluti animæ primum prouideatur. Nec tunc parochus vocetur, cum uix infirmus cognoſcat ſe ipſum, nō ſolū non poſſit conſcientiam examinare, (& cui abſentia eorum, quos valde diligit, in illo ſtatu admodum eſt vtilis: ut not. Martin. Nauar. de pęniten. diſtin. 7. cap. fin. §. quod quamuis, num. 17.)

4 † In quorum obſeruatione monendi ſunt ipſi medici, ne infirmis prætextu ſanitatis conſequendæ aliquid peccati committendi conſulant, ſiue aliquod ſuperſtitioſum ſuadendo pro ſalute corporali aliquod remedium redundans in periculum animæ ſuæ, cōtra mentem ſum. Pont. eod cap. cum infirmitas. §. fin. etiam abſtinēdo per verba generalia. Abb. ibid. in fin. uerb. Nauarr. in citato cap. 25. nume 62. Prætioſior eſt enim anima ipſo corpore, vt in eod. cap. refert legiſlator. nā, & pro ſalute animarum laborat ipſa eccleſia, ideo clamat. *Pœnitentiam agite. appropinquat enim regnum cælorum, facite fructus dignos pœnitentię.* Luc. cap. 3. quia neſcitur qua hora dominus venturus ſit. Matth. c. 24.

5 † Medici itaque ipſi ad infirmum medicinalia applicantes tamquàm a Deo creata, & qui dedit naturalem intellectum ad inueſtigandum vires herbarum, earumq́ue effectum experiundum, honorandi ſunt; ut Dei inſtrumentum. Eccleſ. cap. 38. tripliciq́ue honore obſequium accipiendo, honore ſcilicet ſubuenientiæ, cum ſalarium præſtatur, ex quo ſibi conſulere poſſunt, & valent a recuſantibus (habentibus tamen) petere: Cum nemo de ſuo cogatur facere beneficium. c. piæ. cariæ. 10. quæſtio. 2. *Dignusq́; eſt operarius mercede ſua.* Luc. cap. 12. 12. q. 2. cap. quicumq., cum laborent in officio, & regimine. Eccleſiaſt. cap. 10. & pecunia debetur exinde, propter verſus.

Vnica cunctarum Regina pecunia rerum,
Imperia in terris pro Ioue ſumma tenens.

Multa ponit Iodoc. Damhouder. Burg. ī ſuo encomio pecunię fol. 250.

6 †Sed ęgroto pauperi tenetur medicus abſq. ſalario mederi. gl. in ſum. 83. diſtin. quod declarat. Mart. Nauar. eod c. 25. nu. 64. Vbi quid ſi non vult mederi diuiti recuſanti ſoluere & merito peccat, quia etiam ab inuito a ſe curato poteſt exigere. gl. not. in c. prouidendum. ead. diſt. quam expendit Ludouic. Rom. in ſing. 124. incip. tu habes, & ſequuntur alij in adit. eiuſd. ſing. & Nauar. ubi ſupra, etiam ſi moriatur per eamdem gl. Tiraq. de vtr. retract. lib. 2. gloſſ. 1. nu 10. quod, & cōtinuo practicamus, & in iudicio obſeruatur, licet, lugeant hęredes ſoluere, vel ex tarditate mortis in odium defuncti, vel ex propria auaritia.

7 †Item debetur medico honoris obedientia, vt infirmus aperte dicat ſuam infirmitatē, eiuſq́ue cauſas, obſeruādo præcepta impoſita, & regulam pro ſanitate recuperanda. Niſi. n. obedierit, de ſe quæri poteſt? ſi non ſanetur, cum ipſe per exercitiū, & practicā ſit expertus in ſuis humoribus. Franc. de ſant. Nazar. in tract. de peſte. ſecunda part. namque aliter multum iaceret in lecto, & febre oc-

Ff 4 cupa-

cupatus tranſibit ad patres ſuos, & dicit tex. 15.quæſt.1.cap.illud relatum §.itaque. *Quòd turbata concordia elementorum,ſeu humorum,ipſa caro afficitur.* Et ſi cum minuitur ab ordine ſuo,& tandem diſſoluitur, cum augetur aliquod nocumentum ſuper corpus,diminuta ſua compoſitione, accidit ex eo iterum nocumentum Ariſt.
8 ex lib.1.c.2.de propr. elemē. † Tertio debetur honor reuerētiæ, tamq̄ beneficiatus benefaciēti, cum magnum ſit beneficium ſanitatis,& gratitudo vertitur honorare venerando.per D.Flor. in ſum.3. part.tit. 7. cap.1.quem honorē adeo multi extenderunt,vt voluerint medicos præferendos eſſe doctoribus legiſtis, quam qæſtionem dicit inaniter captam Caſſan. in ſua glor. mundi.1.part. conſ. 25.ubi vide Boe. de author.magni Conc. nu. 89. Ioan. Neuiz.in ſua ſylu. lib. 2. fol. 220. per plures col.Cum non ſit medicina ſciētia, ſed ars, procedendo magis per experimenta, quàm per rationes.Quod etiam de ipſo honore eiſdem medicis præſtando, ex tribus quoque cauſis pleniſſime, & grauibus verbis diſcurrit Doctiſſimus ille Auguſtinianę Religionis Magnus profeſſor B. AVGVSTINVS de Antiquiſſima Triūphorum familia de Anchona in eo tractatu, quem de poteſtate eccleſiaſtica edidit. q.109.art.1.de quo ſæpe mentionē fecimus in ſuperioribus. † Ipſi au-
9 tem medici obſeruare tenentur qualitates, vt infirmum curare valeant. Et primo cōſiderando qualitates, conditiones infirmorū,humoreſq. peccātes, & prædominantes, cognoſcant quod vſu,& exercitatione cōſequuntur. Secundo moueant infirmos ad loquendum, vt ſi cauſam morbo dederint,patefaciant,namq. & multi perierunt ob muteſcendo errores commiſſos. Tertio ſi prævalida ægritudine non loquātur manū corpori infirmo adhibeant. Quarto verbis conſolatoriis reficiendo,gloſs.ad Boet.de conſ. philoſ.lib.1. proſa.2.in fine. Et quod quinto eſt loco dictum ſupra num.4. Sic enim per acquiſitionem doctrinæ,& frequentię actionum in ægrotis perfectionē medicinæ acquirunt. Ripa. eod. tract. de
10 peſte vlt.parte.† Sexto, & vltimo, vt cū ad infirmos deuenerint, denuntiēt eis,propter peccata plerumq. infirmitates euenire, & ideo quilibet prouideat animæ per medium ſacramentorum eccleſię,iuxta conſtit.alleg. Inno. III.cap.cum infirmitas, Luc.c.13. de languido piſcinæ.Ioan.c.5. & dicūtur ſeptem animę infirmitates,ipſiq. dari totidem remedia. Flor. 2. part. tit.3. cap.9.§.9. licet quandoque ad euitandum peccatum: ſicut teſtatur Apoſt. ſcribens ad Cor. 2.cap. 12.in illis verbis. *Virtus in infirmitate perficitur.* Et dictum eſt in famil.ſingu.in l.I.nu. 19. fol.271. &c.

DE LIBRIS, BIBLIOTHECIS, IMPRÆSſoribusq́; librorum.

CAP. TRIGESIMVMPRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Libri debent eſſe emẽdati.*
2 *Libri debent examinari, et approbari.*
3 *Libros hęreticorum nemo legere poteſt ſine licentia Sed. Apoſt.*
4 *Libri omnes hęretici, & hæreticorũ prohibiti ſunt.*
5 *Decretum Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. declaratur.*
6 *Libri artis magicæ prohibendi ſunt, & quid ſit ars magica.*
7 *Libri prohibiti inuẽti apud aliquem, an arguant eum hęreticum.*
8 *Bibliothecæ poſſunt viſitari ab ẽpo.*
9 *Imprę́ſſores librorum, quid obſeruare debent, antequàm librum imprimant.*
10 *Examinatores librorum prohibendorum, ſeu alÿ approbatores nihil poſſunt inde accipere.*
11 *Libri manuſcripti eadem cẽſura ſunt iudicandi, qua, & impræſſi.*
12 *Exemplum authenticum libri imprimẽdi debet remanere apud examinatorem.*
13 *Biblia ſacra in vulgari non ſunt paſſim omnibus permittenda, & qualiter tenens puniatur.*
14 *Libri de nouo non ſunt introducẽdi in ciuitatem, niſi reuideantur.*
15 *Hęredes alicuius defuncti literati tenẽtur pręſentare libros epiſcopo, ſeu eorum indicem.*
16 *Magiſtri grammatices quid debẽt obſeruare.*
17 *Diſcipuli in quibus libris inſtruendi ſunt, & in quibus mutatis verſari debent.*
18 *Libellos famoſos componentes grauiter ſunt puniendi. Vbi de legib. Sum. Rom. Pont.*

CVM in primo libro cap. 17. nu. 5. dixerimus eſſe neceſ-
1 ſarium in eccleſia Dei, † libros habere emendatos, nam in ipſis aduentitia veris immiſcent, ſincera fędantur, ordinata peruertuntur, ex inſcitia etiam librariorum dicit Cagnol. in l. 2. §. iuris. nu. 641. ff. de orig. iur. de quibus dicit D. Hiero. in proœ. ad Eſdr. Nihil proderit emendaſſe librum, niſi emendatio librariorum diligentia conſeruetur: ex multis erroribus ductis per vitioſos Codices, quibus in his tẽporibus eccleſia Dei multum turbata fuerit, & alijs ſuos ſenſus ſcripturæ ſequentibus, cęteris verò reiectis ab eccleſia adhærentibus, noui quid ſemp addẽdo ex ſe ipſis errores accuſantibus, non ex ſcriptura ſacra a Spiritu ſancto dictata. Do. Card. Hoſ. de fid.

de fid. & ſymb. cap. 17. ſcripturam ipſam trahentibus ad alium ſenſum, quàm vnanimis patrum conſenſus accepit. contra Canonẽ ſacri Conc. Trid. ſub Paulo III. Pont. Max. ſeſſ. 4. de canonic. ſcriptur. §. prætereà. ſupra hoc libro: cap. 21. nu. 33. quare ad aliqua eſt animaduertendum. † Et primo, vt
2 omnes libri tã in eccleſia, quam extra ſint canonici, & approbati, nihil vanũ, erroneum, alienũ à fide continentes, non in figmentis, fabulis, aut delectationibus ſint poſiti, ſed omne perfectum, catholicumve in ipſis ſit ſcriptum. Qui vero ſint principales in eccleſia approbati, & catholici, patet, ex ead. ſeſſ. 4. eod. tit. & in concil. tolet. 1. cap. fin. Gratianus item in cap. Romana 15. di. ſuper quo plura leguntur in hiſtor. tripart. lib. 2. max. cap. 5. ibi: *Cumque de diuinis tractarent rebus, & ſancti Spiritus doctrinam haberent: euangelici enim libri ſunt, & Apoſtolici, antiquorumque prophetarum Sanctiones, qui nos erudiunt, quid de ſacra lege ſapiamus*, Et in Concil. Laodic. c. 59. ſub Liberio Papa, anno Domini. 364. ſic etiam in Concil. 2. Carthag. cap. 47. *Placuit, vt præter ſcripturas canonicas, nihil in eccleſia legatur ſub nomine diuinarum ſcripturarum.* Et demum enumerantur libri Canonici, & in decretis Innoc. Papæ Primi cap. 7. in Concil. Florent. ſub Eugen. IIII. ſeſs. vlt. † Nec ſit aliquis
3 habens libros hæreticorum, ſeu alias improbatos a ſancta Eccleſia, vt in indice librorum prohibitorum ad notatur. ex bulla Pij Quarti. incip. dom. greg. 1564. an. V. ſui Pont. etiam quod authores non fuerint hæretici, tamen quia multa illicita miſcuerunt, prohibentur, neque illos improbatos legere quis poteſt, aut domi ſciẽter retinere, iuxta bullam ſolitam legi in die cœnæ Dom. quotannis. §. 1. Alber. de agno ſcend. aſsert. cath. & hær. q. 12. q. 28. etiam, quòd antiqui libri ipſorum hæreticorũ quid boni continerent, quia ſub ſpecie boni, venenum poſitum eſt, vt dixi in famili. ſing. in. l. 1. nu. 22. & dixit gl. in extrauag. ad conditorẽ de verb. ſig. Quòd pelle ſub agnina; latet ſæpe mens lupina. Oportet enim habere licentiam ſummi Pontificis, etiam quod fuerint epiſcopi, præter inquiſitores, & commiſſarios deputatos, ex decreto Iulij III. in ſua conſt. incip. cum meditatio. 1550. anno primo.
4 † Ideo facta eſt expreſſa prohibitio de retentione, & lectione ipſorum, quorumcumq; fuerint, tam antiquorum, quam recentiorum, prout in d. conſt. Iulij adnotatur, & in alia Leonis. X. incip. exurge Dñe an. 1520. 8. ſui Põti. & alij multi, licet nomina eorum catholica, opera tñ prohibita, & contrauenientium in ipſa retentione ſciẽter, ſeu in lectione, abſolutio p ipſam bullam Sanctiſſimo Domino reſeruatur, quia cum de pertinentibus ad fidẽ ſit, merito ad ſummam Apoſtolatus ſedẽ
5 remittendum eſt. † Quod notanter facit ad declarationem tex. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. gen. cap. 6. §. idem. Vbi epiſcopis tãtum, non eorum Vicarijs abſoluere in foro conſcientiæ in hæreſis crimine permittitur, quod hodie per ipſam bullam denegatur, quia nemini conceſsũ, ſed ſolum Do. Pap. reſeruatum, vt declarauit Dom. noſter Dom. Gregorius XIII. Pontifex optimus Maximus viuę vocis oraculo: ſcribitur in 1. part. Theolog. qq. fratr. Ioſeph.

ſeph. angl. de confeſs. 6. diffi. idque
ad verterat primum do. Simancas (li-
cet dubitatiue) in cathol. Inſtit. tit. 3.
nu. 6. quod aduertẽdum eſt ab omni-
bus adhęrentibus in hoc caſu diſpoſi-
6 tioni eiuſd. decreti Conc. Trid. † In-
quirendum eſt igitur diligente ea ra-
tione, ne quis detineat libros geoman
tiæ, idiomantiæ, & aliarum diabolica
rum ſcientiarum, nec clauiculam Salo
monis. iux. nonam regulam ipſius in
dicis, ſeu alicuius magicę artis. Eſt.n.
ars magica, diabolica illuſio humano-
rum ſenſuum, quæ itidem prohibita
erat. ex.l. 12. tabul. teſtè Cicerone de
Republ. Item, & iure Ciuili ex Vlp. in
l. ceterę itaque reſ. §. 1. ff. famil. herc.
Aſtrologiæ. Deci in c. nouit. de Iudic.
& Caſſan. in ſua glor. mund. 10. parte
conſid. fin. maxime Iudiciaria, ſeu in-
terrogatoria, quæ pænitus ſuperſtitio-
ſa, & illicita eſt S. Thom. 2.2. q. 87.
Gemi. 37. di. §. ſed. enim, vide. Sim. in
cathol. Inſtit. de diui, & reuel. tit. 21.
S. Auguſt. lib 5. de ciuit. Dei cap. 8.
& vt optime ſcribit B. AVGVSTI-
NVS TRIVMPHVS Anconi-
tanus in ſępe citato lib. de eccl. pote. q.
48. dęmonũ cõſultores, & inuocatores
faciunt cõtra primũ ꝑceptũ, & triplici
ter peccãt cõtra ipſum, vt ibi in art. 3.
de ſortibus, & ar. 4. de idolatris vbi ple
ne, & in alio pulcherrimo tractatu, quẽ
ſimiliter contra Diuinatores edidit:
qui trattatus cũ alijs opuſculis ſuis cõ-
7 ſeruatur in Bibliotheca Vaticana. † Cũ
verò libri prohibiti pœnes aliquem re
periuntur, vt quia de adnotatis in In-
dice prædicto, maxime primæ claſsis,
Incurritur ſententia excommunicatio
nis, & procedet epiſcopus contra ip-
ſum, vt in fine ipſius Indicis decretũ

eſt. de quo Gand. de hæret. quæſt. 13.
num. 13. Albert. eod. tratt. quæſt. 28
quando eſt hæreticaliter, cum diſtin-
ctione, quando liber ſine nomine au-
thoris eſt repertus, niſi probauerit
authorem, ipſe detinens Iudicabitur.
iux. decretum ipſius Conc. ead. ſeſs.
4. §. & qui eos habuerint. refert Do.
Simanc. in ſuo enchyrid. viol. relig.
quæſt. 39. num. 4. eodẽ enim caſu hæ
reticus cenſebitur, ſin vero alias, ſuſpi-
tio contra ipſum erit, vel leuis, vel ve-
hemens, ſeu etiam violenta, attentà
qualitate perſonę, & libri reperti, vt
bene per do. Franc. Pegñam ad Dire-
ctor. lib. 2. ſecunda part. Schol. 1. ſu-
8 per cap. fraternitatis. de hæret. † Vnde
ex hoc obſeruatum eſt, vt Bibliothecę
omnes poſſint viſitari, & debent ab
epiſcopo, tam quæ ſunt in eccleſijs, &
palatijs, vel monaſterijs, quàm quæ
publice habentur, in quibus libri ve-
nales tenẽtur, ad finẽ nequis liber pro
hibitus retineatur, quod, & ſæpius fa-
ciendũ eſſe cauetur ead. 10. reg. §. prę
terea. nec librarij excuſantur, cũ oẽs in
dicẽ librorũ venaliũ, quos detinẽt, ha
bere debent in promptu, vt facilius ſit
eos inueſtigare, in §. oẽs adducta Reg. 10
quod in prattica in magnis ciuitatib⁹
obſeruatur a cunctis, q̃a Dei ſeruitiũ
vertitur, & pro conſeruatione ſuæ ſan
ctæ fidei, & pro ſeruitio Dominorum
tẽporaliũ, ne ſui ſubditi morbis corru
ptionis vitę, & morũ in ruinã anima-
9 rũ inficiãtur. † Quibus ſimul librarijs,
& impræſsoribus cauendũ eſt, ne quo
uis quęſito colore librũ aliquẽ impri-
mant de prædictis, aut vendant, aut de
tineant, ſub pæna ꝓcedẽdi cõtra ipſos
ꝑ cẽſuras eccleſiaſticas, q̃a cũ de nouo
aliquod opus imprimendũ eſt, exami-

netur

netur primum ab epiſcopo, vel ab alio deputato, & facta approbatione, licentia ſubſcribatur, eo maxime cum de rebus ſacris tractet, ex præalleg. determinatione eiuſd. Conc. §. ſed, & impræſſoribus. hoc addito. Quòd ſi liber imprimēdus, ſit ab authore regulare editus, adhibeatur etiam licentia ſuorū ſuperiorum. ibid. §. & ſi regulares. aliter pœna anathematis, & alia Conc. Late. ſub Iulio I I. & Leone X. puniat, & cōtra procedat. iuxta eumdem alleg. §. Mart. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 148. in quo meminit de Regno caſtellæ, quod idem de regno Neapolitano ex edicto Regio inuictiſſimi Regis noſtri Philippi I I. & vide multa per Corrad. Brun. de hæret. lib. 6. 7. vbi adnotat libros retinendos in bibliothecis.

10 † Ad remouendum tamen quamcūque ſuſpitionem caueat ipſe ordinarius, vel alius deputatus ad librum reuidendum, ne ex approbatione facienda, & licentia danda aliquid accipiat, ſed gratis cōcedat ex eo. decreto Cōc. §. ipſa vero, cui deciſioni ad ſtipulatus eſt tex. Alex. Tertij. in cap. 2. de mag. vbi prohibet aliquid accipi, ſiue promitti, pro ipſa licentia docendi, adducens illud euang. Matth. cap. 10. *Gratis accepiſtis, gratis date*. & in alio ſimili decreto præfati Conc. Trid. ſeſs. 24. de refor. gen. cap. 18. §. caueantq. quæ licentia in fronte libri ſcripti, aut imprǽſſi, authentice conceſſa appareat per dic. §. Conc. quod communiter in

11 omnibus obſeruatur. † Nec refert an libri imprimantur, vel manu ſcripti proferantur, vtroq. enim modo ipſi examini prædicto ſubijciuntur, & ſub eiſdem pænis procedendum eſt. §. qui autem, vbi pro authoribus habentur qui tales libros ſcriptos proferunt, niſi authores ipſos prodiderint, quod, & notandum eſt diligenter, quia per ipſos, ſub hoc, q̧ non ſunt ſic in publico ſolet quid malum latere, ut tacite per Accademias ventilentur, & conuēticulas, & vide in præfata. 10. regula. §. eos vero, qui libellos, qđ obſeruādum eſt, quia experientia docuit, malum impij Martini Lutheri per ſimilia ſcripta per indoctos creſcere incǽpiſſe, ut exinde multarum animarum pernities cū maximo bonorum dolore ſubſequuta

12 fuerit, & vtinam, & finis fuiſſet. † Nec tamen poſſit poſt approbationem, & licentiam præſtitā aliquid addi, prouiſum eſt, quòd apud epiſcopum examinatorem, vel alium deputatum remaneat exemplum authēticum libri imprimēdi, & ꝓprij authoris manu ſubſcriptum, Vti in. §. hac lege. 10. reg. lib. indic. continetur, quod admodum neceſſarium eſt, cum in ipſa imprǽſſoria arte, ſint quidam exiſtentes, qui volūt in alijs falcem imponere, vel addēdo, vel remota reſtituendo, vt Leonardo a lege doctori Mantuano euenit, qui Venetijs ad ſingularia noſtra verſum delētū reſtituere voluerit, vt exinde coram Viceinquiſitore cōfeſſus factumq́, iurauerit amplius ad aliena ſcripta ma

13 nu non apponere. † Et vbi ſumus in bibliothecis, & ibi Biblia ſacra vulgari idiomate conuerſa inueniuntur, prohibeātur teneri, & vendi, nec alijs permittantur legi, niſi perſonis cognitis, & fidelibus data primum licētia, quia viſum eſt propterea perſonis vulgaribus detrimentum oriri iuxta ad notata in 4. regul. eiuſd. indic. libr. probib. & vbi quis ea tenuerit, & legat, vel vnum abſq. alio, a peccatis abſolui nō poteſt,

poteſt, niſi redditis ordinario, vt in §. qui autem, quod item ad regulares ampliatur, ut i §. *Regulares vero.* aucta pęna ad librarios, qui ſine licentia venddiderint, vel conceſſerint: & pęnis arbitrio epiſcopi, & ammiſſionis prætij librorum, in vſus pios conuertēdi mul

14 tantur, in. §. *Bibliopola vero.* † Et ex hac eadem ratione ſtatuendum eſt, in ciuitatem, & diœceſim non eſſe introducendos libros aliquos, tam venales, quàm particulares, ſeu aliis legendos mitti, niſi primum præſententur epiſcopo, & ab ipſo examinentur, vel ab alio a ſe deputato, & approbētur. in. §. *Quòd ſi aliqui*, niſi eſſent libri adeo publici, quòd notorie conſtet eos eſſe permiſſos, propterea maxima tribuitur authoritas perſonis deputatis ad libros purgandos, vt omnes videntes iudicent, qui tenendi ſunt ſicuti dom. noſter Dom. Gregorius XIII. Pontif. Optimus Maximus, cum DD. Cardi. deputatos adhibuit ad hoc opus, in ſua conſtit. incip. Dilectis filijs, ſubdat. Rom. apud ſanct. Petr. idib. Septembr. 1572. Pont. ſui ann. primo.

15 † Hæredes item alicuius doctoris, ſeu alterius litterati libros relinquentis, aut exequutores vltimarum voluntatum, tenentur etiam pręſentare epiſcopo libros per defunctum relictos, vel ſaltem illorum indicem, verum, & totum, antequàm vtantur, ad eundem effectum, vt examinentur, & approbētur, ne ſit aliquis prohibitus inter ipſos, ſiue impræſſus, ſiue manuſcriptus, tam de hęreſi, quàm de aliis ſuperſtitionibus. ead. reg. §. *Idem quoq.* vt ante non poſſint ad alios transferri, quod præſtat, vt primum per generale edictum ſtatuatur, ne ſubito proui dē-do in facto dubium oriatur, vt pluribus euenit, quibus melius fuiſſet ante

16 ordinaſſe. † Quòd vero ad ludi magiſtros, ſeu grammatices non debent excedere mandata in ipſo indice, ſed obſeruare omnia ea, neque diſcipulis legere libros de rebus obſcęnis, & laſciuis tractantes, nec eos interpetrari. Corrumpitur enim mens puerorū ex ipſorum auditu, ex reſcripto ſeptimæ regulæ ipſius indicis, licet propter ſermonis elegantiam, & verborum proprietatem teneri permittantur. in. §. *Antiqui verò.* Nec deſunt libri catholici, qui docte, & eleganter doceāt, optime Conrad. Brun. de hæret. lib. ſexto, cap. quinto. vti dictum eſt ſupra libro primo. cap. decimoſexto. nume. quarto, vbi de ſeminario puerorum tractatum eſt, & nouiſſime Doctor Franciſ. Pegña ad Director. lib. primo, ſchol. decimo octauo, colum. quarta, adducens fidem Clementis I. & pulchre. Laurentius Gambar. Brixien. in ſuo tract. inſcripto. Cur abſtin. ſit a ſcript. poem. turp. quem direxit ad Illuſtriſſimum, & Ampliſſimum, Dom. Alexandrum Farneſium eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, & Vicecancellarium, Epiſcopum Hoſtiēſem, Sacrique Collegij Cardinalium, Decanum, Principem conſilij, & iudicij vniuerſo orbi admirandum.

17 † Hortando etiam ipſos librarios, vt legant, & verſari faciant libros ſacros, Homelias ſanctorum, & pro clericis libros ſacramentorum, maxime circa confeſſiones audiendas verſatiles. ſeſſion. vigeſimatertia, Concil. Trident. de reformatio. c. 18. §. *Vt vero in eadem*, verum proferendo, nam, & docendo, & diſcendo falſa, quis puniri debet,

debet, quia in vtroq. ſimilis culpa eſt prohibita.l.culpa.C.de mathem.addu cta per gloſ. in extrauag. Ioan. 22. incip. quia quorundam, in fine, perſuadens bona docere, & mala proferendo, vnde dixit notanter alia glo. in clemen. 1. in verb. ſanctitatis, de relig. dom.Quòd ſimulata æquitas duplex eſt iniquitas, dixi, ſupra lib. 1.cap.17.
18 nume. 17. in fine. † Inuehendumq. eſt poſtremo contra compoſitores,ſeu etiam tenentes libellos famoſos, ex quibus plurimorũ fama denigratur, rixæ, ſcandala oriuntur, de quo Grat. 5. quæſt. 2.c. ſi qui. vbi pœna eſt anathematis, & cap. ſeq. ex titulo. C. de fam. libell. l.ſi. pœna vltimi ſupplicij, & practicatur, & habemus Conſtitutionem nouiſſimam Pij Quinti, qua grauiter ſimiles operantes puniuntur, incip. Romani Pont. 1572.ann. ſeptimo, etiam ſi vera miſceantur, cũ detrahitur famæ. verſ. *Quibus pœnis*, & notãdum eſt ad materiam, ꝙ prodeat in publicũ, qui inuenerit,niſi ipſe author voluerit declarari, ut ibidem. Ponit Iul. Clar. lib. 5.recept.ſent.qõ.68. uerſ.27. & ſuperinde eſt vnum verbũ in Conc.Trid.ſeſſ.4. in vltimis verbis, & facit conſtitutio Dom. noſtri Dom. Gregor. XIII. Pont. Max.contra famigeratores,& menantes. incip.Ea eſt rerum.1572. an. primo, puniẽdo nota perpetuæ ignominiæ contrauenientes, & ad triremes,perpetuo,vel ad tẽpus pro qualitate admiſſi. §.qui horũ, & recipientes eiſdẽ pœnis, niſi quàm primum vrbis Gubernatori ſignificẽt. §.qui vero huiuſmodi, quod & ſuperioribus diebus, contra multos fuiſſe exequutum auditum eſt, &c.

DE IMPEDIMENTIS, QUAE POSſunt occurrere Epiſcopis viſitantibus.

CAP. TRIGESIMVMSECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Viſitationes eccleſiarum inducta ſunt cauſa ſalutis animarum.*

2 *Interdictum generale nõ impedit viſitationis officium.*

3 *Sacramenta quæ poſſunt adminiſtrari tempore interdicti.*

4 *Miſſa quomodo, & quando dicenda ſit tempore interdicti.*

5 *Sacerdos interdictus,vel celebrans in loco interdicto, fit irregularis.*

6 *Interdictum ad finem euitandi debet eſſe denuntiatum.*

7 *Ingreſſus eccleſiæ poteſt alicui interdici.*

8 *Epiſcopis in ſpiritualibus, & ad ſalutem animarum pertinẽtibus ab omnibus obediendum eſt.*

9 *Principes ſunt poſiti pro defenſione eccleſię, & tenentur Deo reddere rationem.*

10 *Impedientes epiſcopos, vel alios viſitare*

tare ſunt excommunicari excommunicatione maiori.

11 *Nuntij Apoſtolici nõ poſſunt impedire iuriſdictionem prælatorum in primis cauſis.*

12 *Impedientes Officium Sanctiſſimũ Inquiſitionis ſunt grauiſſime puniẽdi.*

13 *Epiſcopus pro exercitio ſuæ iuriſdictionis implorat auxilium bracchij ſecularis.*

14 *Iudex laicus requiſitus ab epiſcopo impartiri auxilium, ſi denegat, põt excommunicari.*

15 *Iudex eccleſiaſticus debet auxiliari iudici laico, & de forma.*

16 *Epiſcopus an poſſit habere familiam armatam.*

17 *Inquiſitorum familia gaudet priuilegio portus armorum.*

18 *Impedientes accedentes ad Papam, ſeu litteras Apoſtolicas, ſunt excõmunicati excõmunicatione maiori.*

19 *Crimen laſę maieſtatis incurrunt impedientes aliquem ire ad Principẽ.*

20 *Philippus Secundus Rex Catholicus iuſtiſſimus Princeps.*

1 QVoniam diximus in primo libro, † Salutem animarum continere eccleſiarũ viſitationes, quas epiſcopi ad hoc tendere debent. ſeſſ. 24. Concil. Trid. de reforma. gen. cap. 4. §. viſitationum. Vt qui foris ſunt conuocentur, & vniantur eccleſiæ per bona opera, & qui male ſe habent in conuerſatione, & uita, corrigantur. venit enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus vocare non iuſtos, ſed peccatores, quia, *Medicus bene ſe habentibus opus non eſt*. Matth. cap. 9. Marc. cap. 2. 1. ad Tim. cap. 1. D. Tho. ex Auguſt. 3. part. q. 1. ar. 3. tolle morbos, tolle vulnera, & nulla cauſa eſt medicinæ: ideo videndum eſt, an epiſcopus debeat intermittere viſitationem propter aliquod impedimentum, ſiue interdictum, vel aliam ob cauſam, & quomodo ſe iuuare poſſit. *Nam ſi in tranquillitate pernitioſum eſt, proretam nauem deſerere, multo magis in fluctibus*, dixit text. in c. ſciſcitaris. 7. quæſtio. 1. † Quare dicendum eſt, ꝙ
2 interdictum, quàmuis generale non impedit viſitationes eccleſiarum fieri, immo fortius tunc faciendæ ſunt: nã cum ceſſetur publice a diuinis officiis, facile eſt errores nouos deduci, & epiſcopus cõuocatis uiris, & mulieribus apud aliquam eccleſiam, eis prædicet, & ad correctionem eos ducat, iux. decretum Innoc. III. ſum. Pon. ad Ferrarienſem epiſcopum, in c. reſponſo, de ſenten. excom. non celebrando tamen contra formam interdicti. Quæ enim pertinent ad abſolutionem, & ſalutem animarum omni tẽpore fieri poſſunt, & cum omnibus perſonis, ſcribit Gregorius Nonus in cap. cum voluntate eod. tit. de ſenten. excom. (Deus enim ad cor, & ſpontaneas voluntates reſpicit, cap. 1. 15. q. 6. gloſſ. in eod. c. cum voluntate, *Cor humile amat, nec cum his, qui dura ſunt ceruice manet*. Exo. cap. 33. a nobis non quærens impoſſibilia. ſeſſ. 6. Conc. Trid. de iuſtifi. c. 11. & can. 18. *Iugum enim meum*, (dicit ipſe Matt. c. 11.) *Suaue eſt, & onus leue*. Super quo Aluar. Pelag. de planc. eccl. lib. 2. cap. 86. & Auguſt. lib. 5. hy-
3 pognoſt.) † Sicuti nec eo tẽpore prohibentur miniſtrari ſacramẽta baptiſmatis, & confirmationis in frõte, quia ad

ad ſalutem animarum pertinent, eod. cap. reſponſo. §.fin. Nam confirmatio facit plenum Chriſtianum, quia cum Spiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & conſtantiam dilatatur, de conſec. diſt. 5. cap. 1. Item. & ſacramentum pœnitentiæ. cap. quod in te. de pœnit. & remiſs. gl. in clem. 1. de foro cōpet. etiam in eccleſia ſpecialiter interdicta. per Calder. de interd. 1. part. nu. 19. Nicol. Plou. nu. 22. Euchariſtia item, quia dicitur viaticū iuxta vnum intellectum eiuſdem tex. cap. quod in te, & portatur cum tintinnabulo, & luminaribus, vt ab omnibus adoretur. idem Cald. par. 2. nu. 2. cum ſeq. quę confici poteſt qualibet hebdomada, ſeruato modo tradito in cap. permittimus. de ſentent. excom. Marti. Nauar. in Man. c. 27. nu. 179. Matrimonium tamē poteſt contrahi, ſed remota ſollemni nuptiarum benedictione. Extrema vnctio denegatur. d. c. quod in te. Couar. plene in repet. cap. alma mater. 2. part. §. 2. & 3. de ſent. excom. lib. 6 Nec eccleſiaſtica ſepultura. doct. in clem. 1. de ſepult. conceditur tamen clericis, qui decedentes ſeruarunt interdicta, & hoc ex gratia, per eumdem tex. cap. quod in te. Sic permittitur ex ea ratione chriſma conſici in die cœnę Domini. c. quoniam. in baptiſmo. de ſent. excom. lib. 6. ſed dicit Hoſt. quòd non alta voce, nec
4 campanis pulſatis. † Miſſa vero poteſt dici ſecundum formam traditam. in alleg. cap. alma mater. vbi idem Couar. §. 4. nu. 7. Marc. Nauar. nu. 171. in cap. quod in te. addendo vltra ipſas fęſtiuitates ſignatas, vt celebrari Miſſa poſſit. Fęſtum Corporis Chriſti, cum eius octaua, ex priuilegio Martini V. & Eugenij IIII. Conceptionis Glorioſæ Virginis Mariæ, ex alio priuilegio Leonis X. quod vidiſſe Martinus Nauar. teſtatur Couar. ibidem. §. 5. & ipſe meminit in adducto cap. 27. nu. 182. Quando tamen eſt interdictum generale, ſecus ſi particulare, vt ſi eſt interdicta certa eccleſia, nam tunc in ipſa ceſſat diſpoſitio. d. c. alma mater. Calder. de interd. 1. part. nu. 18 & dicta ſunt plura ſupra in 1. lib. cap. 23. nu 9. & epiſcopus Vulter. de irregul. & canon. Imped. lib. 3. cap. 20. c. 23.
5 † Prædicta uero ſunt aduertenda a ſacerdotibus, & ipſis ab epiſcopo declaranda. Nam ſi ſcienter ſacerdos celebrauerit in eccleſia interdicta, aut aliud ſacramentum tunc non permiſſum miniſtrari, dederit, ſiue ipſe ſpecialiter ſit interdictus, efficitur irregularis. cap. is qui. de ſentent. excom m. lib. 6. in fine. Aluar. Pelag. de planct. eccl. lib. 2. cap. 9. Calder. 2 part. nu. 75. vel ſi fuerit ei interdictum, ne celebret, tali pręſente, gloſ. not. in extrauag. prouide attendentes, in verb. proceſſibus, de ſenten. excommunicat. & fuit. q. in facto, & iudex ordinarius inuoluit cauſſam ex affectione particulari, ſed ſacerdos de cuius intereſſe principaliter agebatur, bene conſultus fuit inuenire modum reſolutionis, & ſic viſum fuit, quo iudex tendebat, & glo. prædicta in promptu fuit notata. vide etiam ſupra. lib. 1. cap. 29. nu m. 5. licet audire tantum non inducat audientibus irregularitatem, niſi per modum præcepti, & authoritatis iuſſerit eod. 3. libr. cap. 20. num. 7. in fine.
6 † Oportet autem eſſe denuntiatum locum interdictum, & per verba id importantia ad finem vt euitetur. iuxta Conſti-

Conſtitutionem Martini V. in Conc. Conſtant. de qua Fel. in cap. ad probandum. poſt nu. 8. de ſent. & re iud. licet Ioan. Andr. diſputet in clem. grauis. de ſent. excom. tandem videtur ita concludere, quod interdicta lata a iure, niſi declaretur nō aſtringant. Mart. Nauar. d. cap. 27. nu. 187. & ſufficit publicatio in loco publico. eo. c. 27. nu 11. circa med. & quando ob contumaciam ſeruato ordine. cap. 1. de ſent. ex com. lib. 6. Præcedente monitione legitima, preuiis tribus monitionibus, vel vna peremptoria præmiſſa tres cōtinente, ex cap. Conſtitutionē eod. tit. & lib. pro vltimo veniendo ad ſententiam proferendam, ne temere, aut leuibus ex rebus incurratur. ex decreto Concil. Trid. ſeſs. 25. de reformat. gener. cap. 3.

7 † Et non ſolum locum, & eccleſiā alicui ex cauſa interdicimus, aut particulare miniſterium, vt officiū ſiue alicuius ſacramenti adminiſtrationem, ſed etiam plerumq. ingreſſum eccleſiæ, vt ſæpius Canones ordinarūt & ſeſs. 6. Conc. Trid. de reform. cap. 1. & alibi. *Viuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur.* cap. omnis vtriuſque de pœnit. & remiſs. quamuis tempore non celebrationis diuinorum poſſint inter dicti eccleſiam introire, & orare, arg. gl. cap. qui ſtudet. 1. q. 1. Martin. Nauar. eod. cap. 27. nu. 170. Sed contraria opinio verior de iure. nam prohibendo ingreſsum, quacumque hora dicitur prohibere, & reportaret ille ex tali ingreſsu ſecundum Nauar. commodum, nec ita faciliter veniret ad petendam relaxationem, iuxta dicta per Calde. in dict. tract. licet pro Nauar. faciat exemplum de excōicato, vt ſupra diximus.

8 † Epiſcopus igitur volens uiſitare, non per hoc impeditur, neque alij ſe intromittere debent. Nam in ſpiritualibus, & in pertinentibus ad ſalutem animarum omnes ei obedire debent, etiam Principes, & Reges, cap. omnes. de maior. & obed. capit. duo ſunt. 96. di. alias excommunicari poſsunt. 11. q. 3. cap. ſi autem. Quia ſcire debent epiſcopum in eccleſia eſse, & eccleſiam in epiſcopo, & ſi quis cum epiſcopo non ſit, & cum eccleſia non eſt 7. q. 1. cap. ſcire debes, ſed omnes paterno honore, & debita reuerentia proſequantur, ſeſs. 25. Cōc. Trid. de reform. gen cap. 17. in fine. fortius in hoc. Vbi enim maius eſt periculum, quia animarum, cautius, & prudentius eſt agendum, cap. vbi periculum. de elect. lib. 6. (& propterea multo plus quis fatigari debet pro ſalute ipſius animæ, quàm corporis, licet contrarium fiat a multis. Vnde dicit Bern. relatus a Mart. Nauar. in Man. prælud. 1. nu. 1. Multi multa ſciunt, & ſe ipſos neſciunt, alios incipiunt, & ſeipſos deſerunt, Deū quærunt per iſta exteriora, deſerentes ſua interiora, quibus interior eſt Deus, (& facit ſimile dictum ſupra lib. 1. c. 3. nu. 9. in fine.)

9 † Ipſi enim Principes ea ratione poſiti ſunt, vt eccleſiam Iuuent, & defendant. eod. cap. Abb. in cap. tua. de deci. Affl. in cap. 1. nu. 8. de pace tenend. & rationē reddere debent Deo, 23. q. 5. cap. Principes ſeculi. Alphonſ. Alu. in ſuo ſpecul. cap. 5. vnde cum Iuramento promittunt defenſionē S. R. Eccl. & ſum. Pontif. 63. di. cap. tibi Domino, capit. venerabilem. de elect. facit tex. Conc. Trident. ſeſs. 25. de reform. gen. capit. 20. & in ſuperioribus pluries eſt dictum Augu. n. Deus

dona hominibus, cum eccleſiam ſuã cuſtodiri, & defendi videt, maxime ab his, quos, vt luminaria mundi conſtituit. arg. cap. duo ſunt. 21. di. † Si
10 tamen volentes viſitare impediuntur, ne hoc tam ſalutare officium impleãt, procedebatur primũ contra tales impedientes ad excommunicandũ. per cap. dilectos. de ſent. excomm. lib. 6. clement. attendentes. in fine. de ſtat. regul. Paui. in prima part. q. 10. nu. 85. hodie tamen includuntur ſub excõmunicatione maiori reſeruata Domino noſtro Papæ in ſua bulla. nu. 15 in illis verbis. *Nec non excommunicamus eos, qui Archiepiſcopos, epiſcopos, alioſq; ſuperiores prælatos, vel inferiores, & omnes alios quoſcumq; Iudices eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet impediunt, quo minus ſua Iuriſdictione eccleſiaſtica cõtra quoſcumque vtantur, ſecundum, quòd canones, & ſacræ Conſtitutiones eccleſiaſticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt.* Et meminit Nauar. in Man. cap. 27. nu. 69. quę primum erat excommunicatio Iuris, per capit. quoniam de Immun. eccleſ. & ibid. num. 169. ſed omittimus quanta poſſent dici hodie, quæ in dies colorate opponi ſolent contra prælatos in eorum Iuriſdictionem, quia res ſunt maximi momenti, & cum principibus, & maioribus ſemper agitur, & ex aliquibus nouis iniunctum eſt caput ipſius excõmunicationis ad priores bullas. (Quia cũ eccleſia ſancta dicatur noſtra mater ratione principij, Inſtitutionis, & prælationis. cap. quã uis. 21. di. & ratione baptiſmi, quia in ea renaſcimur per baptiſmũ. 12. q. 2. cap. qui abſtulit, vt filij in matrem reuerentes eſſe debent, & ipſi maiores, vt auctis donis augeãtur donorum ra-
11 tiones.) † Nec etiam a Nuntijs Apoſtolicis poſſunt ſimiliter epiſcopi impediri, namque nullo modo poſſunt cognoſcere contra aliquem clericum, ſeu cauſam ad epiſcopum pertinentẽ in prima inſtantia, quod, & de alijs dicimus, niſi primum Epiſcopo requiſito, & eo negligente, per tex. expreſſum Conc. Trid. ſeſs. 24. de reform. gener. cap. 2. aliter proceſſus, & ordinationes nullius ſunt momenti, & ad damni ſatisfactionem partibus tenentur. Fit enim Iniuria iudici, cum pars eũ relinquit, & vadit ad aliũ. ff. de arb. l. ſi litigatores, & puniri debet duos iudices adiens. Cyn. in. l. nulli. C. de iudic. ſed expectare cauſam, & tunc videre quid eſt actum. Et ſi diſplicet ſententia, appellare debes dicit Imper. in. l. 1.
12 C. ſi lęp. in integ. reſtit. pet. † Sin vero de impedimento agatur in cauſis Fidei, & Religionis grauiſſime contra impedientes tractandum eſt. ex. cap. Vt inquiſitionis. §. compeſcendi. cum ſeq. de hęret. lib. 6. & in directorio Inquiſ. part. 2. q. 54 & extat Conſtitutio Iulij III. incip. licet à diuerſis. fol. 351. in comm. notat Ludou. Carrer. de hæret. num. 93. Cum enim omnes tali negocio fauere tenentur, & religionem vſque ad ſanguinis effuſionem incluſiue defendere, quomodo non inuehẽdum cõtra impedire ipſum officiũ tẽtantes. (Nam, &, *Si hæreſes oporteat eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant.* prim. ad Cor. c. 11. tamen eccleſia quãtum poteſt conatur extirpare, & ſic omnes facere debent. vide in clem. ad
13 noſtrum. de hęret.) † Poteſt etiam vlterius epiſcopus impeditus, ſeu alius inuo-

inuocare auxilium brachij ſecularis, à Principibus,& Iudicibus temporalibus, quod præſtare tenentur. Abb. Alci. & alij. in cap. 1. de offic. ord. Afflı. late in proh. conſt. regni, vbi quando ſciuerit iniuſte procedi, quid faciendũ. Andr. in cap. 1. col. fi. circa med. de contr. int. vaſs.& alium de benef. quem adduxi in famil. ſingul. in l. 1. num. 67. & ſi oporteat videre proceſſum, vel ſententiam, indiſtincte tamen in cauſis Religionis nihil habet videre; ſed ſufficit requiri pro prædictis, vide ſupra hoc libro c. 21. nu. 7. cum ſeq. & per Zanch. de hæret. cap. 8. vbi late Camil. Campeg. in addit. & not. quinque ad quæ tenentur. In hęreticorum inueſtigatione, eorum captione, cuſtodia, deductione ad locum, quem mandauerint, & quinto condemnatos de hæreſi ſtatim recipere, & punire debita pœna, ſine alia cognitione, nec dilatione, d. c. vt inquiſitionis. de hæret. lib. 6.

14 † Et ſi iudex laicus requiſitus ab epiſcopo, non præſtabit ſuum auxilium, poterit excommunicari. c. 2. de maled. doct. in eod. c. 1. de offic. ordi. & ibi Alcia. ponit quomodo procedendum in excommunicando. Alphonſ Aluar. in ſuo Speculo cap. 13. & quando ſumus in meris eccleſiaſticis cauſis, & quando in mixtis aliud. Iulius lib. 5. recept. ſent. §. fin. q. 96. verſ. 7. Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 1. num. 10. de quibus cauſis ad plenum dictum eſt ſupra. cap. 21. & moderni pleniſſime in additionibus eiuſd. cap. 1. de offic. ordin. Quod fortius in cauſis fidei, vt vehementius procedatur ex impedimento, & interuallo appoſitis, not. per

15 omnes in d. c. vt inquiſitionis. † Idem dicimus de iudice eccleſiaſtico, qui requiſitus a laico debet præſtare ſuum auxilium, cum vna iuriſdictio per aliã iuuari debeat. l. qui reſtituere. ff. de rei vend. optimus tex. in cap. qui dilecto. de ſenten. excom. lib. 6. alleg. d. c. 1. nu. 121. & Abbas ſuplet, quòd non debet contendere, nec ad inuicem ſe perturbare. in cap. nouit. nu. 2. de Iudic. 96. di. c. ſi imperator. & nu. 14. eo. c. 1. Iudex eccleſiaſticus excõunicabit rebelles iudici ſeculari, & iudex ſecularis bãnire debet rebelles iudici eccleſiaſtico. Sed differt in modo inter eos, quia ſecularis non cogit eccleſiaſticũ, ſi recuſat, ſed adhibit ſuperiorẽ eius eccleſiaſtici, qui eũ cogat ibi. nu. 123. Alc. ſed eccleſiaſticus coget laicũ per excõmunicationẽ, & nu. 125. de modo auxili, & practica, & concurrentibus, ad primũ adeſt ratio, quia iudices debẽt ſibi mutuũ præſtare auxiliũ, Sicut de epiſcopis ad Inuicẽ dicit tex. in c. fi. 90

16 di. † Sed an epiſcopus in exercitio ſuę Iuriſdictionis, Viſitationis, & aliorum actuũ poſſit habere familiã armatam pro exequendis concernentibus prędicta. Bal. dixit ꝙ ſic in l. 3. ff. de offic. præfet. vig. & firmat Deci. in c. ſignificaſti. nu. 10. de offic. del. ſed Abb. eod. c. negat, & quod opinio Bal. procedat vbi epiſcopus habet temporalem iuriſdictionẽ, pro vt cõmuniter obſeruari videtur. de iure tamen verior eſt opinio Bal. ſed de facto receſſũ eſt ob opinione Baldi, & multa poſſunt dici, quę omittuntur, nec licet afferre, quæ mouere poſſunt pro obſeruantia, quia nõ dicitur libera iuriſdictio epiſcopi, niſi omnia cõcurrant, per quę exerceatur, cum ampla ſit eorũ iuriſdictio, Dom. Anton. in c. cum contigat de foro cõpet. & ſi multa pro iuriſdictione Regis

afferant Couarr. in pratt. qq. cap. 4.
17 cap. 10. & cap. 11. † In cauſis tamē
ſanctiſsimi officij permittitur libere
familiam inquiſitorum arma portare,
nulla obſtante lege, aut laicali prohibi
tione. Carrer. de hæret. nu 90. Camil.
Camp. ad Zanch. de hæret. c. 9. fol. 51.
Magnum eſt enim & præcipiuum Re-
ligionis negocium ſuper omnia fauo-
rabile, quia ſi Religio chriſtiana non
conſeruatur, corruunt imperia, & re-
gna, ciuitates diſſipantur, nec quid
boni poteſt eſſe: Exēplum infælix de-
monſtrant hodie multa dominia, quo-
modo ſe habent, cum a Religione re-
ceſſerunt. oportet, enim quòd omne re
gnum in ſe ipſum diuiſum deſoletur,
& domus ſupra domum cadat. luc. c.
11. Cum enim a Religione chriſtiana
deſceditur omne bonū in malum ver-
titur, regna fiunt præda latronū, quia
non poſſunt eſſe ſalui Status Reipubli
cę, cum hæretici, & ſciſmatici domi-
nantur. vide Conr. Brū. de hęret. lib.
18 2. cap. 16. † Quòd autem epiſcopi li-
cite poſſint excōmunicare ſe impediē-
tes, fulciuntur ex ea ratione, quia Iuriſ-
dictio ſua cū omnibus defendi debet,
& poſſit etiam pœnali iudicio: dicit ſa-
pientiſſimus Vlpianus. in. l. 1. ff. ſi quis
iusdic. non obtemp. Propterea ex præ
dictis pro firma concluſione adnotā-
dum eſt in materia Viſitationis, quòd
vltra, quod tali medio impediri nulla
tenus poteſt, etiam viſitationem huius
modi, perſonarum, eccleſiarum, loco-
rumque omnium piorum, vel morum
correctionem, reformationē verò, aut
habilitatis, aut inhabilitatis declaratio
nem, aut item illius executionem im-
pediri, ſuſpendi, aut retardari, etiam
cuiuslibet appellationis vigore, ſeu itē
inhibitionis, aut querelæ non poſſe:
iuxta antiquā conſtitutionē Innoc. III.
in Conc. Gen. in cap. irrefragabili de
offic. ordin. & nouiſſima decreta Con
cil. Trid. ſeſs. 24. de reform. gen. c. 10.
§. nec in his, ex alio ſimili. ſeſs. 13. de
reform. c. 1. §. in cauſis ſeſs. 22. eod. tit.
c. 1. Quia, & ſi per appellationē huiuſ-
modi cauſæ deuoluantur ad ſuperio-
res, non tamen ſententiarum, vel decre
torum in Viſitatione prolatorum ſuſ-
penditur aut retardatur executio, eſſet
enim maximi detrimenti aliter proce-
dere. Quòd & DD. ſuperiorum decre
tis ſemper confirmatum eſt. ideo meri
to epiſcopus poteſt impedimentū in
facto proponenē excōmunicare: Vn-
de, & ſummus Pontifex excomunicat
etiam maiori excom. ſibi abſolutione
reſeruata. nu. 12. impedientes litteras
Apoſtolicas, citationes, inhibitiones,
ſic, & volentes accedere ad curiam, &
ad ſedem Apoſtolicam, quorum excō-
municatorū magnus eſt numerus, di-
cit Pett. Rebuff. in tit. de euoc. in præ-
19 fat. q. 7. nu. 71. † Vbi impedientes
ſubditos, ne vadāt ad Principē tenenē
crimine lęſæ Maieſtatis adducit Luc.
de Pen. in. l. vnica. col. 16. cum ſeq. C.
vt nem. ſuſci. lib. 11. Et ſi in primo caſu
magnum eſſe dixit numerum excom-
municatorum impedientiū acceſſum
ad Papam, & in hoc dicamus etiā eſſe
maiorē, directe, & indirecte, eo fortius
cum Princeps diſtat a ſuis regnis, &
dominijs, & alijs adminiſtrationem
ipſorū cum poteſtate ampliſſima com
mictit: caſus euenit in fatto, quæſtio
20 inuaſit, rumor inſurrexit. † Rex au-
tē Noſter Maximus Philippus acquie-
uit, & determinauit iuſtum iudiciū,
cum negocium hic perfici non poteſt,

vnum-

vnumquemq. libertati ſuæ relinqués, offerens libenter ſuum conſpectum, grande, & æquum iudicium, dignum profectò tanto Rege, qui præter magnas, & heroicas ſui animi dotes, illud peculiare habuit, tâquàm Catholicus Rex, & fidem chriſtianam defendere, & Iuſtitiam cunctis miniſtrare.

DE ZELO PASTORALIS OFFICII *in omnibus prædictis.*

CAP. TRIGESIMVMTERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Perſonarum qualitates, quæ ſint attendendæ ab epiſcopo.*
2 *Zelus quid ſit.*
3 *Zelus quotuplex ſit.*
4 *Zelus an ſit idem, quòd æmulatio.*
5 *Prælati quo zelo debent eſſe armati.*
6 *Tria ſunt conſideranda in prælato zelante ſuper domum Dei.*
7 *Conditiones Paſtoris eligendi, quæ ſunt.*
8 *Epiſcopus quare debet vigilare ſuper gregem.*
9 *Correctio vitę eſt attendenda.*
10 *Benefacere quid ſit.*
11 *Mandata Dei obſeruare omnes tenentur.*
12 *Patientia in tribulationibus, chriſtianis eſt perſuadenda.*
13 *Correctio diuina humiliter eſt toleranda.*
14 *Epiſcopi debent adimplere officium boni medici ſpiritualis.*
15 *Epiſcopi diſſimulantes peccata populi grauiter peccant.*
16 *Ratio ſtrictiſſima reddenda eſt de cura animarum.*
17 *Gladio armatus debet eſſe epiſcopus. Et quid ſignificat gladius. nume. 18. Et quare detur Regi. nu. 19.*
20 *Paſtoralis officij ſumma quæ ſit.*
21 *Fructus magnus datur epiſcopo rectè viſitanti.*
22 *Epiſcopi dicuntur eſſe in ſtatu perfectiori.*
23 *Gaudium prælatorum in quo conſiſtat.*
24 *Finis noſter in quo vertitur.*

PRO Secundi huius libri fine, & quaſi ipſius viſitationis in generali, & particulari, antequàm ad alia tranſeamus, aliqua dicenda ſunt pro concluſione epiſcopalium viſitationum in ſaluté animarum, quarum obiectum proprium debet eſſe ipſorum epiſcoporũ. Nam, & Dominus nonaginta ouibus relictis ad vnam perditam paſtorem attédere dixit. Luc. c 15. Hoc eſt virtutis opus. Hęc eſt imitatio veri paſtoris, q animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit, Ioan. c. 10. Hinc pendet magna illa retributio cœleſtis patriæ, quã ipſe Dominus latroni ſecũ crucifixo, & te cõ-

 fitenti,

ſitenti, ipſamq. ſitienti in perſonam totius eccleſiæ militantis, promittens dixit, Luc. c.ulti.*Hodie mecum eris in*
1 *paradiſo.* † Ideo qualitates perſonarũ attendentes, ſuper oues commiſſas ad tres tantum fit conſideratio pro munc ris ſui exequutione, ex quo prouenit illud dictum Petro.*Paſces oues meas.* Ioan. eod.c.10. Aut paſtoris officium, aut furis, aut mercennarij. In ipſis Chriſtus docuit Apoſtolos ſuos, quæ agenda,aut quæ vitanda eſſent. nam ſi ad paſtorem oculos vertimus, ecce ipſe Chriſtus paſtor paſtorum animam ſuam poſuit pro nobis: Hoc exemplũ tradidit diſcipulis. Hoc in teſtamento reliquit: Hi ſunt epiſcopi paſtores ſequẽtes ſua veſtigia, intrãtes per oſtiũ, & oues cuſtodientes.Furem imitãtur, cum non paſcunt, ſed oues ad perditionem ducunt, quia in ouile non intrant per oſtium, quod eſt ipſe Chriſtus,vel ſine cuſtodia aſſignata,hoc eſt canonica electione, & Apoſtolica authoritate, vel etiam per ſimoniæ labẽ. Mercennariũ dicit ſcriptura eſſe præpoſitum ouibus,ſed timidum, & proprijs commodis intẽdentem, fugereq. grege derelicto, cum lupum venientem vidit, vel furem, hoc eſt etiã diabolicas ſuaſiones,ideo non implet officium paſtoris, quia mercennarius eſt,& non curat de ouibus.Ioan.c. 10. ſupra, lib. 1. cap. 3.nume. 15. in his eſt conſideratio, & zelus prælati,dicit S. Augu. relatus a Grat. 23. q.4. cap. tres perſonas. niſi enim Prælatus ſit armatus zelo contra peccata, non paſtoris, ſed mercennarij nomen aſſequitur, vt plenius demonſtrat dom. Archiepiſ. Brachar. de morib. Prælat. 2. part. cap. 9. & cum zelum Dei habet, omnes inimicos ſuos, putat, & ſibi inimicos, ex quo ſunt hoſtes Dei ex illo. *Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam,perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi.* Pſal. 138. Aluar. Pelag. de planct eccleſ. lib 2.cap. 71. colum. 2. tamquàm veri zelatores fidei, cap. filij. in fine. de hæret. lib.6.
2 † Eſt autem zelus bonus ad propoſitum, ut dicit Auguſt. feruor animi, quo mẽs abiecto timore humano pro virtutis defenſione accenditur, & comeditur, qui quælibet praua, quæ viderit, corrigere ſatagit,ſi nequit,tolerat, & gemit, quando dolet de Dei contumelia, cum homines honorem Dei minuunt, & ſpernunt. eod.pſal. 138. *Super inimicos tuo tabeſcebam*: Bonorum eſt enim natura indignari, ſed non dedignari, cap. vero.45. diſt. non de illa indignatione mala, quam reprobat Apoſt. ſcribens ad Epheſ. c. 4. in fine, & ad Colloſſ.cap. 3.& Gregor. Homel. 34. ſuper Luc. cap. 15. vide Dom. Floren. in ſum.prima par. titul. 6. cap. ſecundo. §. 6.Hoc zelo propheta loquutus eſt pſalm. 68. *Zelus domus tuę comedit me.*Quem verſum exponit gloſſ. in cap.qui peccat, in verb. zelus. 23. quæſtion. quarta. † 3
Exinde dicunt Doctor. zelum eſſe triplicem, bonum pro Deo, circa honeſta, & rationabilia. Carnalem in ſeipſum:Affectuoſum, & in rebus mundanis, & feruorem dilectionis zelum. Alexand. Quartus, in cap.ſecundo,& ibi gloſſ. de regul. lib. ſexto. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 38. alibi accipitur pro inuidia, interdum pro ira, Iacob. cap. primo. *Ira viri iuſtitiã Dei non operatur.* De zelo bono armatus

tus fuit Phinees fili⁹ Eleazari filij Aa-
ron ſacerdotis, qui commotus zelo
Dei, percuſſit virum Iſraelitem cum
uxore, ex quo placauit iram Dei. nu-
mer. cap. 25. & Helias zelo zelatus eſt
pro Domino Deo exercituũ, quia de-
relinquerant pactum Domini Iſrael,
deſtruxerunt altaria, prophetasq. oc-
ciderunt, lib. 3. Reg. cap. 19. Non au
tem de zelo triſtitiæ, videns bona ope-
ra, qui dicitur zelus malus, de quo di-
cit ſapiens. *Zelus, & iracundia minuũt*
dies, & ante tempus ſenectam adducet
4 *cogitatus*, Eccl. cap. 30. in fine. † An
autem zelus ſit idem, quòd æmulatio.
Exod. cap. 34. *Dominus Zelotes nomen*
eius, Deus eſt æmulator. Vt zelus Græ
cè, Latinè emulatio, vt vnum ſit in
alio, vt propriè ſit, qui zelat, aut æmu
lator, ex amore alicuius feruens, ideſt
vehementer accenditur, & commoue-
tur deſiderio, ira, vel inuidia, & ſic in
bonum, & in malum. Ioan. Dried. la-
tius, de Eccleſ. ſcript. lib. tertio, cap.
primo, deſcribit Apoſt. ad Gala. cap. 1.
Abundantius æmulator exiſtens pater-
narum mearum traditionum. Hic eſt
optimus zelus pro Deo certamen ſubi
re, vt honorabile ſit nomen eius corã
gentibus, Act. Apoſto. cap. 9. non, vt
Iudæi, qui videntes ſuam ſinagogam
in dies diminutam, æmulatione ma-
gna nos perſequuntur, quia & eccle-
ſiam Dei creſcere vident. eod. cap. pri-
mo, per Dried. *Lapidem, quem repro-*
bauerunt edificantes, hic factus eſt in
caput anguli. Pſal. 117. Matth. cap.
21. Eruntque propter eorum grauiſſi
mum peccatum ſemper diſperſi. Sine
lege, ſine capite, ſine ſacrificio: Qui ue
ro erunt in fine mundi conuertentur
ad Deum. Marquad. Suſan. de Iud. &
in fid. ſecunda part. cap. 6. nume. 28.
5 † Sed prælati debent eſſe armati zelo
ſalutis animarum, propter quas ſaluã-
das viſitationes faciunt. Magiſter in
pſalm. 118. ſuper verbo tabeſcere.
Bernard. in cant. ſermone. 76. circa
finem. Dom. Archiepiſ. Brachar. de
morib. prælat. cap. 9. ſecunda par. dum
tractat de zelo, quem debet habere
prælatus contra peccata. Aluar. Pelag.
lib. ſecundo, cap. 71. Hortando omnes
ex zelo iuſtitiæ punire proprium cor-
pus propter peccata commiſſa, quod
eſt obiectum pœnitentiæ. Scot. lib. 2.
diſtin. 40. quæſtio. vnica. In proximo
peccante duo exercẽda eſſe, miſericor
diã, quia hõ eſt, correctionẽ, quia pec-
cator eſt, nec omnino dicit Auguſt. li-
berabis hominem, niſi eum perſequu
tus fueris peccatorem, vt nulli claudẽ-
do miſericordiam, ſic nulli relaxando
impunitatem. 23. quæſtio. 4. cap. duo
6 iſta. † Ad quæ exequenda in epiſcopo
zelante ſuper domũ Dei pro exequu-
tione ſui paſtoralis officij tria conſide
ramus: à quibus omne bonum depen
det. Primo habeat uitæ ſanctitatem, pa
ſcendo exemplo bonæ vitæ gregem
ſuum. 1. Petr. cap. 5. Secundo curæ po-
teſtatem, vt cõmiſſa ſit ſibi gregis Do-
minici cuſtodia, & tertio afferre eccle-
ſiæ vtilitatẽ, vt primo cognoſcat, & iu-
dicet ſibi cõmiſſos, in ſecundo pro po
pulis orando, eis prædicando, eosq. re-
gendo, vt ſaluos reddat in die iudicij
æterno Deo. D. Flor. in ſum. 3. part. tit.
20. cap. 1. per totum, & Ioan. cap. 15.
Poſui vos, vt eatis, & fructum affera-
tis, & fructus veſter maneat. In vtilita-
tem populi, cuius regimini poſitus ef-
fici debet pro ſubditis ad eorum ſol-
licitudinem pertinentibus. Aluar. Pel.

lib.2. cap.22. Sic enim faciendo incul patos nos futuros in die Iudicij credimus, ipſis vltro, & in criminibus ſuis morientibus. cap. fin. 47. diſt. Ioan. cap. 8. *Moriemini in peccatis veſtris*.
7 † Et dicit Alphonſ. Aluar. in confirma tionem prædictorum in ſuo Speculo. cap 9. in paſtore eligendo duas debere ineſſe conditiones: Prima quòd ſit bonus, ideſt, ſine peccato mortali. Eccleſiaſt. 31. *Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula*. Secunda quòd ſit melior ceteris, quo ad regimen. *Quis eſt hic, & laudabimus eum*; vt poſſit paſcere ſubditos triplici pabulo. Verbo veritatis vitæ, & exemplo, & temporali ſubſidio. Vnde receptum eſt in eccleſia Dei epiſcopos patres dici. Do. Cardina. Hoſ. de cathe. eccle. lib. 5. in Concil. Trident. ſeſſio. 25. de reform. gene. cap. 17. ibi *Se patres, & paſtores eſſe meminerint*. Et ſeſſ. 13. cap. 1. de reform. Vbi officium boni paſtoris notatur, vt in ſuperioribus latius diximus.
8 † Ideo vigilare debet epiſcopus, vt diaboli tentationibus continuo occurrere poſſit a ſe, & ab alijs expellendo, per doctrinam, & & prædicationẽ, quę duo propria ſunt epiſcoporum, docendo viam veritatis, opere, & ſermone, prædicando ex zelo ſui paſtoralis officij, quæ vitanda ſunt a Chriſtianis, & reſiſtendo diabolo, ouesque de eius manu eripiendo, & ad gregem Chriſti vniendo, qui dixit Ioan. cap. 10. *Ego cognoſco oues meas, & mea me, & nemo poteſt illas de manu mea eripere*. Et ſi quando peccant, reſurgunt per pænitentiam, nec iuſti vocabulum perdunt. c. ſepties in die. de pęni diſt. 3. cum ſcientia docendo, & affectu charitatis, ac ſermonis dulcedine, ſumendo martyrium pro Chriſti nomine in doctrina, & prædicatione. Flo. ead. par. tit. 31. cap. 9. cum ſeq. Quod fortius, & ipſi viſitatores facere debent, non minus exemplo, q̃ verbo, prædicare, & plantare. cap. inter cetera. de offi. ord. Paui. in extrauag. uas
9 electionis. in verb. abbates. † Et ex his viſitationibus in ſubditis correctio vitæ ſequitur, quæ plurimum eſt attendenda. Luc. c. 11. *Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*. cum ſpe ſalutis ęternæ. Pſal. 50. *Sacrificiũ Deo, ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies* Bern. in ſerm. de mult. vtil. verb. Dei. Qui enim vult coronari, oportet, ꝙ ipſe mereatur coronam ſibi ipſi per proprias operationes. Quia via debet præcedere terminum, & diſpoſitio id, ad quod diſponitur. Philoſ. in 5. Polit. & in 2. de anima. vbi dicit ꝙ Actus actiuorũ ſunt in paſſo bene diſpoſito, & argumentatur. Scotus in 2. diſt. 5. q̃ō. 1. & Math. c. 6. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus vt videãt veſtra opera bona*. Et c. 7. *A fructibus eorum cognoſcetis eos*. Ex quo dixit Apoſt. ad Ro. c. 2. *Reddet Deus vnicuique ſecundũ opera ſua*. Math. c. 20. *Voca ope*
10 *rarios, & redde illis mercedem*. † Eſt autem benefacere ſecundũ theologos actus elicitus, vel imperatus liberæ voluntatis regulatus ratione. Nã duplex eſt operatio voluntatis, ſcilicet actus elicitus, & actus imperatus, primus dicitur actus cauſatus ab ipſa voluntate, ſecundus actus aliarũ potentiarum a voluntate in quantum elicitur ab ipſis potentijs, ſecundũ imperium voluntatis. Ideo in benefacere requirunt debitæ circunſtantiæ: Hinc apparet, quàm

quàm impie agant inimici Sanctæ eccleſię, negantes bona opera, credentes ſola fide iuſtificari hominem, quam ſine operibus mortuam dicit Apoſt. Iacob. cap. 3. *Abundate in omni opere bono*. Scribit alter apoſt in prior. ad Cor. cap. 15. *Scientes* ꝙ *labor veſter non eſt inanis in domino, non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri. & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius*. Seſſ. 6. Conc. Trid. de iuſtifi. cap. 16. Perſeuerando in bene agendo, & cuſtodiendo mandata Dei, vſque in finem. can. 26. & eod. c. 16.

11 † In viſitationibus ex zelo prælatorũ docentur populi, vt operentur, & bene, & ſic intrare in regnum Dei. Nec aliquis quantumuis iuſtificatus liberũ ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare ſe debet. eod. tit. & ſeſſ. cit. c. 11. & can. 20. cuius verba ſunt: *Si quis hominem iuſtificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad obſeruantiam mandatorum Dei, & eccleſię, ſed tantum ad credendum, quaſi vero Euangeliũ ſit nuda, & abſoluta promiſſio vitæ ęternę ſine conditione obſeruationis mandatorum, anathema ſit*. Quia Deus non patitur ocioſa eſſe in nobis, quæ exercenda, non negligenda donauit, vt & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei. Auguſt. de eccl. dogmat. cap. 32. de fid. & oper. cap. 14. & in Pſal 31. Et eccleſia noſtra catholica firmat opera noſtra bona exteriora eſſe neceſſaria ad vitam æternam acquirendam, vt ſupra proxime eſt dictum. Si igitur benefacerimus operando in domo Dei, ipſe dabit nobis magnam remunerationem. eod. cap. 16. ideſt, denarium. Matthæ. cap. 20. hoc eſt fęlicitatem æternam, ad quam nos perducat, qui regnat trinus, & vnus.

12 † Confortando afflictos zelo patientiæ, quæ eſt alia pars effectus viſitationis, quia tribulationibus acquirit homo regnum cœlorum, cum illas patienter ſubſtinet propter Deum, in remiſſionẽ ſuorũ peccatorum. Matth. c. 24. *Non nè oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam*. 2. ad Corin. 1. 2. ad. Thim. 2. *Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſequutionem patientur*. Et Petr. in 1. cap. 2. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*. Et cap. 4. *Chriſto in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini, quia certiſſimam arrhã habemus, quòd ſi compatimur, & glorificamur*. Seſſ. 14. Conc. Triden. de ſacr. pænit. cap. 8. circa med. Ex quo libenter debemus gloriari, & gaudere in tribulationibus. 2. ad. Corin. cap. 12. Auguſt. ſuper Pſal. 29. Tribulationes nempe ſunt viæ rectæ, per quas Deus oſtendit perueniri ad regnum ſuum. Hiere. cap. 31. *Adducam vos per torrẽtes aquarum, per vias rectas*. Act. Apoſt. cap. 14. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum*. Ad patientiam hortatur nos Chriſtus. Luc. c. 21. *In patientia veſtra, poſſidebitis animas veſtras*. Patientia probationem operatur, probatio ſpem. ad Rom. c. 5. ad Heb. c. 10. *Patientia vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes, reportetis miſericordiam*. Flor. in 4. tit. 3. cap. 7. Eſt autem patientia virtus mortalis, & quæ fidei noſtræ fundamenta munit, incrementa ſpei noſtræ ſublimiter prouehit, ideo oportet nos eſſe fortes, quia vita hominis ſuper terram nihil

eſt niſi militia. Iob. cap. 7. & Plin. in ſuo Panag. ad Traianum Imperatorem vt dicit Alex. de Ales. in ſum. 3. lib. ex quattuor permittit Deus hominẽ mala pati, vt virtus illius alijs nota fiat vt de Iob. in eius libro legimus, 2. ne cadat in ſuperbiam ex recta conſcientia. 2. ad Corint. 2. *Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meę, Angelus ſathanæ, vt me colaphizet*. Et vt alij erudiantur, vt de Lazaro di plura. Luc. cap. 19 vel ut inde detur gloria Deo. Ioan. cap. 9. de cęco a natiuitate. Sic enim bonum certamen certando, curſum cõſumando, fidemque ſeruando, reddet dominus iuſtus iudex in illa die coronam Iuſtitiæ. 2. ad Tim. cap. 4. *Virtus in infirmitate perficitur*. 2. ad Cor. cap. 12. *Patientia abundans ſit in nobis, quia Deus flagellat, & ſaluat, deducit ad inferos, & reducit*. Iob. cap.

13 13. † Ideo correctionem Dei in nobis humiliter accipiendo, quia nullũ maius ſignum reprobationis eſt, quã male agere, & bene proſperari. *Nam pręſens proſperitas ſui finem aſcondit, & aduerſitas ſine fine ſuccedit, & dum pax, & ſecuritas expectatur, ſubitaneus ſuperuenient interitus, tamquam in vtero habenti, & non effugient*. 1. ad Theſs. c. 5. & Bern. in epiſt. 64. notatur in c. paratus. 23. quæſt. 1. *Proſperitate peccantium nihil infęlicius, quia amatores malorum digni ſunt morte, qui ſpem habent in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt*. Ideo in omnibus, fideles laudent Deum. *Qui non patitur electos ſuos tẽtari, ſupra id, quod poſſunt: ſed cum tentatione fiat prouentus, vt poſſint ſubſtinere*. Sic Apoſt. in ſua prior. ad

14 Cor. cap. 10. † Sic officium boni medici ſpiritualis exercet epiſcopus, ſic gregi commiſſo intendit: prouerb. c. 30. *Diligẽter agnoſce vultum pecoris tuis, tuosq́, greges conſidera*. Vt cognitis cauſis, & originibus peccatorum, tollatur morbus medicinaq. adhibeatur: ne contigat illud Hierem. c. 50. *Grex perditus factus eſt populus meus, & paſtores eorum ſeduxerunt eos*. Ezecch. c. 34. *Et diſperſe ſunt oues meę eo quòd non eſſet paſtor*. Quòd autem prælati ſint medici animarum probatur in c. adhuc inſtant de pænit. diſt. 3. & plene D. meus Dom. Card. Albanus. de pot. Pap. part. 3. nu. 20. cum ſeq. ex hoc epiſcopi debent paſcere in formam gregis in iudicio, & veritate, & regere. iuxta not. in Conc. Trid. ſeſs. 23. de refor format. cap. 1. in princ. & ſeſs. 13. eod. tit. cap. 1. cum circumſpectione in verbo, & in factis dom. Archiepiſc. Brachar. de morib. præl. part. 2. cap. 11. frat. Ludoui. Granat. in concione ſua

15 habita de offic. & mor. epiſcop. † Hęc ſi nõ agant epiſcopi Zelus domini comedet eos in interitum mortis, quia non paſtoribus vigilantibus, ſed dormientibus aſſimilantur. de quorum manibus iam cadit baculus, quia diſſimulando corrigere ſubditos mortaliter peccant. 43. diſt. c. ſit rector. glo. per illum tex. in cap. clericis. verſ. pręlatis. de Immun. eccl. lib. 6. Abb. in cap. 1. de treug. & pac. Dom. Pau. hoc tit. 1. par. quæſt. 10. in princ. *Officiũ enim paſtorale non permittit tolerare errantem, aut non recipere corrigentẽ, cum impium ſit manum negare conuerſis*. Vt in ſimili dixit Innoc. in epiſt. 26. & Apoſt. 2. ad Tim. 2. *Epiſcopus debet eſse operarius inconfuſibilis, re-*

cte

Ʀe tractans verbum veritatis. De quo ſcribit Bern.ſuper cant.ſerm.77. & ſerm. 30. plorans dicens.*Miror au daciam plurimorum, quos uicemus de ſuis vineis non colligere, niſi ſpinulas & tribulos, vineis tamen dominicis, etiam ſe ingerere non vereri*. Vide
16 ſupra lib. 1. cap. 3. † Ve nobis igitur, ſi non attenderimus? & quam ſtrictiſſime rationem reddituri ſumus, cum ſanguis ſubditorum de manibus noſtris requirendus ſit, de offi. ord.cap. irrefragabili. in princ. Non enim admittitur paſtoris excuſatio ex ignorantia, ſi lupus oues comedit, cap. quãuis. de regul. iur.dixi in ſer. de Conc. prouint. in fine. Vnde S. Gregorius repræhendit epiſcopos immemores honoris ſui, & curam paternæ vigilantię non exhibentes, circa eccleſias, & filios ex cap. nuntiatum. 84. di. & de hac ratione reddenda loquitur Dom. Cardin. Hoſi. in lib.de ſacr.vern.ling. col. 7. *Omnes enim ſtabimus ante tribunal Dei*. Ad Rom. cap. 14.Matth. cap.12. prim.Petr.cap.4. *Qui reddent rationem ei, qui paratus eſt iudicare viuos, & mortuos*, & ſi iuſtus quidem uix ſit ſecurus, impius, & peccator vbi parebunt. eod. cap. in fine. ex illo prouerb.cap.11. in vlt. verb. *Si Iuſtus in terra recipit, quanto magis impius, & peccator*. Vnde dicit ſancta eccleſia illos verſus.

Quid ſum miſer tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Dum vix Iuſtus ſit ſecurus?

Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti ſitis, & vt veſtrum negocium agatis, pri. ad Theſſal. cap. 4. vbi vindex eſt
17 dominus. † Propterea gladio armatus ſit epiſcopus, (hoc eſt zelo honoris Dei.) nam, & Petrus pro Domino gladium traxit, & ipſe dixit, *Ecce duo gladij hic*. Matt. cap.fi.Lu.c. 22.vt in ſpiritualibus ſit intentus, & in temporalibus bene inſiſtendo, nec diabolus ita inſiſtit Prælatum armatum in vigilia gregis videns: armatum inquam gladio prædicationis, admonitionis, & correctionis: illi enim duo gladij, dicit Aluar. Pelag. lib. 2. cap.57. ſignificant duplicem poteſtatem Petri, ſcilicet ſpiritualiter occidendi, & ſpiritualiter viuificandi, vel per illa verba Petrus denotauit in eccleſia militãte, eſſe duplicem poteſtatem, ſpirituale͂, & temporalem.96. di.cap.duo cap. §. vna. de ſum. Trini, & Papa utriuſque gladij poteſtatem accepit, & imperiũ ab eccleſia dependere firmiſſima opinione receptum eſt, cap. nouit. de Iudic. Ampliſſimus dom. Card. Alban. defenſor Pontificiæ dignitatis, & poteſtatis, in ſuo tratt. 2.part.nu. 16. ſupra hoc libro cap. 26. poſt num. 16.
18 † Significat etiam gladius in ſcripturis iram, & indignationem Dei in peccatores Pſal. 7. *Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrabit*. Item gladius vlctor iniquitatum. Iob. cap. 19. *Quoniam vlctor iniquitatum gladius eſt*. Imperator in.l.cum vir.C.de adult.ibi *Gladio vlctore*. de gladio peccatorum Pſal. 36. item denotat excommunicationem, quia dicitur gladius Dei ſpiritualis. dom. Card. hoſ. in lib. confeſs. cap. 31. & ſeſs. 25. Conc. Trid. de reform.gen. cap. 3. eſt, & gladius verbum Dei (quo epiſcopus ornatus eſſe debet) Pſal. 149. ad Epheſ. cap. 6. *Et galeam ſalutis aſſumite, & gladiũ Spiritus, quod eſt verbũ Dei*. Vnde gladius

gladius benignus, quo Deus loquitur veritatem. Matth.c.10. *Non veni mittere pacē, ſed gladiū.* Et eſt gladius bis acutus, vtroq. acumine præpotens, veteris, & noui teſtamenti, & hoc gladio omnis putredo a fidelibus abſcinditur. Vnde merito dicitur benignus; Eſt, & alius malignus, quo maligni loquuntur vanitatem, lingua eorum gladius acutus, & pſal. 143. *De gladio ma*
19 *ligno eripe me.* † Datur autem Regi Gladius ad laudem bonorum, & vindictam malorum. tex. notab. in c. poſtulaſti. de homic. & not. in l. imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. & facit quod dixit S. Ambroſ. in lib. 1. de offi. *Quòd ſi poteſtas ſecularis gladium reprimit, vincula diſſoluit, laxat exilium.* 23. q. 4. c. eſt iniuſta. & S. Bern. ad Eugen. Papā, de Conſider. lib. 4. ſuper quo ſunt pulchra dicta in Pont. 1. par. de Coronat. Reg. in traditione gladij euaginati, cū illo pſal. 44. *Accingere gladio tuo, ſuper femur tuum potentiſſime.* (Dom. Mar. Frecc. de ſubfeu. lib. 1. de offic. magn. Iuſt. in prin. adducit ſententiam Imperatoris. in l. 1. C. de iuſti. Cod. cōpon. *Quòd ſumma Reip. tuitio de ſtirpe duarum rerum, armorum, atque legum veniens, vimq́; ſuam exinde muniens, fœlix Romanorum genus anteponi nationibus, omnibusq́; dominari, tam præteritis efficit temporibus, quàm Deo*
20 *Propitio in æternum efficiet.*) † Hæc eſt denique ſumma Paſtoralis officij, vigilare Prælatos, & in omnibus laborare, & miniſterium ſuum implere, 2. ad Tim. cap. 4. ſeſſ. 6. Conc. Triden. de reform. poſt princ. & propter aduentū Domini. Matth. c. 14. *Vigilate, & orate, quia neſcitis, qua hora dominus veſter venturus ſit.* Et propter charitatē proximi, ab eo remouendo peccatum, reuocando ad bonum. 23. q. 4. c. debet homo, aliàs ſi omittunt, cēſentur cauſa peccati illius. Adrian. Papa VI. in quodlib. I. E. cum ſeq. Quia vigilando, oculus mentis ad claritatem veri luminis habetur, torpor negligentiæ a ſe excutitur, opusq. dictis adequatur. Aluar. Pelag. lib. 2. c. 5. & ſi non uigilant, nō ſcribentur in numero ſanctorum, & ſi grandis eſt operatio, grande expectatur meritū, ideo multa debent facere. in extrauag. Bonif. VIII. Dudū, de ſepult. Matth. c. 5. *Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* Dom. Archiep. Brach. de mo rib. præl. 2. par. c. 1. adducit Bern. ſuper cant. ſerm. 76. Boni paſtoris eſſe perui gilare ſubditis dormientibus, de quibus ante tribunal æterni iudicis interrogabit? in quibus ſi utiliter ſe geſſerit, non iudicium, ſed gloriam pro ſuis actibus percipiet. Flor. in 1. tit. 5. c. 2. §. 4. in fine. quando Chriſtus dominus noſter in quarta vigilia veniet cōſolare ſuos. Marc. c. 6. de quo Alua. Pel. lib. 1.
21 c. 55. † In iſtis uerſando epus adimplens prædicta, complet zelum ſui paſtoralis muneris, iam gloriatur in operibus Dei, conſequendo fructum operationis ſuæ, habentis delectationem conuenientem operanti. S. Thom. 1. 2. q. 7. ex quo addidit Flor. in 4. tit. 5. c. 21. Opera noſtra in quātum ſunt effectus quidā in nobis operādo, habēt rationem fructus, ſed in quantū ordinantur ad finē vitæ æternæ, magis habent rationem florum. & Ezech. c. 14. *Fructus mei, fructus honoris, & honeſtatis, bonorum operum glorioſus eſt fructus.* Sapiē. c. 13. Apoſt. ad Epheſ. c. 5. *Fructus enim lucis eſt in omni bonitate,*

nitate, & Iuſtitia, & veritate. Ad euitandum illud Hierem. cap. 12. *Confundemini à fructibus veſtris.* Accipiẽtes illud Petri Principis Apoſtolorũ. in ſua ult cap. 1. *Satagite, vt per bona opera certam vocationem, & electionem faciatis.* Quæ uerba ſunt in Cõcil. Tridentin. ſeſſ. 6. de iuſtifi. cap. 11. Deus enim reddet fructum maximũ, ſi abundauerimus in omni opere bono, ſcientes, quod labor noſter, non eſt inanis in Domino, vt dictum eſt ſu-

22 pra nu. 10. † Nam cum Chriſtus proprio ſanguine redemerit nos, non debẽt Prælati eſſe deſides in adminiſtratione: Dicit namq. Apoſt. 1. ad Corin. cap. 6. *Empti enim eſtis pretio magno.* Quia magnam fecit ſanguinis ſui effuſionem, transferensq. in ſuum regnũ. ſeſſ. 22. eiuſd. Conc. de ſacrif. Miſſ. c. 1. Ex hoc igitur dicuntur ipſi epiſcopi propter maximam curam animarum, quam habent, eſſe in ſtatu perfectiori. Alphonſ. Aluar. in ſuo Spec. c. 12. Religioſi verò in ſtatu perfectionis. S. Dionyſ. de Eccle. Hierarch. lib. 5. quia Religio ad perfectionem ducit. vide optime Dom. Card. de Turr. Crem. in ſum. eccl. lib. 1. cap. 76. & in c. epiſco-

23 pus. 14. q. 1. † In hoc eſt gaudiũ Prælatorum, videre oues ſuas in veritate ambulare. Ioan. in 3. 50. diſtin. c. quia ſanctitas tua. dixit etiam Archid. 12. q. 2. cap. eccleſiaſticis, Gaudium eſſe eleuationem animi in his, quæ digna ſunt exultantis. pſal. 121. *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus.* Gaudẽdo de ſalute, nõ de hoc mũdo, nam qui gaudet in hoc mundo, flebit in alio. Ioan. 16. *Vos plorabitis, & flebitis, mundus verò gaudebit, vos contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Ex hoc eſt gaudiũ ſpirituale. Matt. c. 25. *Intra in gaudium domini tui.* ad Philip. cap. 3. *Fratres mei gaudete in Domino.* Iſai. c. 63. *Et gaudebit ſponſus ſuper ſpõſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus.* Et hoc eſt æternũ gaudium. Luc. c. 10. *Gaudete quia nomina ueſtra ſcripta sũt in Cęlis.* Eſt, & gaudium corporale, ſed honeſtum. *Gaudete, cum gaudentibus,* ad Rom. 12. Eccl. c. 9. *Vade ergo comede in lętitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum, quia placent Deo opera tua.* Hoc gaudium hylarem facit hominem. Prouer. c. 15. *Gaudens cor exhilarat faciem, ſed ſpiritus triſtis deſiccat oſſa.* Bar. in proœ. tri. libr. C. Fugiẽdum gaudium mundanum, vanum, & periculoſum, quia breue ad inſtar puncti, & tranſiet ſicut viſio nocturna. Iob. cap. 20. & cap. ſeq. *Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.* Luc. cap. 6. *Ve vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis.* Iterum Iob. cap. 3. *Verſa eſt in luctum cythara mea, & organum meum in vocem flentium.* Hęc uita Paſtorum, Hoc officium Epiſcoporum Zelãtium pro ſalute gregis commiſſi, flere, & triſtari de peccatis eorum populorũ, uires, orationes, adiumẽta præſtare, vt reſurgãt. pſal. 50. *Docebo iniquos vias tuas,*

24 *& impij ad te conuertentur.* † Sic peruenitur ad gloriam cęleſtem, ad illam, cuius magna eſt multitudo dulcedinis Domini. pſal. 30. & in alio. 35. *Inebriabũtur ab vbertate domus tuę, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Quia vltimus finis noſter, in quo cõſiſtit noſtra beatitudo,

